105

Ayuntamiento de Madrid

R
146

Ayuntamiento de Madrid

# Quincuplum Pſalterium.

## Gallicum.
## Romanum.
## Hebraicum.
## Vetus.
## Conciliatum.

1943

Petri de pratis ad preclarum virum magiſtrum Reginaldum marianum / ſacris ī litteris Baccalarium permeritum / atq; domꝰ pedagogialis (quam vulgo Cadomenſes nemorenſem appellant) primarium vigilantiſſimū Cōmendatitiū huiꝰ operis. Carmen.

Si te ſacra iuuat ſtudioſo pagina zelo:
  Pſalmus ieſſei regis adeſſe poteſt.
Celica diuinus modulatur carmina pſaltes /
  Numine predicens vera futura ſacro.
Clarus hyperthee triados ſpeculator / ab alto
  Digna panomphei ſacra tonantis habet.
Non paphie cyprios veneris modulatur amores:
  Aſpera nec rigido prelia marte canit.
Maxima proſequitur paſſi miſteria chriſti:
  Et colit in vero numina trina deo.
Hinc Stapulenſis adeſt vigilans induſtria Fabri /
  Efficiens verbis lucida cuncta ſuis.
Propria perquirens diuini ſenſa prophete /
  Sacra velut vates verba ſecundus ait.
Greca ſub hebreo libans primordia fonte /
  Terſa locis reparat plurima menda ſuis.
Pentaplus iſta tibi pandit pſalteria quinq;:
  Quinq; lyras pulſans vnicus autor habet.

De el Conuento de Carmelitas descalços de Baeça

Esta corregido y expurgado conforme al Catalogo y expurgatorio del año de 1612 por la comision especial de los señores Inquisidores de Cordova. en Baeça

esta en el cajon 237

Ayuntamiento de Madrid

# Quincuplex Psalterium.

# Gallicum.
# Romanum.
# Hebraicum.
# Vetus.
# Conciliatum.

Petri de pratis ad preclarum virum magiſtrum Reginaldum marianum ſacris ĩ litteris Baccalarium permeritum\ atq; dom⁹ pedagogialis (quam vulgo Cadomenſes nemorenſem appellant) primarium vigilantiſſimũ Cõmendaticiũ hui⁹ operis. Carmen.

Si te ſacra iuuat ſtudioſo pagina zelo:
 Pſalmus ieſſei regis adeſſe poteſt.
Celica diuinus modulatur carmina pſaltes\
 Numine predicens vera futura ſacro.
Clarus hyperthee triados ſpeculator\ ab alto
 Digna panomphei ſacra tonantis habet.
Non paphie cyprios veneris modulatur amores:
 Aſpera nec rigido prelia marte canit.
Maxima proſequitur paſſi miſteria chriſti:
 Et colit in vero numina trina deo.
Hinc Stapulenſis adeſt vigilans induſtria Fabri\
 Efficiens verbis lucida cuncta ſuis.
Propria perquirens diuini ſenſa prophete\
 Sacra velut vates verba ſecundus ait.
Greca ſub hebreo libans primordia fonte\
 Terſa locis reparat plurima menda ſuis.
Pentaplus iſta tibi pandit pſalteria quinq;:
 Quinq; lyras pulſans vnicus autor habet.

Del Conuento de Carmelitas descalços de Baeça

Esta corregido y expurgado conforme al catalogo [illegible] en Baeça

esta en ella fol 237

Ayuntamiento de Madrid

¶ Ad reuerendiſſimum in Chriſto patrem et D. D. Guillelmū Briconnetum miſeratione diuina ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ Cardinalem Epm Tuſculanum Archiepm Narbonen̄: in quincuplā pſalteriorum editionem / Jacobi Fabri Stapulen̄ præfatio.

Q Vm omnia ferē ſtudia voluptatis ⁊ vtilitatis nōnichil afferre ſint ſolita: ſola diuina non voluptatem modo et vtilitatem / ſed ſummam pollicentur fœlicitatem. beati (inquit) qui ſcrutātur teſtimonia tua. Quæ igitur nobis potius ſequenda / quæ magis amplectenda? Longo equidem temporis interuallo humana ſum ſecutus / ⁊ diuinis vix prima (vt aiunt) admouī labra (anguſta enim ſunt ⁊ non temere adeunda) at ex illa quamuis remota acceſſione / tanta lux affulgere viſa eſt: vt eius comparatione diſciplinæ humanæ michi viſæ ſint tenebræ. tanta ſpirare fragrantia: vt illi ſuauiolentiæ nichil inueniatur in terris ſimile. neq͡ʒ aliam crediderim terrenam paradiſum: cuius odore in vitæ īmortalitatem foueantur animæ. ¶ Frequens cœnobia ſubij: et qui hāc ignorarent dulcedinem / veros aīorū cibos neſcire prorſus exiſtimaui. viuūt enī ſpūs ex omni verbo quod procedit de ore dei. ⁊ quænam verba illa: niſi ſacra eloquia? mortuos igitur qui eiuſmodi ſunt / ſpiritus habēt. Et ab eo tēpore quo ea pietatis deſiere ſtudia: cœnobia periere / deuotio interijt / et extincta eſt religio / et ſpiritualia pro terrenis ſunt commutata / cælum dimiſſum et accepta terra / infœliciſſimum ſane commercij genus. ¶ Et ſi qui eoꝝ ex ſacris literis paſtum quærerent: ſæpius interrogaui quid in illis dulcedinis experirentur / quid ſaperent? Reſponderunt plurimi quoties in neſcio quem ſenſum literalem incidiſſent / ⁊ maxime cum diuinoꝝ pſalmorum intelligentiam queritarent: ſe multum triſtes et animo deiecto ex illa lectione abſcedere ſolitos. ¶ Tunc cæpi mecum ipſe cogitare ne forte ille non verus literalis ſit ſenſus: ſed (quod mali Pharmacapolæ de herbis facere ſolent) ſit res ꝓ re ⁊ ſenſus pro ſenſu inductus. Jlico igit̄ me cōtuli ad primos duces nr̄os apoſtolos dico / Paulū ⁊ prophetas qui primi aīarū noſtrarum ſulcis diuina mandarunt ſemina ⁊ literalem ſacrarum ſcripturarū aperuerūt ianuā: ⁊ videor michi aliū videre ſenſum qui ſcilicet eſt intentionis prophetæ et ſpirituſſancti in eo loquētis. et hūc literalē appello / ſed qui cū ſpū coincidit: neq͡ʒ ꝓphetæ neq͡ʒ vidētibꝰ aliū litera pretendit: non vidētibꝰ autē q̄ ſe nichilominꝰ videre arbitrāt̄ / alia litera ſurgit: quæ (vt inq̄t apl̄s) occidit / et q̄ ſpūi aduerſat̄. quā ⁊ iudæi nunc ſequuntur: in quibus etiā nunc impletur prophetis. obſcurētur oculi eoꝝ ne videāt: et dorſum eoꝝ ſemꝑ incurua. ⁊ huiuſmodi ſenſum literalem appellant nō ꝓphete profecto / ſed quorūdā Rabinorum ſuorum: qui diuinos Dauid hymnos maxima ex parte de ipſomet exponunt / de preſſuris eius in perſecutione Saulis et alijs bellis que geſſit: nō facientes eum in pſalmis prophetam / ſed per eum viſa et facta narrantem / et quaſi propriam texentem hiſtoriam. cū tamen ipſe de ſe dicat ſpiritus domini locutus eſt per me: et ſermo eius per linguam meam. ⁊ ſcriptura diuina eum appellet virum cui conſtitutum eſt de Chriſto dei Jacob / egregium pſaltem iſrael. et vbi illi conſtitutum eſt de Chriſto dei Jacob ⁊ vero Meſiah: niſi in pſalmis? ¶ Quapropter duplicē crediderim ſenſum literalem hunc impropium / cæcutientium et non videntium / qui diuina ſolū carnaliter paſſibiliterq͡ʒ intelligunt: illum vero proprium / videntium ⁊ illuminatorū. hunc humano ſenſu fictum: illum diuino ſpiritu infuſum. hunc deprimentem: illum vero mentem ſurſum attollentem vt non iniuria queſti illi religioſi videantur quoties in expoſitionem literalem incidiſſent meſtos ſe relinqui et mente conſternatos / et non ſecus omnem deuotionem repente collabi et penitus deficere q̄ſi igni gelidam ſuperfuderis aquam. vt enim ſanum corpus ſua lædentia: ita mens ſua mortificantia ſentit. non ab re igitur cenſeo eiuſmodi eſſe fugiendā: ⁊ ad literā illā aſpirandū quæ vt colores luce / ita ſpiritu animat̄. Ad qđ ꝯſequēdū breuē ī pſalmos expoſitionē CHRISTO adiutore tētaui: q̄ eſt clauis Dauid ⁊ de quo illi ī hac pſalmodia per ſpiritū ſanctū (vt dictū eſt) cōſtitutū erat. ¶ Et vt apertius cognoſcat̄ q̄ diuerſus ſit hic ſenſus ab illo: paucis idipſū patefaciēdū puto exēplis. Scđm pſalmū quare fremuerūt gētes ⁊ ppl̄i meditati ſūt inania / Aſtiterūt reges terræ ⁊ p̄ncipes cōuenerūt in vnū aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus CHRISTUM eius / ⁊ ſequētia: ad literā exponunt hebræi de Paleſtinis qui inſurrexerunt in Dauid Chriſtū dn̄i. verū Paulꝰ et ceteri apl̄i ſpiritu dei repleti ad literā de CHRISTO dn̄o / vero MESIAH ⁊ vero dei filio (vt ⁊ verū ē ⁊ decet) exponūt. Rurſus ſeptimūdecimū pſalmū volūt hebræi ad literā grārū actionē eſſe Dauidis ad deū q̄ liberatꝰ eſſet de manibꝰ Saulis ⁊ hoſtiū ſuorū. Paulꝰ litterā CHRISTO dn̄o tribuit. Octauidecimi pſalmi literā ponūt hebræi de p̄ia datiōe legis. Paulꝰ nō de p̄ia ſ͡ʒ de ſcđa legis datiōe ꝑ btiſſimos apl̄os et ſucceſſores eoꝝ vbiuis gētiū ꝓmulgate. Præterea primi ⁊ viceſimi pſalmi literam ponūt hebræi de afflictiōe hebræoꝝ tēpore Artaxerxis. Mattheus / Joannes ⁊ Paulus deo pleniſſimi viri literā ſuꝑ iis ſtatuūt quæ CHRISTO dn̄o regi gloriæ ī ſua paſſiōe acciderūt. Et lōgū eſſet ꝑ ſigulos pſalmos oſn̄dere quē hebræi aſtruūt literalē ſēſū / neq͡ʒ illū literā velle: ſ͡ʒ figmētū eē ⁊ mēdaciū. vt hū

Ayuntamiento de Madrid

de eis Eſaias vaticinatus ſit filij mendaces / filij nolentes audire lęgem dei. qui dicunt videntibus nolite vidęre/aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea que recta ſunt. loquimini nobis placentia / videte nobis errores/auferte a me viam/dęclinate a me ſęmitã/ceſſet a facie noſtra ſanctus iſraęl. Certe qui talia vident: vident errores et a vera via quæ CHRJSTUS eſt/ ⁊ a ſęmita dęclinãt nę videte poſſint ſanctum iſraęl: qui item eſt CHRJSTUS JESUS ſuperbenedictus in ſæcula. Quo modo igitur eorum ſenſui innitemur: quos deus percuſſit cæcitate et errore/ nichil timentes ſi cæcus nobis ducatum preſtet nę vna ruamus in foueam? abſit igitur nobis crędere hunc literalem ſenſum: quem literæ ſenſum appellãt/ et Dauid hiſtoricum potius facere q̄ prophetam: ſed eum ſenſum literæ vocęmus qui cum ſpiritu concordat et quem ſpiritus ſanctus monſtrat. ſcimus (inquit diuiniloquus Paulus) quia lex ſpiritualis eſt. et ſi ſpiritualis: quomodo ſenſus literalis ſi ſenſus lęgis eſt/ ſpiritualis non erit? ſenſus igitur literalis ⁊ ſpiritualis coincidunt/ non quem alegoricum aut tropologicum vocant/ ſed quem ſpiritus ſanctus in propheta loquens intendit. Et huic ęliciendo ſenſui: quantum ſpiritus dei dedit inuigilauimus. ¶ Qui ſi quiſpiam contenderit me id pro dignitate non effęciſſe: vltro illi cædens nequaq̄ negauerim. Quis enim prophetæ pro dignitate mentem aperuerit qui idem prophęta non ſit ſpiritum ve prophętæ aſſecutus? quod de me dicere non poſſũ neqꝫ quod eſt apud homęrum. Nulloqꝫ virorum.

Ducimur auſpicio: manifeſta in luce monentem

Ipſe deum vidi/ vocemqꝫ his auribus hauſi.

Ji tamen quorum auſpicijs ducor/ ij quos imitor: idipſum dicere potuęrunt. et concordia ſcripturarũ maxima ex parte nos ad hoc peruexit. ¶ Sed erunt forte alij qui caſſum hũc noſtrũ cauſabũtur laborẽ: vt qui poſt Didymũ/ Origenẽ/ Arnobiũ/ Euſebium ⁊ ex noſtris Hilarium/ Hieronymum/ Ambroſiũ/ Auguſtinũ ⁊ Caſſiodorũ/ in pſalmos ſcripſerim. Quibus reſpondebimꝰ: apud illos preclare oĩa. et illos diffuſe tractaſſe: nos ſuccincte. illos nõ vnũ ſenſum: nos vnũ precipue et eũ ſpiritꝰ ſancti et mentis eſſet prophętæ queſiſſe. illos cũ cõmentati ſunt/ vnicã ſibi pſalmorum litteram ſubieciſſe: vt Auguſtinum pſaltęrium vetus quod minus cæteris caſtigatum eſt. vnde ſepe relicta pſalmi intelligentia: ęuagari coactus eſt. Caſſiodorus romanam ſecutus eſt pſalmodiam et reliqui eam litteram quam preſentem in manibus habuerunt. nos varias litteras conſuluimus: vt primarium inde ſenſum fidęliter ęruerędmus. ¶ Cæterum in vnum corpus quinqꝫ pſaltęria redęgimus: Gallicum/ Romanum/ Hebraicum/ Vetus et Conciliatum. vt ex eorum mutua inuicem collatione iuuẽtur ij quos ſimilis indaginis cura mordębit: et ob id præterea vt multi cantus ecclęſiaſtici vnde ſumpti ſint agnoſcantur. ¶ At rurſus quæret aliquis: cur ita vocentur cum ſingulum quodqꝫ latino ſermone conſcriptum ſit? Hac crędiderim ratione romanum dici vt ab eo primum incipiamus quod in hac ęditione ſecundum locum obtinet/ ꝙ Rome ęmendatum a Hieronymo (ceu ex eius prologo dilucet) in ecclęſia canerętur romana/ id eſt gallia tranſalpina. Et Gallicum ꝙ eo ecclęſia gallica id eſt ciſalpina vterętur. et illud eſſe arbitror quod ad preces Paulæ et Euſtochij ſecundo correxit Hieronymus: hoc ductus argumento/ ꝙ in vetuſtis codicibus illud cum obelis et aſteriſcis reperimus annotatum quemadmodum ſcribit idem Hieronymus ſe annotaſſe. Hebraicum vęro ꝙ nulla media intercedẽte lingua ex hebræo ad Sophronij preces latina illud donarit colonia. Quæ tria pſaltęria tribus columnis altrinſecus ę regione poſitis deſcripta/ maiores noſtri magna diligẽtia dęſcribi curarunt et dęſcripta cuſtodiri/ vt in vetuſtioribꝰ bibliothęcis licet adhuc intuęri. Et ad hoc ęmittendum opus: pij et religioſi viri Cartuſij et Celeſtini hũc in modum dęſcriptis exemplaribus/ humaniſſime nos iuuarunt/ nos inſuper ad ęmiſſionem prouocantes/ et deflentes tam dignum et inſignem patrum noſtrorum laborem / inter tineas et blattas longo ſitu dęperire. Porro Pſaltęrium vetus dicitur: ꝙ eo vel maxime ante ęditiones a Hieronymo ęmendatas vterentur ecclęſiæ. Conciliatum ꝙ pauca addat aut mutet ad gallicum: quo magis vęritati et hebraico concordet pſaltęrio et quandoqꝫ vt aptior et accommodatior habeatur ſermo. ¶ Et nę hoc nimis nouum aut inſolitum videatur: ante nos græcam pſalmorum pentaplum alexandrinis fęcit Origenes/ cui adiunxit Epitomen. ex quo quidem opere tantum abfuit vt quis eum reprehenderit: vt etiam pro ea re laudes eius ad tempora noſtra perdurent. Et nos identidem huic ęditioni breuiſſimam adięcimus expoſitionem: et pauca alia/ vt concordias/ annotationes/ argumenta / conciliationes et id genus. Quæ omnia Reuerendiſſime pater voluit Reuerendus Antiſtes Dominus meus Guillermus Briconnetus Epiſcopus Lodouẽſis tibi offerrem: hac preſertim ratione ꝙ cum ſe et omnia ſua tibi debeat/ hoc inſuper opus in cœnobio tuo Diui Germani quod ei ſuperiore anno ceſſiſti/ ęlaboratum agnouerat. Si igitur hic noſter labor tibi placębit: omnibus acceptum exiſtimo. precandus tamen nobis eſt CHRJSTUS dominus qui principium eſt et finis vniuerſæ huius pſalmodiæ: vt nõ ſolum ſit acceptus ſed et multis ad fœlicitatem conſequendam prodeſſe poſſit.



Ayuntamiento de Madrid

¶ Prologus beati Hieronymi in Pſalteriū Gallicū/ qđ ſecūdum ſeptuaginta editionē correxit ad Paulam ⁊ Euſtochium: addita ab illis vel omiſſa ex hebræis/ obelis aſteriſciſqꝫ diſtinguens.

PSALTERIUM Rome dudū poſitꝰ emēdarā ⁊ iuxta LXX iterpretes licet curſim magna tamē ex parte correxerā: qđ qꝛ rurſū videtis O Paula ⁊ Euſtochiū ſcriptorꝝ vicio depra uatū pluſqꝫ ātiquū errorē q̄ꝫ nouā emēdationē valere/ me cogitꝭ vt veluti quodā nouali ſciſſū iā aruū exerceā ⁊ obliqs ſulcis renaſcētes ſpinas eradicē. æquū eſſe dicentes vt qđ crebro male pullulat: crebriꝰ ſuccidatꝛ. Unde ꝯſueta præfatiōe ꝯmoneo tā vos qbꝰ forte labor iſte deſudat q̄ꝫ eos q̄ exēplaria iſtiuſmodi habere voluerit: vt quæ diligēter emēdaui/ cū cura ⁊ diligētia trāſcribāt. notet ſibi vnuſqſqꝫ vel iacētē lineā vel radiātia ſigna id eſt obelos vel aſteriſcos. Et vbicūqꝫ viderit virgulā præcedētē: ab ea vſqꝫ ad duo pūcta q̄ ipreſſimꝰ/ ſciat i LXX interp̄tibꝰ plus haberi. vbi aūt ſtellæ ſimilitudinē ꝓſpexerit: de hebræis voluminibꝰ additum nouerit æque vſqꝫ ad duo puncta iuxta Theodotiōis dūtaxat editionē. q̄ ſiplicitate ſermonis a LXX interp̄tibꝰ nō diſcordat. Hec ergo ⁊ vobis ⁊ ſtudioſo cuiqꝫ feciſſe me ſciēs: nō ābigo multos fore q̄ vel iuidia vel ſupercilio malint contemnere videri præclara q̄ꝫ diſcere/ et de turbulento magis riuo q̄ꝫ de puriſſimo fonte potare.

¶ Prologus beati Hieronymi preſbyteri in Pſalteriū Romanū.

BEatiſſimo papæ Damaſo ſedis apoſtolicæ vrbis Romæ Hieronymꝰ ſupplex. Legi litteras apoſtolatus tui poſcentes vt ſecūdū ſimplicitatē LXX. interp̄tū canēs pſalmographū iterp̄tari feſtinē ꝓpter faſtidiū Romanoꝝ: vt vbi obſcuritas ipedit/ apertiꝰ ⁊ latine trahatꝛ ſenſus. Precatꝛ ergo cliēs tuꝰ vt vox iſta pſallētiū i ſede Romana die noctuqꝫ canatꝛ: ⁊ vt i fine cuiuſlibet pſalmi ſiue i matutinis horis ſiue veſptinis ꝯiūgi p̄cipiat apoſtolatꝰ tui ordo/ Gloria p̄ri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſācto/ ſicut erat i pricipio ⁊ nūc ⁊ ſemꝑ ⁊ i ſæcula ſæculoꝝ amē. Iſtud carmē oī pſalmo coīūgi p̄cipias: vt fides. cccxviij. epiſcopoꝝ Niceni ꝯcilij etiā veſtri oris ꝯſortio declaretꝛ. Ubi aūt deꝰ ⁊ homo honorabili voce cātatꝛ: Alelu ia ſemꝑ cū oibꝰ pſalmis affigatꝛ/ vt i oi loco ꝯmūniter reſpōdeatꝛ horis diurni nocturniqꝫ temporis. In eccleſia autem poſt reſurrectionem vſqꝫ ad ſāctā penthecoſten finiatur. inter dierum vero ſpacia quinquageſime propter nouitatem ſancti paſchæ vox iſta laudis canatur in Aleph quod prologus latine aut præfatio dicitur.

¶ Nunc vſus Eccleſie habet a ſancto paſcha id eſt ab anaſtaſi domini vſqꝫ ad Septuageſimā pſallere Halelu Iah. a ſeptuageſima vero ad paſcha ſilet et finit Halelu Iah ⁊ eius loco canit Laus tibi domine rex æternæ gloriæ.

¶ Prologus beati Hieronymi in pſalterium Hebraicum: id eſt quod ſecundum veritatem traduxit hebraicam ad petitionem Sophronij.

SCIO quoſdā putare pſalteriū i quiqꝫ libros eſſe diuiſum: vt vbicūqꝫ apud LXX. interp̄tes ſcriptū eſt γενοιτο γενοιτο id eſt fiat fiat/ finis libroꝝ ſit. ꝓ q̄ i hebræo legitꝛ Amē Amē. Nos aūt hebræoꝝ authoritatē ſecuti ⁊ maxime Apoſtoloꝝ q̄ ſemꝑ i nouo teſtamēto pſalmoꝝ librū nominät: vnū volumē aſſerimꝰ. pſalmos quoqꝫ oēs eoꝝ teſtamur authoꝝ q̄ ponūtur i titulis: Dauid ſcilicet/ Aſaph ⁊ Iditū/ filioꝝ Coræ Eman ezrahitæ/ Moyſi ⁊ Salomonis ⁊ reliquoꝝ/ q̄s Ezdras prio volumine ꝯpræhēdit. Si eni Amen Amen ꝓ quo Aquila trāſtulit γενοιτο γενοιτο id eſt fiat fiat i fine tātūmodo libroꝝ poneretꝛ ⁊ nō iterdū aut i exordio aut i calce ſermonis ſiue ſētētie: nūqꝫ Saluator i euāgelio loqretur Amē amē dico vobis: ⁊ pauli epiſtolæ i medio illud opere nō cōtinerent. Moyſes quoqꝫ ⁊ Hieremias ⁊ ceteri i hūc modū multos haberēt libros: q̄ i medijs voluminibꝰ ſuis Amē frequēter interſerūt. Sed ⁊ numerꝰ viginti duoꝝ libroꝝ hebraicoꝝ ⁊ myſteriū eiuſdē numeri cōmutabitur. Nā et titulꝰ ipſe hebraicꝰ SEPHER THEHILIM qđ interp̄tatꝛ volumē hymnoꝝ apoſtolicæ authoritati cōgruēs: nō plures libros ſꝫ vnū volumē oſtēdit. Qꝛ igitꝛ nuꝑ cū hebræo diſputās quædā ꝓ dño Saluatore de pſalmis teſtimonia ꝓtuliſti volēſqꝫ ille te illudere ꝑ ſermones pene ſingulos aſſerebat nō ita haberi i habræo vt tu de LXX interpretibꝰ opponebas: ſtudioſiſſime poſtulaſti vt poſt Aquilā ⁊ Symmachū ⁊ Theodotionē nouā editionem latino ſermone transferrem. Aiebas eni te magis interpretū varietate turbari ⁊ amorem tuum quo laberis/ vel trāſlatione vel iudicio meo eſſe cōtētū. vnde impulſus a te cui ⁊ quæ poſſum debeo ⁊ quæ nō poſſum: rurſum me obtrectatorū latratibus tradidi maluiqꝫ te vires potiꝰ meas q̄ꝫ volūtatē in amicitia quærere. Certe cōfidēter dicā et multos huiꝰ operis teſtes citabo: me nichil dūtaxat ſentētiæ de hebraica veritate mu

Ayuntamiento de Madrid

taſſe. Sicubi ergo editio mea a veteribus diſcreparit: interroga quẽlibet hebræorũ et liquido perui debis me ab emulis fruſtra lacerari/ qui malunt contemnere videri præclara q̃ diſcere / peruerſiſſimi homines. Nam cum ſemper nouas expetant voluptates et gule eorum vicina maria non ſufficiant: cur in ſolo ſtudio ſcripturarum veteri ſapore contenti ſunt? Nec hoc dico quo præceſſores meos mordeam aut quicq̃ ab ijs arbitrer detrahendum/ quorum tranſlationem diligentiſſime emendatam olim mee linguæ hominibus dederim: ſed quod aliud ſit in eccleſijs CHRISTO credentium pſalmos legere/ aliud iudæis ſingula verba calumniantibus reſpondere. Quod opuſculũ meum ſi in græcum vt polliceris trãſtuleris ⁊ ĩperitiæ meæ doctiſſimos quoſqꝫ viros teſtes facere volueris: dicam tibi illud oratianum In ſiluam ne ligna feras. niſi ꝙ hoc habebo ſolamen: ſi in labore communi intelligam michi et laudem et vituperationem tecum eſſe communẽ. Uale in Chriſto. cupio te meminiſſe mei.

¶ Prefatio Hieronymi ſecundum alium prologum qui incipit/ In hebræo libro pſalmorum.

Sine titulis/ octodecim.
1
2
32
42
70
90
92
93
94
95
96
97
98
99
103
115
136
147

Cum titulis/ perſonas quorum ſunt continentibus/ nonagita ſeptem.
3 Dauidi.
4 Dauidi.
5 Dauidi.
6 Dauidi.
7 Dauidi.
8 Dauidi.
9 Dauidi.
10 Dauidi.
11 Dauidi.
12 Dauidi.
13 Dauidi.
14 Dauidi.
15 Dauidi.
16 Dauidi.
17 Dauidi.
18 Dauidi.
19 Dauidi.
20 Dauidi.
21 Dauidi.
22 Dauidi.
23 Dauidi.
24 Dauidi.
25 Dauidi.
26 Dauidi.
27 Dauidi.
28 Dauidi.
29 Dauidi.
30 Dauidi.
31 Dauidi.
33 Dauidi.
34 Dauidi.
35 Dauidi.
36 Dauidi.
37 Dauidi.
38 Dauidi.
39 Dauidi
40 Dauidi.
50 Dauidi.
51 Dauidi.
52 Dauidi.
53 Dauidi.
54 Dauidi.
55 Dauidi.
56 Dauidi.
57 Dauidi.
58 Dauidi.
59 Dauidi.
60 Dauidi.
61 Dauidi.
62 Dauidi.
63 Dauidi
64 Dauidi.
67 Dauidi.
68 dauidi.
69 dauidi.
85 dauidi.
100 dauidi.
102 dauidi.
107 dauidi.
108 dauidi.
109 dauidi.
133 dauidi.
137 dauidi.
138 dauidi.
139 dauidi.
140 dauidi.
141 dauidi.
142 dauidi.
143 dauidi.
144 dauidi.
71 Salomoni.
126 Salomoni.
41 Filijs Coræ.
43 Filijs Coræ.
44 Filijs Coræ.
45 Filijs Coræ.
46 Filijs Coræ.
47 Filijs Coræ.
48 Filijs Coræ.
83 Filijs Coræ.
84 Filijs Coræ.
86 Filijs Coræ.
49 Aſaph.
72 Aſaph.
73 Aſaph.
74 Aſaph.
75 Aſaph.
76 Aſaph.
77 Aſaph.
78 Aſaph.
79 Aſaph.
80 Aſaph.
81 Aſaph.
82 Aſaph.
87 Eman.
88 Etham.
89 Moyſi.

Cũ titulis ſine expreſſione pſonarũ/ trigĩtaq̃ꝫ.
65 Canticum pſalmi.
66 Canticum pſalmi.
91 Pſalmus cantici.
101 Oratio.
104 Halelu iah.
105 Halelu iah.
106 Halelu iah.
110 Halelu iah.
111 Halelu iah.
112 Halelu iah.
113 Halelu iah.
114 Halelu iah.
116 Halelu iah.
117 Halelu iah.
118 Halelu iah.
134 halelu iah.
135 halelu iah.
145 Halelu iah.
146 halelu iah.
148 Halelu iah.
149 Halelu iah.
150 Halelu iah.
119 Canticũ graduum.
120 Canticũ graduum.
121 Canticũ graduum.
122 Canticũ graduum.
123 Canticũ graduum.
124 Canticũ graduum.
125 Canticũ graduum.
127 Canticũ graduum.
128 Canticũ graduum.
129 Canticũ graduum.
130 Canticũ graduum.
131 Canticũ graduum.
132 Canticũ graduum.



Ayuntamiento de Madrid

| | PRIMUS | Fo. | Fo. | | INDEX. | Fo. | Fo. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| i | Beatus vir. | 5 | 232 | lvii | Si vere vtiq;. | 82 | 252 |
| ii | Quare fremuerunt. | 6 | 232 | lviii | Eripe me de inimicis. | 84 | 253 |
| iii | Domine quid. | 7 | 232 | lviiii | Deus repuliſti | 85 | 253 |
| iiii | Cum inuocarem. | 8 | 232 | lx | Exaudi deus. | 96 | 253 |
| v | Verba mea. | 9 | 232 | lxi | Nonne deo. | 86 | 253 |
| vi | Dñe ne in furore. | 10 | 233 | lxii | Deus deus meus. | 87 | 254 |
| vii | Domine deus meus. | 11 | 233 | lxiii | Exaudi deꝰ orationẽ. | 89 | 254 |
| viii | Domine dñs noſter. | 12 | 233 | lxiiii | Te decet hymnus. | 90 | 254 |
| viiii | Confitębor tibi. | 14 | 233 | lxv | Iubilate deo oĩs. | 91 | 255 |
| x | In domino confido | 17 | 234 | lxvi | Deus miſereatur. | 92 | 255 |
| xi | Saluum me fac. | 18 | 234 | lxvii | Exurgat deus. | 93 | 255 |
| xii | Vſquequo dñe. | 19 | 235 | lxviii | Saluum me fac. | 96 | 256 |
| xiii | Dixit inſipiens. | 20 | 235 | lxviiii | Deus in adiutoriũ. | 98 | 257 |
| xiiii | Dñe quis habitabit. | 21 | 235 | lxx | In te domine. | 99 | 257 |
| xv | Conſerua me dñe. | 22 | 235 | lxxi | Deus iudicium. | 100 | 258 |
| xvi | Exaudi dñe iuſtitiã | 25 | 235 | lxxii | Quam bonus. | 102 | 258 |
| xvii | Diligam te dñe. | 25 | 236 | lxxiii | Vt quid deus. | 104 | 259 |
| xviii | Cæli enarrant. | 29 | 237 | lxxiiii | Confitębimur tibi. | 106 | 259 |
| xviiii | Exaudiat te dñs. | 31 | 237 | lxxv | Notus in iudæa. | 106 | 260 |
| xx | Domine in virtute | 32 | 238 | lxxvi | Voce mea ad dñm. | 107 | 260 |
| xxi | Domine deus meus. | 35 | 238 | lxxvii | Attendite popule. | 109 | 260 |
| xxii | Dominus regit me. | 36 | 238 | lxxviii | Deus venęrunt | 112 | 262 |
| xxiii | Domini eſt terra. | 37 | 236 | lxxviiii | Qui ręgis. | 113 | 262 |
| xxiiii | Ad te dñe leuaui. | 38 | 239 | lxxx | Exultate deo. | 115 | 263 |
| xxv | Iudica me domine. | 40 | 239 | lxxxi | Deus ſtetit. | 116 | 263 |
| xxvi | Dominꝰ illuminatio. | 41 | 240 | lxxxii | Deus quis ſimilis. | 117 | 263 |
| xxvii | Ad te domine. | 43 | 240 | lxxxiii | Quam dilecta. | 118 | 264 |
| xxviii | Afferte domino. | 43 | 240 | lxxxiiii | Benedixiſti dñe. | 119 | 264 |
| xxviiii | Exaltabo te dñe. | 44 | 241 | lxxxv | Inclina domine. | 120 | 264 |
| xxx | In te dñe ſperaui. | 45 | 241 | lxxxvi | Fundamenta eiꝰ. | 121 | 265 |
| xxxi | Beati quoꝝ remiſſæ. | 48 | 242 | lxxxvii | Domine deus. | 122 | 265 |
| xxxii | Exultate iuſti. | 49 | 242 | lxxxviii | Miſericordias. | 123 | 265 |
| xxxiii | Benedicam dñm. | 50 | 242 | lxxxviiii | Domine refugium. | 126 | 266 |
| xxxiiii | Iudica dñe nocẽtes. | 52 | 243 | lxxxx | Qui habitat. | 128 | 167 |
| xxxv | Dixit iuiuſtꝰ vt dęlinq̃t | 54 | 244 | lxxxxi | Bonum eſt cõfitęri | 130 | 267 |
| xxxvi | Noli ęmulari. | 55 | 244 | lxxxxii | Dominus regnauit. | 131 | 267 |
| xxxvii | Domine ne in furore. | 58 | 245 | lxxxxiii | Deus vltionum. | 132 | 268 |
| xxxviii | Dixi cuſtodiã vias. | 59 | 245 | lxxxxiiii | Venite exultemus. | 133 | 268 |
| xxxviiii | Expectãs expectaui. | 61 | 246 | lxxxxv | Cantate domino. | 134 | 268 |
| xxxx | Beatꝰ vir q̃ itelligit. | 62 | 246 | lxxxxvi | Dominus regnauit. | 135 | 269 |
| xxxxi | Queãdmodũ dęſide. | 63 | 246 | lxxxxvii | Cantate domino. | 136 | 269 |
| xxxxii | Iudica me deus. | 64 | 247 | lxxxxviii | Dominus regnauit. | 137 | 269 |
| xxxxiii | Deus auribus nr̃is. | 65 | 247 | lxxxxviiii | Iubilate deo. | 138 | 269 |
| xxxxiiii | Eructauit cor meum. | 67 | 248 | c | Miſericordiam. | 139 | 270 |
| xxxxv | Deus noſter refugiũ. | 69 | 248 | ci | Domine exaudi. | 139 | 270 |
| xxxxvi | Omnes gentes. | 69 | 248 | cii | Benedic anima. | 142 | 270 |
| xxxxvii | Magnus dominus. | 70 | 249 | ciii | Benedic anima. | 143 | 271 |
| xxxxviii | Audite hec omnes. | 71 | 249 | ciiii | Confitęmini dño. | 145 | 272 |
| xxxxviiii | Deus deoꝝ dominꝰ. | 73 | 249 | cv | Cõfitemini dño qm̃. | 148 | 272 |
| l | Miſeręre mei deus. | 75 | 250 | cvi | Confitemini dño. | 150 | 273 |
| li | Quid gloriaris. | 77 | 250 | cvii | Paratum cor meũ. | 152 | 274 |
| lii | Dixit inſipiens. | 77 | 251 | cviii | Deus laudem. | 153 | 275 |
| liii | Deus in nomine. | 78 | 251 | cviiii | Dixit dñs dño meo. | 155 | 275 |
| liiii | Exaudi deꝰ orationẽ. | 79 | 251 | cx | Confitębor tibi. | 156 | 275 |
| lv | Miſerere mei. | 80 | 252 | cxi | Beatus vir. | 156 | 276 |
| lvi | Miſeręre mei deus. | 92 | 252 | cxii | Laudate pueri. | 157 | 276 |


Ayuntamiento de Madrid

# SECUNDUS INDEX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| cxiii | In exitu. Fo. | 158 | Fo. 276 |
| cxiiii | Dilexi quoniam. | 159 | 277 |
| cxv | Credidi propter. | 160 | 277 |
| cxvi | Laudate dominum. | 160 | 277 |
| cxvii | Confitemini dño. | 160 | 277 |
| cxviii | Beati immaculati. | 189 | 278 |
| cxviiii | Ad dñm cum. | 190 | 281 |
| cxx | Leuaui oculos. | 190 | 281 |
| cxxi | Letatus ſum. | 190 | 281 |
| cxxii | Ad te leuaui. | 191 | 282 |
| cxxiii | Niſi quia dñs. | 191 | 282 |
| cxxiiii | Qui confidunt. | 192 | 282 |
| cxxv | In conuertendo. | 192 | 282 |
| cxxvi | Niſi dominus. | 193 | 282 |
| cxxvii | Beati omnes. | 194 | 283 |
| cxxviii | Sępe expugnauerũt. | 194 | 283 |
| cxxviiii | De profundis. | 195 | 283 |
| cxxx | Dñe nõ eſt exaltatũ. | 195 | 283 |
| cxxxi | Memento dñe. | 196 | 283 |

| | | Fo. | Fo. |
|---|---|---|---|
| cxxxii | Ecce q̃ bonum. | 198 | 284 |
| cxxxiii | Ecce nũc benedicite. | 198 | 284 |
| cxxxiiii | Laudate nomen. | 198 | 284 |
| cxxxv | Confitemini dño. | 199 | 284 |
| cxxxvi | Super flumina. | 200 | 285 |
| cxxxvii | Confitebor tibi. | 201 | 285 |
| cxxxviii | Dñe probaſti me. | 202 | 285 |
| cxxxviiii | Eripe me domine. | 204 | 286 |
| cxxxx | Domine clamaui. | 205 | 286 |
| cxxxxi | Voce mea ad dñm. | 206 | 286 |
| cxxxxii | Domine exaudi. | 207 | 286 |
| cxxxxiii | Benedictus dñs. | 208 | 287 |
| cxxxxiiii | Exaltabo te deus. | 209 | 287 |
| cxxxxv | Lauda anima mea. | 210 | 288 |
| cxxxxvi | Laudate dñm. | 211 | 288 |
| cxxxxvii | Lauda Jeruſalem. | 212 | 288 |
| cxxxxviii | Laudate dñm. | 213 | 288 |
| cxxxxviiii | Cantate dño. | 214 | 289 |
| cl | Laudate dñm i ſctis. | 215 | 289 |


¶ Numero cõmuni cognoſcitur numerus pſalmorũ/quotus ſcilicet quiſq; in ordine pſalmorum ſit. chifrato vero quotis folijs reperiatur et hoc tam in præcędente qui ordinem ſequitur pſalmorum q̃ ſequente indice qui alphabęticam obſeruat ſeriem litterarum.


| | | | |
|---|---|---|---|
| xxiiii | AD te dñe leua. | 38 | 239 |
| xxvii | Ad te dñe cla. | 43 | 240 |
| xxviii | Afferte domino | 43 | 240 |
| xxxxviii | Audite hec omnes. | 71 | 249 |
| lxxvii | Attendite popule. | 109 | 260 |
| cxviiii | Ad dñm cum. | 190 | 281 |
| cxxiii | Ad te leuaui. | 191 | 282 |
| i | BEatus vir. | 5 | 232 |
| xxxi | Beati quoꝝ. | 48 | 242 |
| xxxiii | Bñdicã dñm. | 50 | 242 |
| xxxx | Beat⁹ vir q̃ itelligit. | 62 | 246 |
| lxxxiiii | Benedixiſti dñe. | 119 | 264 |
| lxxxxi | Bonum eſt cõfiterī | 130 | 267 |
| cii | Benedic anima. | 142 | 270 |
| ciii | Benedic anima. | 143 | 271 |
| cxi | Beatus vir q̃ timet. | 156 | 276 |
| cxviii | Beati immaculati. | 189 | 278 |
| cxvii | Beati omnes. | 194 | 283 |
| cxxxxiii | Benedictus. | 208 | 287 |
| iiii | CUm inuocarē. | 8 | 232 |
| viiii | Cõfitebor tibi. | 14 | 233 |
| xv | Cõſerua me. | 22 | 235 |
| xviii | Cæli enarrant. | 29 | 237 |
| lxxiiii | Confitebimur tibi. | 106 | 259 |
| lxxxxv | Cantate domino. | 134 | 268 |
| lxxxxvii | Cãtate domino. | 136 | 269 |
| ciiii | Cõfitemi dño et inuo. | 145 | 272 |
| cv | Cõfitemini dño qm̃. | 148 | 272 |
| cvi | Confitemini dño. | 150 | 273 |
| cx | Confitebor tibi. | 156 | 275 |
| cxv | Credidi propter. | 160 | 277 |
| cxvii | Cõfitemini dño qm̃. | 160 | 277 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| cxxxv | Cõfitemini dño qm̃. | 199 | 284 |
| cxxxvii | Cõfitebor tibi dñe. | 201 | 285 |
| cxxxxviiii | Cantate dño. | 214 | 289 |
| iii | DOmine quid. | 7 | 232 |
| vi | Dñe ne i furo. | 10 | 233 |
| vii | Dñe de⁹ meus | 11 | 233 |
| viii | Domine dñs noſter. | 12 | 233 |
| xiii | Dixit inſipiens. | 20 | 235 |
| xiiii | Dñe quis habitabit. | 21 | 235 |
| xvii | Diligam te dñe. | 25 | 236 |
| xx | Domine in virtute | 32 | 238 |
| xxi | Domine deus meus. | 33 | 238 |
| xxii | Dominus regit me. | 36 | 238 |
| xxiii | Domini eſt terra. | 37 | 239 |
| xxvi | Domin⁹ illuminatio. | 41 | 240 |
| xxxv | Dixit iiuſt⁹ vt dęlinq̃t | 54 | 244 |
| xxxvii | Domine ne in furore. | 58 | 245 |
| xxxviii | Dixi cuſtodiã vias. | 59 | 245 |
| xxxxiii | Deus auribus nr̃is. | 65 | 247 |
| xxxxv | Deus noſter refugiũ. | 69 | 248 |
| xxxxviiii | Deus deoꝝ domin⁹. | 73 | 249 |
| lii | Dixit inſipiens. | 77 | 251 |
| liii | Deus in nomine. | 78 | 251 |
| lviiii | Deus repuliſti | 85 | 253 |
| lxii | Deus deus meus. | 87 | 254 |
| lxvi | Deus miſereatur. | 92 | 255 |
| lxviiii | Deus in adiutoriũ. | 98 | 257 |
| lxxi | Deus iudicium. | 100 | 258 |
| lxxviii | Deus venęrunt | 112 | 262 |
| lxxxi | Deus ſtetit. | 116 | 263 |
| lxxxii | Deus quis ſimilis. | 117 | 263 |
| lxxxvii | Domine deus. | 122 | 265 |

# SECUNDUS INDEX.


| | | Fo. | Fo. |
|---|---|---|---|
| lxxxviiii | Dñe refugium. | 126 | 266 |
| lxxxxii | Dominus regnauit. | 131 | 267 |
| lxxxxiii | Deus vltionum. | 132 | 268 |
| lxxxxvi | Dñs regnauit exultet. | 135 | 269 |
| lxxxxviii | Dñs regnauit iraſcant. | 137 | 269 |
| ci | Domine exaudi. | 139 | 270 |
| cviii | Deus laudem. | 153 | 275 |
| cviiii | Dixit dñs dño meo. | 155 | 275 |
| cxiiii | Dilexi quoniam. | 159 | 277 |
| cxxviiii | De pꝛofundis. | 195 | 285 |
| cxxx | Dñe nõ eſt exaltatũ. | 195 | 283 |
| cxxxviii | Domine pꝛobaſti | 202 | 285 |
| cxxxx | Domine clamaui. | 205 | 286 |
| cxxxxii | Dñe exaudi oꝛationẽ. | 207 | 286 |
| xvi | EXaudi dñe. | 23 | 235 |
| xviiii | Exaudiat te. | 51 | 237 |
| xxviiii | Exaltabo te. | 44 | 241 |
| xxxii | Exultate iuſti. | 49 | 242 |
| xxxviiii | Expectãs expectaui. | 61 | 246 |
| xxxxiiii | Eructauit coꝛ meum. | 62 | 248 |
| liiii | Exaudi deꝰ oꝛationẽ. | 79 | 251 |
| lviii | Eripe me de inimicis. | 84 | 252 |
| lx | Exaudi deꝰ depcatio. | 86 | 255 |
| lxiii | Exaudi deꝰ oꝛationẽ. | 89 | 254 |
| lxvii | Exurgat deus. | 93 | 255 |
| lxxx | Exultate deo. | 115 | 263 |
| cxxxii | Ecce ꝙ bonum. | 198 | 284 |
| cxxxiii | Ecce nũc benedicite. | 198 | 284 |
| cxxxviiii | Eripe me dñe. | 204 | 286 |
| cxxxxiiii | Exaltabo te deus. | 209 | 287 |
| lxxxvi | Fundamenta eius. | 121 | 265 |
| x | IN dño cõfido. | 17 | 234 |
| xxv | Iudica me d. | 40 | 239 |
| xxx | In te dñe ſpa. | 45 | 241 |
| xxxiiii | Iudica dñe nocẽtes. | 52 | 243 |
| xxxxii | Iudica me deus. | 64 | 247 |
| lxv | Iubilate deo. | 91 | 255 |
| lxx | In te dñe ſperaui. | 99 | 257 |
| lxxxv | Inclina domine. | 120 | 267 |
| lxxxxviiii | Iubilate deo oĩs tra. | 138 | 269 |
| cxiii | In exitu. | 158 | 276 |
| cxxv | In conuertendo. | 192 | 282 |
| cxii | LAudate pueri | 157 | 276 |
| cxvi | Laud do. oẽs | 160 | 277 |
| cxx | Leuaui oclos | 190 | 281 |
| cxxi | Letatus ſum. | 190 | 281 |
| cxxxiiii | Laudate nomen. | 198 | 284 |
| cxxxxv | Lauda anima mea. | 210 | 288 |
| cxxxxvi | Laudate dñm qm bo. | 211 | 288 |
| cxxxxvii | Lauda Ieruſalem. | 212 | 288 |
| cxxxxviii | Laudate dñm de cæl' | 213 | 288 |
| cl | Laudate dñm i ſctis. | 215 | 289 |
| xxxxvii | MAgnus dñs. | 70 | 249 |
| l | Miſerere mei. | 75 | 250 |
| lv | Miſerere mei. | 80 | 252 |
| lvi | Miſerere mei deꝰ mi. | 82 | 252 |
| lxxxviii | Miſericoꝛdias dñi. | 123 | 265 |
| c | Miſericoꝛdiã ⁊ iudiciũ | 139 | 270 |
| cxxxi | Memẽto dñe dauid. | 196 | 285 |
| xxxvi | NOli emulari. | 55 | 244 |
| lxi | Nonne deo. | 86 | 253 |
| lxxv | Notꝰ i iudæa. | 106 | 260 |
| cxxiii | Niſi quia dñs. | 191 | 282 |
| cxxvi | Niſi dominus. | 195 | 283 |
| xxxxvi | Omnes gentes. | 69 | 248 |
| cvii | Paratũ coꝛ meum. | 152 | 274 |
| ii | QUare fremuẽ. | 6 | 232 |
| xxxxi | Quẽadmodũ. | 65 | 246 |
| li | Quid gloꝛiari. | 77 | 250 |
| lxxii | Quam bonus. | 102 | 258 |
| lxxviiii | Qui regis iſrael. | 113 | 262 |
| lxxxiii | Quã dilecta. | 118 | 264 |
| lxxxx | Qui habitat. | 128 | 267 |
| cxxiiii | Qui confidunt. | 192 | 282 |
| xi | SAluũ me fac. | 18 | 254 |
| lvii | Si vere vtiq;. | 82 | 252 |
| lxviii | Saluũ me fac. | 96 | 256 |
| cxxviii | Sepe expugnauerũt. | 194 | 283 |
| cxxxvi | Super flumina. | 200 | 285 |
| lxiiii | Te decet hymnus. | 90 | 254 |
| v | VErba mea au. | 9 | 232 |
| xii | Uſqueq̃ dñe. | 19 | 235 |
| lxxiii | Ut q̃d deus. | 140 | 259 |
| lxxvi | Uoce mea. | 117 | 260 |
| lxxxxiiii | Uenite exultemus. | 133 | 268 |
| cxxxxi | Uoce mea ad dñm. | 206 | 286 |


Secũdæ tabulæ Finis.

Ayuntamiento de Madrid

**Psalterium Gallicum. I**

1 Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum \ et in via peccatorum nō ſtetit: ⁊ in cathedra peſtilentie non ſedit.
2 Sed in lege domini volūtas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tāq̄ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructū ſuū dabit in tempore ſuo.
4 Et foliū eius non defluet: et omnia quecunq̄ faciet ꝓſperabuntur.
5 Non ſic impij non ſic: ſed tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre.
6 Ideo non reſurgunt impij in iudicio: neq̄ peccatores in concilio iuſtorum.
7 Quoniam nouit dominꝰ viam iuſtorum: ⁊ iter impiorum peribit.

**Romanum I**

Beatus vir q̄ non abijt in conſilio impiorum \ ⁊ in via peccatorum non ſtetit: et in cathedra peſtilentie non ſedit.
Sed in lege domini fuit voluntas eius: et in lege eiꝰ meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignū: quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum:
Quod fructum ſuum dabit: in tempore ſuo.
Et foliū eius non decidet: et omnia quecunq̄ fecerit proſperabuntur.
Non ſic impij non ſic: ſed tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre.
Ideo non reſurgunt impij in iudicio: neq̄ peccatores in concilio iuſtorum.
Quoniam nouit dominꝰ viam iuſtorum: et iter impiorum peribit.

**Hebraicum. I**

Beatus vir q̄ non abijt in cōſilio impiorum \ et in via peccatorum non ſtetit: in cathedra deriſorum non ſedit.
Sed in lege domini volūtas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignum trāſplantatum: iuxta riuulos aquarum.
Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo \ et folium eius non defluet: et omne quod fecerit proſperabitur.
Non ſic impij: ſed tāq̄ puluis quem proijcit ventus.
Propterea non reſurgunt impij in iudicio: neq̄ peccatores in cōgregatione iuſtorum.
Quoniam nouit dominꝰ viam iuſtorum: et via impiorum peribit.

TITULUS nullus. Pſalmꝰ de Chriſto dn̄o. Eſt enī q̄ hꝫ clauē Dauid: ⁊ q̄ claudit et nemo ape apoc. 3
rit/ apit et nemo claudit. Propheta ī ſpiritu loq̄tur. Btūs vir: deſcribit̄ Chriſtꝰ. Impij: gētes/ ido
latre dei contēptores/ peccatores/ trāſgreſſores diuine legis ⁊ nature. cathedra peſtilētie: pōtificū/
ſcribarū et phariſeorū iudiciaria poteſtas/ qua corrupti abutebātur. lex dn̄i: lex moſaica nō paſſibili
ter ſed ſpiritualiter intellecta/ ⁊ euāgelica. die ac nocte: iugiter/ indeſinēter. id Chriſto proprium eſt.
lignū: lignū vite. decurrētes aque: quattuor paradiſi flumina Geon/ Phiſon/ Tigris/ Eufrates: q̄
tuor riuis decurrētis ſāguinis (Chriſto pendēte in ligno) reſpondētia. fructus: redēptio generis hu
mani. Tp̄s: tp̄s paſſiōis. ¶ Antixp̄s ex oppoſito diffinit̄. ⁊ impij et pctōres p̄ appropinquationē ad
eum: vt pij et iuſti per appropīquationē ad Chriſtū. nō reſurgūt: nō iuſtificātur/ nō īmutātur. Iuſti:
pij qui legē īplent. Ideo ſi Chriſtus reſurrexit ad vite īmortalitatē; ⁊ pij ī die iudicij in cetu iuſtoꝝ ⁊
ſanctoꝝ ad vitā reſurgēt. Antichriſtus vero et īpij: nō reſurgēt ad vitā/ ſed ad mortē ſecūdā / que eſt
tormentū indeficiens. et nō in cōgregatione iuſtorū: ſed in cōſortio demonū/ iniuſtoꝝ/ ⁊ dānatorum.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Propheta in ſpū loquit̄. Btūs vir q̄ nō abijt ī ꝯſilio īpiorū
et in via peccatorū nō ſtetit: et in cathedra peſtilētie nō ſedit. Hic vir beatus diffinitur: eū virū beatū
eſſe et certā vite eterne ſalutē manere/ q̄ ſententijs nō adheſit cōtēptoꝝ dei/ q̄ viā trāſgreſſorū latā nō
intrauit: qui iudiciaria poteſtate pōtificū/ ſcribarū/ phariſeoꝝ ⁊ aliorū peſtilētiū iudicū deūq̄ homi
2 neſq̄ nō verentiū nō eſt abuſus. Sed ī lege dn̄i volūtas eiꝰ: et in lege eiꝰ meditabit̄ die ac nocte. bea
tus ille vir: qui nō modo priuato nec publico pctō peccauit/ qui nō ſolū a malo abſtinuit ſed mēs eiꝰ
3 tota in īpletione legis diuine verſa eſt: et in cōtēplatione eiꝰ ſine īntermiſſione. Et erit tanq̄ lignū q̄d
plantatū eſt ſecus decurſus aquarū: quod fructū ſuū dabit in tēpore ſuo. et aſſimilabit̄ arbori iuxta
riuos aquarū conſite: que cū tēpus aduenerit ꝓfert fructū ſuū. Et foliū eius nō defluet: ⁊ omnia q̄=



Ayuntamiento de Madrid

cunq; faciet ꝓſperabũtur. aſſimilabitur inquã arbori ſemꝑ vireti/ et vniuerſa que fecerit ꝓſpera erũt/
a deoq; benedictionẽ cõſequẽtur. Nõ ſic impij/ nõ ſic: ſed tanꝙ puluis quẽ proijcit vẽtus a facie ter 5
re. nõ hoc pacto ij quibꝰ deus nõ eſt cure/ a peccato priuato publicoq; abſtinẽt dñi legẽ volẽtes/ ⁊ eã
iugiter meditãtes/ nõ hoc pacto deũ negligẽtes aut contẽnentes aſſimilabũtur arbori fructifere ⁊ ſem
per frõdifere/ neq; vniuerſa que fecerint ĩ bonũ illis cedẽtia: ſed aſſimilabũtur pulueri quẽ a terra tur
bo longe ꝓpellit. Ideo nõ reſurgũt impij in iudicio: nep; peccatores in cõſilio iuſtoꝝ. hac de cauſa 6
qui deũ non curauerũt/ qui contẽpſerũt: nõ vt iuſti in nouiſſimo die viuificabũtur/ ſed erunt vt arbor
emortua/ neq; in illa die diuine legis trãſgreſſores cetui aggregabũtur beatoꝝ. Quoniam nouit do= 7
minus viam iuſtoꝝ: ⁊ iter impioꝝ peribit. et hoc ideo quia via ſtricta et anguſta mandatoꝝ/ quã iuſti
tenuerũt a deo cognita eſt: ſed lata ĩpietatis via ⁊ deuiũ ꝑeccatoꝝ/ ab eo exterminabitur et morte ſup
plicioq; demandabitur eterno.
1 Timo: 6 CONCORDIA. ¶ Paulus ad Timotheũ. Serues mãdatũ ſine macula irreprehẽſibile vſq; ad 1
1 Pſal. 25 aduentũ dñi nři IHESV Chriſti: quẽ ſuis tẽporibus oſtẽdet beatꝰ et ſolus potẽs/ rex regũ et dñs
2 Pſal. 29 dominantiũ. Itẽ pſalmo 25. Nõ ſedi cũ cõſilio vanitatis: et cũ iniqua gerentibus nõ introibo. Odiui
5 Luc. 23 eccleſiã malignantiũ: ⁊ cũ impijs nõ ſedebo. ¶ Chriſtus de ſe. In capite libri ſcriptũ eſt de me vt fa= 2
3 Hier. 17 cerem volũtatẽ tuã deus meus: volui et legẽ tuã in medio cordis mei. ¶ Dñs tẽpore paſſiõis. Si in 3
4 Apo. 22 viridi ligno hec faciũt: in arido quid fiet? Et Hieremias. Bñdictus vir qui cõfidit in dño. et erit dñs
4 Hier. 17 ſpes eius: et erit quaſi lignũ quod trãſplantatũ eſt ſuꝑ aquas/ qđ ad humorẽ mittit radices. ¶ Apo= 4
4 Apo. 2 calypſis. Et folia ligni ad ſanitatẽ gentiũ. Et itẽ Hieremias. et nõ timebit cũ aduenerit eſtꝰ: et erit fo
5 Pſal. 17 lium eius viride/ omni tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ/ nec aliquãdo deſinet facere fructũ. Et in Apo
5 Eſai. 43 calypſi dicit dñs. Vincẽti dabo edere de ligno vite: quod eſt ĩ paradiſo dei mei id eſt corpꝰ ſuũ: quod
7 Oſee 14 in cruce in tẽpore ſuo dedit fructũ ſuũ. Neq; enĩ aliter ſine eſu ligni vite: ad immortalitatẽ venire po
7 Pſal. 145 teramꝰ. ¶ Cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ vẽti: vt lutũ platearũ delebo eos. ¶ Eſaias. Simul 5 6
dormierũt nec reſurgent: contriti ſunt quaſi linũ et extincti. ¶ Oſee. Recte vie domini: ⁊ iuſti ambu 7
labunt in eis. Et alibi. vias peccatorum diſperdet.
ADVERTE. Primo verſu beatus vir. [redacted]
Matheus 5 Sic dñs apud Mattheũ. beati pauperes ſpiritu: qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. beati mites: qm̃ ipſi poſſi
debũt terrã. beati qui lugẽt: qm̃ ipſi cõſolabũtur. beati q̃ eſuriũt et ſitiũt iuſticiã: qm̃ ipſi ſaturabũtur.
beati miſericordes: qm̃ ipſi miſericordiã cõſequẽtur/ ⁊ reliqua id genus: vbi diuinũ quippiã pati ĩ fu
turũ potius indicatur ꝙ agere. vt enĩ patiẽdo ferrũ igniforme efficitur: ſic ⁊ in ſupramũdanis prope=
modũ putãt deũ ſuſcipiẽdo deiformia fieri. Vide igitur ꝙ oppoſita: diuina ⁊ humana reſpõdent ana
logia. neq; tamẽ aduerſãtur. Nã quod eſt hic in nobis ſummũ agere: illic eſt ſũmũ pati. ſed tãto pre=
ſtantius hoc ꝙ illud: quãto diuinũ preſtat humano/ et ĩmortale mortali/ ſẽpiternũq; trãſitorio. Neq;
etiã in hoc mũdo plane negauerim ꝓphetas/ et ſanctoꝝ nõnullos: ꝗ diuina paterẽtur/ multo beatio=
res illis quos ex actione philoſophi diffiniunt beatos. ſed forte de ijs plura ꝙ preſens locus exigat.
¶ Tercio verſu quod plantatũ eſt: Hieronymus ex Hebreo quod trãſplantatũ eſt. rectius putãt plã
Ezechiel 17 tatũ eſt a ſeptuaginta dictũ. et hic poni paſſiuũ verbi quo in Ezechiele vtitur vbi legitur plãtabo ſuꝑ
montẽ excelſũ et eminentẽ. ¶ Quarto verſu et omnia quecũq; faciet: Hieronymus ex hebreo et om=
ne quod fecerit. hic cõtra equius ſingulariter dixiſſe Hieronymũ ꝓbãt ꝙ ſeptuaginta pluraliter. ſed
he diaphonie parue: que de vocabulo potius ꝙ de ſententiarũ varietate cõtendũt. ¶ Quinto verſu
nõ ſic impij nõ ſic/ ſed tanꝙ puluis quẽ proijcit vẽtus a facie terre. particule/ nõ ſic ſecũdo loco/ et a fa
cie terre: ab interpretibus (maioris forte expreſſionis cauſa) ſũt adiecte/ ⁊ nõ ex trãſlatione hebraica
habite/ vbi ſolũ legitur: nõ ſic ĩpij ſed tanꝙ puluis quẽ proijcit vẽtꝰ. ſũtq; ab Hieronymo obelo ſuf=
fixe. ¶ Septimo verſu. quoniã nouit dñs viã iuſtoꝝ. via iuſtoꝝ fides et mandata dei: de qua ſecũdo
verſu dictũ eſt/ ſed in lege dñi volũtas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et iuſti: diffiniũ=
tur fide et impletione diuinoꝝ mandatoꝝ. Iniuſti cõtra: aut qui fidẽ non habent qui et impij/ aut qui
mandata tranſgrediuntur qui et peccatores. Eſt iuſticia: fides/ et mandatorum diuinorum cuſtodia.
Iniuſticia: tum infidelitas: tum mandatorũ dei preuaricatio. Et quanꝙ aliquid ſit quod philoſophi
diffiniunt iuſticiam reddere vnicuiq; quod ſuum eſt/ quam diducunt in diſtributiuam circa publicoꝝ
munia/ geometrica ratione diſpenſandam/ et cõmutatiuam/ in cõmutatione rerum/ quã ratio diſpen=

Ayuntamiento de Madrid

ſat arithmetica: res tamen hec perexigua eſt/ ſi ad illam que prius diffinita eſt/ cōferre velis. nā hec nature: illa diuina iuſticia eſt. quare quantum diuinum/ nature supereminet: tantum et iuſticia iu- ſtus de quo ſacra tangunt eloquia/ iuſtitie et iuſto quam nouere philoſophi. nobile tamen iuſticie di uine veſtigium: naturalis humanaq́ iuſticia eſt. quam ſi violabis: et diuinā quoq́ violabis. Illā di- uina: hanc obſeruari mandat. clauditq́ in ſe: vt membrum quoddam/ atq́ particulam. non tamen ſi hanc ſeruabis: continuo et illā habiturus es. ⁊ vt lumen colorū forma: ita fides operum diuine iuſti ſticie tolle. lumen: et ſi color materialis ſit non proficit tamen ad viſionē. tolle fidem: neq́ omnia ope ra ad eternam proficient ſalutem/ ſed perpetuis manebunt in tenebris. Det igitur nobis Chriſt⁹ do minus/ ſolus vere beatus et vere iuſtus: vt per veram iuſtitiam ad veram lucem tandem reſpirem⁹/ et per viam incedamus quam ipſe nouit/ qui eſt ſuper omnia benedictus. Amen.

In finē pſalm⁹ ipi dd. ii.
1 Quare fremuerūt gē
tes: et populi medi-
ditati ſunt inania?
2 Aſtiterunt reges terre\ et
principes cōuenerunt ī vnū
aduerſus dominum et ad-
uerſus chriſtum eius.
3 Diſrumpam⁹ vincula eo-
rum: et proiciamus a nobis
iugum ipſorum.
4 Qui habitat in celis irri-
debit eos: et dominus ſub-
ſannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in
ira ſua: et in furore ſuo con
turbabit eos.
6 Ego autem conſtitut⁹ ſum
rex ab eo ſuper ſion mōtem
ſanctum eius: predicans p̄-
7 ceptum eius.
Dñs dixit ad me\ fili⁹ me
us es tu: ego hodie genui te
8 Poſtula a me ⁊ dabo tibi
gētes hereditatē tuā: ⁊ poſ-
ſeſſionē tuā terminos terre
9 Reges eos ī virga ferrea:
tāq̄ vas figuli ɔfriges eos.
10 Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis
11 terram.
Seruite dño in timore: et
exultate ei cum tremore.
12 Apprehendite diſciplinā
nequando iraſcat dominꝰ:
et pereatis de via iuſta.
13 Cum exarſerit ī breui ira

Pſalmus Dauid.
Quare fremuerūt gē
tes: et populi medi-
tati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terre\ et
principes ɔuenerūt in vnū:
aduerſus dominum et ad-
uerſus chriſtum eius.
Diſrumpam⁹ vincula eo-
rum: et proiciam⁹ a nobis
iugum ipſorum.
Qui habitat in celis irri-
debit eos: et dominus ſub-
ſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in
ira ſua: et in furore ſuo con
turbabit eos.
Ego aūt ɔſtitut⁹ ſū rex ab
eo ſup ſion mōtē ſctm̄ eius:
predicās preceptum dñi.
Dñs dixit ad me\ fili⁹ me
us es tu: ego hodie genui te
Poſtula a me et dabo tibi
gētes hereditatē tuā: ⁊ poſ-
ſeſſionē tuā terminos terre
Reges eos in virga ferrea:
et tanq̄ vas figuli confrin-
ges eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini omnes qui iudi
catis terram.
Seruite dño in timore: et
exultate ei cum tremore.
Apprehendite diſciplinā
nequando iraſcat dominꝰ
et pereatis de via iuſta.
Cum exarſerit ī breui ira

Quare turbabuntur
gentes: et tribus me
ditabuntur inania?
Conſurgent reges terre\ ⁊
principes tractabunt pari-
ter: aduerſus dominum et
aduerſus chriſtum eius.
Dirumpamus vincula eo
rum: et proiciam⁹ a nobis
laqueos eorum.
Habitator celi ridebit: do
minus ſubſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in
ira ſua: et in furore ſuo con
turbabit eos.
Ego autē vnxi regem me-
um: ſuper ſyon mōtem ſan-
ctum meum.
Annunciabo dei preceptū
dominus dixit ad me fili-
us me⁹ es tu: ego hodie ge-
nui te.
Poſtula a me et dabo tibi
gentes hereditatem tuam:
⁊ poſſeſſionem tuam termi
nos terre.
Paſces eos ī virga ferrea:
vt vas figuli conteres eos.
Nunc ergo reges intel-
ligite: erudimini iudices
terre.
Seruite domino in timo-
re: et exultate in tremore.
Adorate pure ne forte ira
ſcatur: et pereatis de via.
Cum exarſerit poſt paulū



Ayuntamiento de Madrid

eius:beati omnes qui confi dunt in eo. eius:beati omnes qui confi dunt in eo. lum furoꝛ eiꝰ:beati omnes qui ſperant in eo.

TITULUS nullus.pſalmus de Chriſto dño.propheta in ſpiritu loquitur.gẽtes:milites roma
ni.populi:ſcribe/phariſei et turbe adherentes.reges terre.Herodes/et Pilatus qui partes ceſaris
gerebat.principes:principes ſacerdotũ Annas et Caiphas.cõuenerunt in vnũ:cõſpirauerũt/coniu
rauerunt ſimul.aduerſus dñm:deũ patrẽ.et aduerſus Chriſtũ eius:aduerſus filium eius/incarna-
tum verbum.vincula:conſilia/machinationes.Iugum ipſorum:pedicas/laqueos ⁊ tendicula.qui
habitat in celis:deus pater.⁊ dominus.Chriſtus eius.ſubſannabit eos:irridebit eos vt ⁊ pater.tũc
loqtur ad eos:perſecutores et afflictores ſuos.in ira:in vindicta ſupplicij eterni.⁊ in furore ſuo:in p̄
ſenti vltione conturbabit eos.Ego aũt:ego Chriſtus.ab eo:a deo patre.preceptum eius:euangeli-
um regni.Filius meus:verba patris ad Chriſtum vſqꝫ ad decimum verſum.hodie:ab eterno/ante
ſecula.terminos terre:orientem:occidentem ſeptentrionem ⁊ meridiem.virga ferrea:poteſtate inſu-
perabili et eterna.Et nunc reges intelligite:exhortatio prophete ad reges terre preſertim iudaice.
Cum exarſerit in breui:cito prope diem emenſis quadraginta a paſſione annis.ira:vltio vindicta.
beati omnes qui confidunt in eo:apoſtoli:diſcipuli:et qui per illos credidere.
EXPOSITIO CONTINUA. ¶ Propheta in ſpiritu loquitur Quare fremuerũt gentes: 1
et populi meditati ſunt inania? quare tumultuate ſunt alie nationes:et conuẽticula hebreorũ in co-
gitationibus vanuerunt. Aſtiterunt reges terre/et principes conuenerunt in vnum aduerſus do- 2
minum et aduerſus Chriſtum eius.conſurrexerunt/vnaqꝫ conſpirauerũt gubernatores iudee ⁊ põ
tifices ſacerdotes et ſcribe contra patrem eternum contra meſſiam filium eius benedictum. Diſrum 3
pamus vincula eorum:et proijciamus a nobis iugum ipſorum.o populi fideles diſſipemus conſi-
lium eorum/non conſentiamus ipſis:ſed reijciamus procul a nobis laqueos illos quos Chriſto do
mino pretendunt. Qui habitat in celis irridebit eos:et dominus ſubſannabit eos.o populi ne cõ- 4
ſẽtiamus eis quia celeſtis pater ludibrio et irriſioni eos dabit:et Chriſtus dominus ſubſannationi.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua:et in furore ſuo conturbabit eos.veniet tempus quo Chriſtũ do- 5
minum ſentiant loquentem ad eos:in vindicta et vltione eterna:et in preſentis vite afflictione con-
turbantem eos. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum eius:predicans 6
preceptum eius.loquetur ad eos:conſtituit me celeſtis pater regem ſuper ſion montem ſanctum eiꝰ
ſuper ſanctam eccleſiam eius:euangelizans euangelium pacis eius. Dominus dixit ad me filiꝰ me 7
us es tu:ego hodie genui te Chriſtus dominus loquetur ad eos celeſtis pater locutus eſt ad me fili
us meus es tu:ego ab eterno generaui te. Poſtula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam:et 8
poſſeſſionem tuam terminos terre.celeſtis pater meus dixit ad me/pete a me et ego ſubdam tibi om
nes orbis nationes:hereditabis et poſſidebis orientem/occidentem/meridiem et aqlonem et vlti-
ma terre. Reges eos in virga ferrea:et tanquam vas figuli cõfringes eos.paſces et gubernabis bo- 9
nos poteſtate eterna:malos autem tanqꝫ fictilia vaſa in eternam perditionem conteres. Et nunc re- 10
ges intelligite:erudimini qui iudicatis terram.et nunc regnorũ terre diſponſatores hanc Chriſto do
mino poteſtatem datam agnoſcite:o vos quibus iudicium in terra facere datum eſt/diſcite Chriſtũ
dominum omnium iudicem eſſe. Seruite domino in timore:et exultate ei cum tremore.O reges O 11
iudices terre qui alios regitis et iudicatis:vos Chriſti domini ſeruos agnoſcite/illum timorate co-
lite:gaudete de tanto rege et tanta ei a deo patre collata poteſtate/tremiſcentes illum offendere.
Apprehendite diſciplinam nequando iraſcatur dominus:et pereatis de via iuſta.ſuſcipite filiũ dei 12
illum ſincere adorate/ne forte ſuccẽſeat qui poteſt vos vt vaſa figuli confringere:et extermlnemini a
calle vite eterne. Cum exarſerit in breui ira eius:beati omnes qui confidunt in eo.cum paulo poſt 13
exardeſcet vltio eius in inimicos eius q̄ in cogitationibꝰ ſuis vanuerũt/in reges ⁊ pricipes q̄ aſtiterũt
⁊ ꝯſpirauerũt ſimul ĩ eũ:felices tũc vniuerſi ⁊ a ſũmo erepti malo q̄ totiꝰ ſalutiſ ſue ſpẽ collocabũt ĩ eo.
1 Act. 4 CONCORDIA. ¶ Lucas in actis.Apoſtoli vnanimiter leuauerunt vocem ad deum/et dixe- 1
2 Act. 4 runt.domine qui feciſti celum ⁊ terram/mare ⁊ omnia q̄ in eis ſunt:q̄ ſpiritu ſancto per os patris no- 2
3 Mat. 12 ſtri Dauid pueri tui dixiſti:quare fremuerunt gentes ⁊ populi meditati ſunt inania? aſtiterunt reges
3 Joan. 11 terre et principes conuenerunt in vnum:aduerſus dominum et aduerſus Chriſtum eius. Conue-
4 pro. 4 nerunt enim vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum IHESUM quem vnxiſti:He-
5 Hie. 12 rodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populus iſrael/facere que manus tua et conſilium tu-
6 Hie. 23 um decreuerunt fieri. ¶ Mattheus.Exeuntes autem phariſei conſilium faciebant aduerſus eum: 3
7 pſal. 109 quomodo perderent eum.Et Joannes.collegerunt ergo pontifices et phariſei conſilium:et dice-
bant quid faciemus? quia hic homo multa ſigna fecit.ſi dimittamus eum ſic:omnes credent in eum

Ayuntamiento de Madrid

4 et venient romani et tollent noſtrum locum et gentem. ¶ In prouerbijs Chriſtus/dei ſapientia. qꝛ 7 Heb. 1
vocaui et renuiſtis/extendi manum meam et non fuit qui aſpiceret/deſpexiſtis omne conſilium me= 7 Act. 13
um/et increpationes meas neglexiſtis: ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo/et ſubſannabo cū vobis 8 Pſal. 71
5 id quod timebatis aduenerit. ¶ Hieremias. Ecce ego euellam eos de terra ſua ⁊ domum iuda euel 8 Luc. 13
6 lam de medio eorum. ¶ Idem. Ecce dies veniunt dicit dominus: et ſuſcitabo dauid germen iuſtū/ 9 Apo. 2
7 et regnabit rex/et ſapiens erit/et faciet iudicium et iuſtitiam in terra. ¶ Tecum principium ī die vir 10 Sap. 1
tutis tue: in ſplendoribus ſāctorum ex vtero ante luciferum genui te. Et Paulus ad Hebreos. cui 11 Sap. 1
enim aliquando dixit angelorum: filius meus es tu ego hodie genui te? Et ī actis. Et nos vobis an 12 Sap. 1
nunciamus eam que ad patres noſtros promiſſio facta eſt: quoniam hāc deus impleuit filijs veſtris 13 Hie. 23
8 ſicut in pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. filius meus es tu: ego hodie genui te. ¶ Et dominabitur a ma
ri vſqꝫ ad mare et a flumine vſqꝫ ad terminos orbis terrarum. Et dominus in Luca. Venient ab oriē
9 te et occidente et aquilone et auſtro: et accumbēt in regno dei. ¶ Apocalypſis. Qui vicerit et cuſto=
dierit vſqꝫ in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes/et reget eas in virga ferrea: et tanqꝫ
10 vas figuli confringentur/ſicut et ego accepi a patre meo. ¶ Ex ſapientia. diligite iuſticiam: qui iudi
11 12 catis terram. ¶ Ex eadem. Seruite domino ī bonitate et ſimplicitate cordis. ¶ Ex eadem. Ad vos
13 ergo reges ſunt hi ſermones mei: vt diſcatis ſapiētiam et ne excidatis. ¶ Ex threnis perſequeris in
furore/et conteres eos ſub celis domine.

ADVERTE. Primo ⁊ ſecundo verſu que per preteritū dicuntur fremuerūt/meditati ſunt/aſtite rūt conuenerunt: Hieronymus ex hebreo per futurum expreſſit/turbabuntur/meditabuntur/ꝯſurgent tractabūt. et ferme mos eſt ſeptuagīta: ꝑ preteritū quaſi facta enūciare que hebrei ſcripta habēt quaſi futura. Verū hec diuerſitas/intelligētie non preiudicat: cū non tēpus proferentis attendat/ſꝫ prophetie vis et reuelantis ſpūs intentio. ¶ Quinto verſu. tunc loquetur ad eos: in noſtra tralatione ⁊ romana id de filio dicitur/in tralatione vero hebraica refertur ad patrem. ſed que filius locutus eſt: eadē ⁊ pater locutus eſt in filio. verba (inquit) que ego loquor vobis: a meipſo nō loquor. pater Joannes
autem in me manens: ille facit opera. ¶ Sexto verſu. ego autē conſtitutus ſum rex ab eo: ex hebreo. 14.
Ego autē vnxi regē meum. et illuc ego monſtrat filiū/hic patrē. quod eo factū eſt/ꝙ ſeptuagīta ſignificationem actiuā cōmutarunt in paſſiuā. Et vbi dictū eſt vnxi regem meū alij legunt ordinatus ſum regem meū. alij ordinaui regem meū: quod anceps facit vocabuli ſignificatio. verum qui legunt vnxi: aſtipulātur interpretationi Petri ī actis apoſtolorū. vbi dixit conuenerūt enī vere ī ciuitate iſta aduerſus ſanctū puerū tuum IHESVM: quē vnxiſti. quare libentiꝰ authoritatē pricipis apoſtoloꝝ ſecutus admiſi hoc in loco legendū vnxi. vt et legitur in exemplari celeſtinoꝝ pariſienſiū. ¶ A ſeptimo verſu in decimū: verba ſunt filij de ſe paterna verba recitantis. ¶ Duodecimo verſu. apprehendite diſciplinā: Hieronymus ex hebreo adorate pure. volunt particulam in hebreo hic poſitam tria hec ſignificare apprehendite diſciplinā/adorate pure/oſculamini filium: ſed magis proprie adorate pure/et oſculamini filium. Eodē duodecimo verſu. nequando iraſcatur dominus: et pereatis de via iuſta: dominus ex hebreo ſuperfluum eſt. et id etiam iuſta ab interpretibus eſt adiectum. et hoc/⁊ pereatis de via/hoc ipſum pretendere videtur: et ne extermínemini de mundo in eterna ſupplicia.

¶ Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. iij.

1 2 Domine quid multi plicati ſunt q̄ tribulant me: multi inſurgūt ad uerſum me.
2 Multi dicūt aīe mee: non eſt ſalus ipi ī deo eiꝰ. Sēp.
3 Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum.
4 Voce mea ad dominū clamaui: et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Sēp.

¶ Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. iij.

2 Domine quid multi plicati ſunt q̄ tribulant me\multi inſurgūt ad uerſus me\multi dicūt anime mee: non eſt ſalus illi in deo eius. Dp̄.
Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum.
Voce mea ad dominū clamaui: et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Dp̄.

¶ Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. iij.

2 Domine quare multiplicati ſunt hoſtes mei: multi conſurgunt aduerſus me.
Multi dicunt aīe mee: nō eſt ſalus huic in deo. Sela.
Tu autem domine clypeꝰ circa me: gloria mea et exaltans caput meum
Voce mea ad dominū clamabo: ⁊ exaudiet me de monte ſancto ſuo. Sela.



Ayuntamiento de Madrid

| GALL. | ROM. | HEB. | |
|---|---|---|---|
| Ego dormiui et ſoporatus ſum: ⁊ exurrexi quia dominus ſuſcepit me. | Ego dormiui et ſomnum cepi et reſurrexi: quoniam dominus ſuſcepit me. | Ego dormiui et ſoporatꝰ ſum: euigilaui quia dominus ſuſtentauit me. | 5 |
| Non timebo milia populi circūdantis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus. | Non timebo milia populi circundātis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus. | Non timebo milia populi qui circundederūt me: ſurge domine ſaluū me fac deus meus. | 6 |
| Qm̄ tu percuſſiſti oēs aduerſātes michi ſine cauſa: dentes pctōrū contriuiſti. | Qm̄ tu percuſſiſti oēs aduerſantes michi ſine cauſa: dētes pctōrum contriuiſti. | Qꝛ tu percuſſiſti oīm inimicorꝫ meorum maxillam: dentes impiorū cōfregiſti. | 7 |
| Dn̄i eſt ſalus: et ſup̱ populū tuū bn̄dictio tua. Sēp. | Dn̄i eſt ſalꝰ: et ſup̱ ppl'm tuum benedictio tua. Dp̄. | Dn̄i eſt ſalus: ⁊ ſup̱ ppl'm tuū benedictio tua. Sela. | 8 |

TITULUS. Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. Pſalmus de Chriſto dn̄o.
Propheta in ſpiritu inducit Chriſtum ad patrem. Dn̄e: deus pater. tribulāt me: hoſtes mei / iudei / pontifices ſcribe et phariſei. aduerſū me: vt me perdant / et vitā adimāt. nō eſt ſalus ipſi in deo eius: paſſionis tēpore. ſuſceptor: denfenſor / adiutor. exaltās caput meū: gloria et honore coronās. ad dominum clamaui: ad patrē in paſſionis anguſtia vociferaui. de monte ſancto ſuo: de excelſo glorie ſue ſolio ego dormiui: in morte. et ſoporatus ſū: i ſōno requieui / in ſepulchro collocatus. exurrexi: reſurrexi / a morte excitatus ſum. quia dominus ſuſcepit me: quia pater adiuuit me. milia populi circundātis me: populi iudaici / et cuſtodū ſepulchri mei. exurge dn̄e: pater i auxiliū accurre. ſaluū me fac ab inferis / ⁊ a morte animā meā erue. percuſſiſti omnes aduerſātes michi ſine cauſa: vltus es in eos / qui me perſequebantur inſontē. dentes eorum contriuiſti: ob improperia oris eorum / falſa teſtimonia / et mendaces in me accuſationes afflixiſti / deleuiſti / contudiſti. domini eſt ſalus et ſuper populū tuum benedictio tua: ſalutem ſuā et benedictionem populi fidelis in eum crediturí refert in patrem.
EXPOSITIO CONTINUA. Domine quid multiplicati ſūt qui tribulant me: multi inſur 1
gunt aduerſū me. pater eterne quid admiſi / quid feci in iudeos vt multiplicarētur affligētes me: mul
to numero ꝯſpirant / machinātur / et ſe erigunt aduerſū me. Multi dicūt aīe mee: nō eſt ſalꝰ ipſi in deo 2
eius. In magna multitudine aſſerunt de me: me fruſtra ſalutem a te deo meo ſperare. Tu autem do 3
mine ſuſceptor meus es: gloria mea / et exaltans caput meū dicūt me fruſtra a te ſalutem ſperare: ſed
longe falluntur et errant. quia tu celeſtis pater eterne defenſor meus es: tu es claritas mea / tu es qui
gloria et honore coronas me. Uoce mea ad dominum clamaui: et exaudiuit me de monte ſācto ſuo. 4
vos perſecutores mei dictis non eſſe ſalutes anime mee in deo ſuo: ego vocē meā ad deū patrem me
um extuli / ego precem meam ad eum fudi / et ſuſcepit eam de excelſo glorie ſue ſolio. Ego dormiui ⁊ 5
ſoporatus ſum et exurrexi: quia dominus ſuſcepit me. ego in morte quieui / in ſepulchro iacui / et a
morte excitatus ſum: quia me pater ſuſtinuit et i vitam reuocauit me. Non timebo milia populi cir 6
cundantis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus. Innumeram turbam hoſtium vallantium
me nichil ego formidabo: tu pater adueni / tu ſuſcita me deus meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes 7
aduerſantes michi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti. nichil timebo populum aduerſantē mi
chi: quia tu digna mulcta affeciſti vniuerſos qui michi vltro ſūt aduerſati / ⁊ impia eorum verba eter
no ſupplicio puniuiſti. Domini eſt ſalus: et ſuper populum tuum benedictio tua. tua eſt pater hec 8
mea ſaluatio: et ſuper plebem tuam gratie et benedictionis tue effuſio.

1 Pſal. 21 CONCORDIA. Circundederunt me canes multi: tauri pingues obſederunt me. Spera 1
2 Pſal. 21 uit in dn̄o / eripiat eū: ſaluū faciat eum quoniam vult eum. Et iterum. dixerunt inimici mei michi: ⁊ q̄ 2
2 pſal. 70 cuſtodiebant animā meā conſiliū fecerunt in vnum. dicentes deꝰ dereliquit eum perſequimini ⁊ con
3 pſal. 21 prehendite eum: quia non eſt qui eripiat. Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam 3
4 pſal. 21 in conſpectu timētium eum. Nec auertit faciem ſuam a me: et cum clamarē ad eum exaudiuit me 4
5 pſal. 21 In puluerem mortis deduxiſti me. Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad de 5 6
6 pſal. 21 fenſionem meam conſpice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur con 7
7 pſal. 70 fuſione et pudore qui querunt mala michi. Annunciabitur domino generatio ventura / et annun 8
8 pſal. 21 ciabunt celi iuſticiam eius populo qui naſcetur: quem fecit dominus.

ADUERTE. Circa titulū vbi dicitur hic ⁊ alibi pſalmꝰ dauid / aut aliquid ſimile: dauid datiuꝰ ē. quo deſignatur vt arbitror: non tam dauid actor pſalmi / q̄ pſalmus in ſpiritu ipſi dauid oſtēſus: hic

Ayuntamiento de Madrid

autem illo oſtenſus eſt: cum fugeret a facie abſalon filij ſui. In qua quidem fuga: diuinitus illi oſtenſa eſt Chriſti domini perſecutio/ clamor in afflictione/ exauditio/ mors/ quies in ſepulchro/ reſurrectio: nulla multitudine hoſtiũ et cuſtodum prohibere valente/ hoſtium vltio/ et credentium benedictio. et ex hoc ſacro ſpectaculo: hanc diuinã laudẽ confecit. Uerum et Dauid (qui deſiderabilis interpretatur) in hac perſecutione/ chriſti domini deſiderati gentium figuram geſſiſſe/ ⁊ abſalon qui interpretatur amarus patri figuram populi hebraici (de quibus per Eſaiam dicitur filios enutriui ⁊ exaltaui: ipſi autẽ ſpreuerunt me) et fugam Dauid figurã perſecutionis Chriſti: nichil forte fuerit abſurdi. ¶ Septimo verſu quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes michi ſine cauſa: Hieronymus ex hebreo quoniam tu percuſſiſti omnium inimicoꝝ meoꝝ maxillam quo deſignantur hebrei maxime ī Chriſtum dominum/ verbo peccaſſe. Nam non ſolum negarunt eum/ ſed et blaſphemias addidert. perſecuti ſunt eũ vt malũ: et a deo derelictum/ non eſt ſalus inquiunt anime eius in deo eius/ et mortem eius petierunt. dignum igitur vt qui tantum et maledictis et mendacijs peccauerant in eum: deus vltor ea ex parte eos feriret/ puniretqꝫ qua ipſi peccauerant. ſeptuagita autem/ ſine cauſa aut fruſtra addentes: Chriſtum dominum quem perſecuti ſunt inſontem innoxiumqꝫ oſtendunt.

Eſaias. 1

¶ In finem pſalmus cantici Dauid. iiij.

1 Cum iuocarem exaudiuit me deus iuſticie mee: in tribulatione dilataſti michi.
2 Miſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.
3 Filij hominum vſqꝫquo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Semp.
4 Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctũ ſuum: dñs exaudiet me cum clamauero ad eum.
5 Iraſcimini ⁊ nolite peccare: que dicitis in cordib⁹ veſtris\ et in cubilibus veſtris compungimini. Sẽper.
6 Sacrificate ſacrificiũ iuſticie et ſperate in domino: multi dicunt quis oſtendit nobis bona?
7 Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe: dediſti leticiam in corde meo.
8 A fructu frumenti et vini ⁊ olei ſui: multiplicati ſũt.
9 In pace in idipſũ dormiam: et requieſcam.
10 Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.

¶ In finem pſalmus cantici Dauid. iiij.

Cum inuocarem te exaudiſti me deus iuſticie mee in tribulatiõe dilataſti me.
Miſerere michi domine: ⁊ exaudi orationem meam.
Filij hominum vſqꝫquo graues corde: vt quid diligitis vanitatem\ ⁊ queritis mendacium. Dp̃.
Et ſcitote quoniam mirificabit dominus ſanctũ ſuum: dñs exaudiet me dum clamauero ad eum.
Iraſcimini et nolite peccare: q̃ dicitis in cordib⁹ veſtris et in cubilibus veſtris compungimini. Dp̃.
Sacrificate ſacrificiũ iuſticie: ⁊ ſperate in domino.
Multi dicunt quis oſtendit nobis bona: ſignatũ eſt ſuper nos lumen vult⁹ tui domine.
Dediſti leticiam in corde meo: a tp̃e frumẽti et vini ⁊ olei ſui multiplicati ſunt.
In pace in idipſũ: obdormiã: et requieſcam.
Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: cõſtituiſti me.

¶ Uictori in canticis pſalmus Dauid. iiij.

Inuocantem me exaudiſti me deus iuſticie mee: in tribulatione dilataſti michi.
Miſerere mei: et exaudi orationem meam.
Filij viri vſqꝫquo inclyti mei: ignominioſe diligitis vanitatem querentes mendacium? Sela.
Et cognoſcite quoniã mirabilem reddidit dñs miſericordem ſuum: dominus exaudiet cũ clamauero ad eum.
Iraſcimini ⁊ nolite peccare: loquimini in cordibus veſtris ſuper cubilia veſtra et tacete. Sela.
Sacrificate ſacrificiũ iuſticie et fidite in domino: multi dicunt quis oſtendit nobis bonum?
Leua ſuper nos lucẽ vultus tui dñe: dediſti leticiã in corde meo.
In tẽpore frumentũ et vinũ eoꝝ: multiplicata ſunt.
In pace ſimul requieſcã ⁊ dormiã: quia tu domĩe ſpecialiter ſecurũ habitare feciſti me.



Ayuntamiento de Madrid

TITULUS. Ad victoꝛiā in canticis pſalmus/dauid. pſalmus de ꝯuerſione gētiū (que idola co
lebant) ad Chꝛiſtū. Pꝛopheta in ſpiritu loquitur. Cum inuocarem: pꝛo conuerſione gētiū. Juſticie
mee: iuſte oꝛatiōis mee. Jn tribulatione: cum tribularer ab inimicis dilataſti michi: leticiam dediſti
michi/ et tunc oſtendiſti michi: futuram gentium conuerſionem. oꝛationem meam: pꝛo earum cōuer
ſione. Filij hominum gentes terrene. vſquequo: eritis. graui coꝛde: duro et reluctanti animo. vani=
tatem: idola. mendaciū: vocantes eos deos qui dij non ſunt. dominus: deus pater. mirificauit: mi=
rabilem effecit. ſanctum ſuum: Chꝛiſtū ſuū/ filiū ſuū/ verbū ſuū. cū clamauero ad eū: ad ſanctū ſuum
Jraſcimini: dolete/ indignamini ſuper cultu veſtro. que dicitis: que oꝛatis dijs veſtris. in coꝛdibus
veſtris et cubilibus veſtris: in mente ſecretioꝛibus locis. cōpungimini: adeo doleatis/ ⁊ penitentiā a=
gatis/ atqꝫ amodo taceatis. ſacrificate ſacrificiū iuſticie: iuſta opera facite. ꝗs oſtēdit nobis bona: ꝗs
manifeſtat nobis hec bona de ꝯuerſione gentiū? Reſpōſio. Signatū eſt ſuper nos lumē vultꝰ tui: fa
cta eſt ſuper nos illuſtratio/ reuelatioqꝫ ſpiritus ſancti de huiuſmodi futuro bono/ de gētiū vocatiōe
leticiā in coꝛde meo: hac de cauſa delectatus ſū. a fructu frumēti et vini: a fructu ſacramenti Eucha=
riſtie multiplicati ſūt: ex gētibus/ fideles Chꝛiſti ſūt augmētati. Jn pace in idipſū doꝛmiā: Pꝛophe
ta de ſe loquitur/ in hac ipſa fide trāquilla mēte doꝛmiā ſōno quidē moꝛtis. et requieſcā: et refrigeriū
inueniā. quia tu ſingulariter in ſpe conſtituiſti me: quia ſingularē ſpem et ſecuritatē dediſti michi.
EXPOSITIO CONTINUA. Pꝛopheta in ſpū. Cū inuocarē exaudiuit me deus iuſticie 1
mee: in tribulatiōe dilataſti michi. cū oꝛans diuinā iploꝛarē opē/ iuſtā poſtulationē tu domine deus
meꝰ audiuiſti: et in afflictiōe mea leticia me affeciſti. Miſerere mei: et exaudi oꝛationē meā. o domine 2
deus meus largire michi miſericoꝛdiā tuā: et ſuſcipe pꝛecē meā. Filij hominū vſquequo graui coꝛ= 3
de: vt quid diligitis vanitatem/ et queritis mendacium? O gentes/ o poſteritas Ade quouſqꝫ obſti
nato/ duro et craſſo animo viuetis: quid eſt ꝙ vanum idoloꝛum cultum amatis non veritatem/ ſed
ſolum quod mendax falſumqꝫ eſt inqritis? Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: 4
dominus exaudiet me/ cum clamauero ad eum. O gentes idola vana et mendacium relinquite/ ve=
rum id eſſe agnoſcite ꝙ deus meſſiam ſuum/ imaculatum ſuū/ miſeratoꝛē et ſaluatoꝛē ſuū/ admira=
bundum et colendū effecit: dominus deus ſuſcipiet pꝛecē meā cū inuocauero ſanctum ſuum. Iraſci 5
mini et nolite peccare: que dicitis in coꝛdibus veſtris/ et in cubilibus veſtris cōpungimini. O gentes
ſuper vano cultu veſtro/ contriſtamini/ et nolite in deum delinquere: que dijs veſtris i penetralibus
animi veſtri/ et in ſecretioꝛibus locis oꝛatis/ dolete/ penitentiamqꝫ agite. Sacrificate ſacrificium iu= 6
ſtitie et ſperate in domino: multi dicunt quis oſtēdit nobis bona? Abſtinete oꝛare dijs veſtris in coꝛ=
de et cubilibus veſtris/ impendite deo iuſtoꝛum operum cultum/ et ſpem veſtrā in eo et ſancto eius
et non in idolis veſtris collocate: ſed aiunt plurimi quis tanta de conuerſione gentiū pandit inſinuat
et manifeſtat bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti letitiam in coꝛde meo 7
tu domine deus miſeratione tua manifeſtas/ nam illuſtratio ſpiritus tui facta eſt ſuper nos et reuela=
ſti: et exultare me feciſti in ſpū meo. A fructu frumenti vini et olei ſui multiplicati ſunt. fideles tui ex 8
gentibus aucti ſunt: a communionē panis et vini pura ſancta et incontaminata oblatione ſancti vncti
tui. In pace in idipſū doꝛmiā: et requieſcā. ego in tranquillitate/ vna cum his fidelibus tuis ſomnū 9
moꝛtis ſuſcipiā: et refrigeriū inueniā. Quoniā tu domine ſingulariter i ſpe: conſtituiſti me. doꝛmiā ⁊ 10
requieſcā in pace: quia tu dn̄e deus meus ſingulari ſpei ſecuritate dediſti michi hunc mundū habitare.
CONCORDIA. ¶ Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius i pꝛeces eoꝛū. et iuxta eſt dn̄s ijſꝗ 1 2
1 pſal. 33 tribulato ſunt coꝛde. ¶ Hieremias. Ad te gentes venient et dicent: vere mendacium poſſederūt pa 3
2 pſal. 33 tres noſtri/ vanitatē que eis nō pꝛofuit. Et paulus teſtimoniū de hoc pſalmo adducit cū loquitur
3 Hie. 16 de gentibus. Jam non ambuletis (inquit) ſicut et gentes ambulant/ in vanitate ſenſus ſui/ tenebꝛis
3 Ephe. 4 obſcuratū habentes intellectū. et ſubdit/ pꝛopter quod et deponentes mendacium: loquimini veri=
4 Hie. 16 tatem vnuſquiſqꝫ cū pꝛoximo ſuo. quoniā ſumus inuicē mēbꝛa. ¶ Hieremias. Oſtendā ego eis per 4
5 Act. 11 vicē hanc/ oſtendā manū meā et virtutem meam: quia nomen michi dominus. ¶ Jn actis. Gloꝛi= 5
6 Ephe. 4 ficauerunt deū dicentes: ergo et gentibus penitentiam dedit deus ad vitam. ¶ Paulus ad Ephe= 6
7 Ephe. 4 ſios. Induite nouū hominē: qui ſecundū deū creatus eſt in iuſtitia et ſāctitate veritatis. ¶ Idē no= 7
8 Act. 2 lite contriſtare ſpiritū ſanctum: in quo ſignati eſtis/ in die redēptionis veſtre. ¶ Lucas in actis. Ap= 8
9 3 Re. 2 poſite ſunt in die illa anime circiter tria milia. erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtoloꝛum
10 2 Re. 23 et cōmunicatione fractionis panis/ et oꝛationibus ¶ Nonus et decimus veſus/ Dauid pꝛopꝛij ſūt: 9
cuius in ſecundo regū nouiſſima verba feruntur. dixit vir cui conſtitutū eſt de Chꝛiſto dei iacob. ſpi= 10
ritus dn̄i locutus eſt per me: et ſermo eius per linguā meā. et in tertio: poſt monitionē filij ſui Salo=
monis. doꝛmiuit igitur/ ipſe Dauid cum patribus ſuis: et ſepultus eſt i ciuitate ſua.
ADUERTE. Circa titulū ad victoꝛiā i cāticis pſalmꝰ Dauid. hic et in ſequentibus cū additur ad

Ayuntamiento de Madrid

victoriam: intellige prouocationem canentium vt alter alterum canendo et bene canendo ſuperet. olim cum citharis et muſicis inſtrumentis hos pſalmos adiūcta vocis armonia: deo cōcinebāt. omni quidē canendi / ꝛ bene canendi: adhibito conatu. quod igitur inſtrumentis et ore faciebant: id nos omni mentis harmonia / diligentiaq; / et ſtudio facere debemꝰ. ¶ Primo verſu. Cū inuocarē exaudiuit me deus iuſticie mee: legēdū exaudiſti ex tralatiōe hebrea / romana / et ex greco vbi legitur εισηκουσ ασ μου id eſt exaudiſti me / et ex ſequēte verbo dilataſti. ¶ Eodē verſu. dilataſti michi: rectius videtur dicendum dilataſti me ex tralatione romana / et greco vbi habetur επλατυρασ με dilataſti me / id eſt letificaſti me. Siquidem ſecundum phyſicos: triſticia conſtringit / et leticia cor dilatat: ſi tamē dicit dilataſti michi: exponat dilatationem dediſti michi. ſed id grammaticorum certamē ¶ Tertio verſu. filij hominū vſq; quo graui corde: id graui corde / ex hebreo Hieronymus ī bonam partē accepit / inclyti mei. acſi diceretur. quos deus nobili corde effinxit et plaſmauit: quare ergo diligitis colere idola vana / et queritis mēdaciū / idolatrie mendacem cultum / vbi dij appellantur qui dij non ſunt? in malam autem partē accipiēdo circa litterā (vt paſſim ex ſeptuaginta accipi ſolet) expoſitum eſt. illis deterrere viſus eſt propheta: Hieronymo vero blanda et miti oratione corripere / ꝛ ad reſipiſcendū / ſuauiter allicere. ſed eundem ſenſum pretendunt: illi deterrendo / iſte dulciter alliciēdo. ¶ Quarto verſu. Et ſcitote quoniā mirificauit dominus ſanctū ſuum: Hieronymus ex hebreo ꝛ cognoſcite quoniā mirabilē reddidit dominus miſericordē ſuum. Alij volunt quoniā ſegregauit dominus ſanctū ſuū / alij quoniam manifeſtauit dominus ſanctum ſuum. Hoc facit vocabuli ambiguitas. verum eſt tamen: et q̄ pater mirificauit Chriſtum dominum / et mirabilem effecit vt cui opera facere dedit que nullus alius fecit / ſed nec facturus eſt. Pater eum gloria ꝛ honore ab omni alio ſegregauit pater eum manifeſtauit. Et ſiue legant miſericordem ſuum ſiue ſanctum ſuum: in eandem tendit ſententiam. eſt enim ſanctus ſanctorum. et vniuerſe vie eius miſericordia et veritas: requirētibꝰ teſtamentum eius et teſtimonia eius. ¶ Quinto verſu. iraſcimini et nolite peccare: que dicitis in cordibus veſtris et in cubilibus veſtris cōpungimini. Paulo aliter Hieronymus ex hebreo / iraſcimini et nolite peccare: loquimini ī cordibꝰ veſtris ſuper cubilia veſtra / et tacete. quo forte deſignatur: iraſcimini ſup ſceleribꝰ veſtris et nolite peccare / confitemini deo in cordibꝰ veſtris et cubilibꝰ veſtris / ꝛ quieſcite / abſtieteq; ab huiuſcemodi inſanijs. verum id vocabulū ī hebreo quod hic iraſcimini trāſlatum eſt: longe ponunt equiuocū / et nūc contriſtamini / conturbamini / cōmouemini / nūc iraſcimini ſignificare. Hieronymus autē ea ſignificatione vſus eſt: qua et ſeptuaginta. Quo fit vt non ab re etiā legi poſſit. Contriſtamini et nolite peccare / loquimini in cordibus veſtris / in cubilibus veſtris et cōpungimini. ¶ Octauo verſu vbi dicitur / a fructu frumenti vini et olei ſui. particula et olei ſuperfluit nec habetur ex hebreo: [redacted]: Inquit enī ſacer Hieronymus: nequaq̄ particulā illā ſe reperiſſe cū vetuſtū Origenis hexapli pſalteriū reuoluiſſet / qđ ipſius manu fuerat emendatū / neq; in hebreo / neq; in ceteris editionibus / nec apud ſeptuaginta interp̄tes reperiri. [redacted]. ¶ Nono verſu. in pace in idipſū dormiā et requieſcā: videtur media diſtinctio potius facienda poſt dormiam q̄ poſt in idipſum. nam perinde eſt ex hebreo acſi legamus in pace ſimul dormiam: et requieſcam. vbi rectius ſuſpendis ſpiritum poſt dormiam q̄ poſt ſimul. et vocabulum quod hic grece ponitur επιτοαυτο quod ſecundo verſu ſecundi pſalmi interpretatū eſt in vnum hic in idipſum: ſimul ſignificat. ¶ Decimo verſu. conſtituiſti me: Hieronymus ex hebreo habitare feciſti me grecus codex κατωκησασ με quod duplex vocabulum eſt: ſignificans habitare feciſti me / et cōſtituiſti me quare videntur interpretes vnam ſignificationem pro alia accepiſſe / et potius vertendum fuiſſe habitare feciſti me. quod ex tralatione hebraica hieronymum velle q̄ apertiſſime poteſt liquere.

¶ In finem pro ea que hereditatem cōſequitur pſalmus Dauid. v.

1 Uerba mea auribus ꝑcipe domine: intellige clamorem meum.

2 Intende voci orōnis mee: rex meus et deus meus.

3 Quōniam ad te orabo dn̄e: mane exaudies vocem meam.

¶ In finem pro ea que hereditatem conſequitur pſalmus Dauid. v.

Uerba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orōnis mee: rex meus et deus meus.

Quōniam ad te orabo dn̄e: mane exaudies vocem meam.

¶ Uictori ſuper hereditatibus. pſalmus Dauid. v.

Uerba mea audi domine: itellige murmur meum.

Intēde voci clamoris mei rex meus et deꝰ meus: quoniam ad te deprecor.

Dn̄e mane exaudies vocē



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

4 Mane aſtabo tibi et vide-
bo: quoniam non deus vo-
lens iniquitatem tu es.
5 Neq; habitabit iuxta te
malignus: neq; pmanebūt
iniuſti ante oculos tuos.
6 Odiſti oēs qui operantur
iniquitatem: pdes oēs qui
loquuntur mendacium.
7 Virum ſanguinum et do
loſum abominabitur dñs:
ego autem in multitudine
miſericoꝛdie tue.
8 Introibo in domum tuā:
adoꝛabo ad templum ſan-
ctum tuum in timoꝛe tuo.
9 Domine deduc me in iu-
ſticia tua: pꝛopter inimicos
meos dirige in ꝯſpectu tuo
viam meam.
10 Qm̄ nō eſt in oꝛe eoꝝ ve-
ritas: coꝛ eoꝝ vanum eſt.
11 Sepulchꝛum patens eſt
guttur eoꝛum \ līguis ſuis
doloſe agebant: iudica il-
los deus.
12 Decidant a cogitationib⁹
ſuis \ ſcd̄m multitudinem
impietatū eoꝝ expelle eos:
qm̄ irritauerunt te domie.
13 Et letentur oēs qui ſperāt
in te: in eternum exultabūt
et habitabis in eis.
14 Et gloꝛiabuntur in te oēs
qui diligūt nomen tuum:
quoniā tu benedices iuſto.
15 Dñe vt ſcuto bone volun-
tatis tue: coꝛonaſti nos.

**ROM.**

Mane aſtabo tibi et vide-
bo: quoniam non volens de
us iniquitatem tu es.
Nō habitabit iuxta te ma-
lignus: neq; permanebunt
iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti dñe oēs qui operā-
tur iniquitatem: pdes oēs
qui loquuntur mendaciū.
Virum ſanguinum et do
loſum: abominabitur dñs.
Ego autem in multitudi
ne miſericoꝛdie tue introi-
bo domine in domū tuam:
adoꝛabo ad templū ſanctū
tuum in timoꝛe tuo.
Deduc me domine in tua
iuſticia: pꝛopter inimicos
meos dirige in ꝯſpectu tuo
viam meam.
Qm̄ nō eſt in oꝛe eoꝛum ve
ritas: coꝛ eoꝛum vanū eſt.
Sepulchꝛum patens eſt
guttur eoꝛum linguis ſuis
doloſe agebant: iudica il-
los deus.
Decidant a cogitationib⁹
ſuis \ ſecundū multitudinē
impietatū eoꝝ expelle eos:
qm̄ exacerbauerūt te dñe.
Et letentur omnes q̄ ſpe-
rant in te \ in eternum exul-
tabunt ⁊ habitabis in eis: ⁊
gloꝛiabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum
Qm̄ tu benedices iuſtum:
domine vt ſcuto bone volū-
tatis tue coꝛonaſti nos.

**HEB.**

meam: mane pꝛeparaboꝛ ad
te et contemplaboꝛ.
Qm̄ non deus volens ini
quitatem tu: nec habitabit
iuxta te malignus.
Nō ſtabunt iniqui: in con
ſpectu oculoꝛum tuoꝛum.
Odiſti omnes operantes
iniquitatem: perdes loquē
tes mendacium.
Virum ſanguinum et do
loſum abominabitur domi
nus: ego autem in multitu
dine miſericoꝛdie tue.
Introibo in domum tuā:
adoꝛabo in tēplo ſancto tuo
in timoꝛe tuo.
Domine deduc me in iu-
ſticia tua: pꝛopter īſidiato-
res meos dirige ante facieꝫ
meam viam tuam.
Nō eſt enī in oꝛe eoꝛum re
ctum: interioꝛa eoꝝ inſidie
Sepulchꝛum patens gut-
tur eoꝝ \ linguam ſuā leui-
ficant: condēna eos deus.
Decidant a conſilijs ſuis:
iuxta multitudinem ſcele-
rum eoꝛum expelle eos: qm̄
pꝛouocauerunt te
Et letētur omnes qui ſpe-
rāt in te \ in perpetuum lau
dabunt et pꝛoteges eos: ⁊ le
tabuntur in te qui diligūt
nomen tuum.
Quia tu benedices iuſto:
domine vt ſcuto placabili-
tatis coꝛonabis eum.

TITULUS. Ad victoꝛiā ſup hereditatib⁹ pſalmus Dauid. Pſalm⁹: laus cōmunis ſynagoge et eccleſie Pꝛopheta ī ſpiritu loquit. mane exaudies vocē meā: mane vbi peccatoꝝ expulſis tenebꝛis oꝛta fuerit in me tua gratia. videbo: contēplaboꝛ / mane dico / ⁊ eiectis vicioꝛū tenebꝛis quia non de- volens iniq̄tatē tu es. iniquitatē: iniuſticiā / et legis tranſgreſſionē. neq; habitabit iuxta te malignus: non habitabit in tabernaculo tuo. ab hoc quinto verſu ad mediū ſeptimi: ex oppoſito reſpōdet quar todecimo pſalmo. ego autē in multitudine miſericoꝛdie tue ītroibo in domū tuā: nō operib⁹ meis cō fidens / ſed in tua gratia et miſericoꝛdia ingrediar oꝛationis tue locū. In timoꝛe tuo: nō ob penā / ſed ob amoꝛē te offendere metuens. deduc me in iuſticia tua: adiuua vt impleā mādata tua. pꝛopter ini- micos meos: infideles qui in te non credūt / aut peruerſos qui male credūt. dirige ī cōſpectu meo viā tuā: pone legem tuā ante oculos meos. in oꝛe eoꝝ: inimicoꝛū. coꝛ eoꝛū vanū eſt: omnis cogitatio eoꝝ

Ayuntamiento de Madrid

vana ſepulchrum patens eſt guttur eoꝝ: guttur eoꝝ apertum eſt/ad deuorandum/ad interficiendū/
et ſanguinem fundēdū. iudica: condēna illos deus. decidant a cogitationibꝰ: fruſtrētur ab executio
ne maloꝝ que cogitant. ſecūdū multitudinē impietatū eorum expelle eos dn̄e: dominator eterne ꝓ
multitudine ſcelerū ſuorum abijce eos abs te. quoniā irritauerūt te domine: quia prouocauerunt te
ad eos expellendos. et letentur: orat ex oppoſito pro fidelibus. in eternū exultabūt: in gloria ſempi
terna. et habitabis in eis: inſerentur in te/ vnieris eis. et gloriabūtur in te: gloriam ſuā in te habebūt
eris eorum gloria. qui diligunt nomē tuum: verbum tuū/ Chriſtū tuum. quoniā tu benedices iuſto:
Chriſto tuo. domine vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos: hanc ob cauſam quia benedices iu=
ſto tuo/ circundediſti nos quaſi ſcuto bone voluntatis/ propiciationis et placabilitatis tue.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Propheta in ſpū loquit. Verba mea auribus percipe dn̄e:
intellige clamorē meū. o deꝰ meus accōmoda vocibus meis exauditionis tue auditū: agnoſce voci=
2 feratū meū. Intēde voci orationis mee: rex meꝰ et deꝰ meꝰ. Intētus eſto exaudiende preci mee: re
3 gnator et gubernator meus et conditor meus. Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies vocem
4 meā. quia ad te ſupplex mentē meā leuabo: in aduentu tuo ſuſcipies precē meā. Mane aſtabo tibi ⁊
videbo: quoniā nō deus volens iniquitatem tu es. in aduentu tuo/ te ſole orīēte iuſticie accingar ad
5 te/ et intuebor te: quia tu es deus cui non placet iniquitas. Neqꝫ habitabit iuxta te malignꝰ: neqꝫ ꝑ=
manebunt iniuſti ante oculos tuos. delicias regni tui non obtinebit maliuolus: iniuſticiam operātes
6 abijcientur a cōſpectu tuo. Odiſti omnes qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquūtur mē
dacium. infenſus es vniuerſis qui tranſgrediūtur legem: exterminabis vniuerſos qui violāt veritatē
7 8 Virū ſanguinū et doloſū abominabitur dn̄s: ego aūt ī multitudine miſericordie tue. Introibo ī do
mum tuam: adorabo ad templū ſanctū tuū/ in timore tuo. hominē necis amatorē/ et circumuenientē
dolis execrabitur deus: verū ego (quē tu ne talis eſſem multa elargitione miſerationis et gratie tue
9 effeciſti) habitabo iuxta te in domo tua: venerabor te ī ſctō tēplo tuo/ te reuerebor et timebo. Domi
ne deduc me in iuſticia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meā. deus meꝰ fac
me recto calle incedere in lege tua: propter aduerſarios meos qui nituntur me a rectitudine deflecte
10 re/ rectam fac inceſſus mei ſemitam ante oculos tuos. Quoniā non eſt in ore eoꝝ veritas: cor eorum
vanum eſt. dirige domine viam meā propter inimicos meos quoniā nō eſt in verbis eorum fidelitas
11 omnis cogitatio eorum ad vanitatē intēta. Sepulchrū patēs eſt guttur eoꝝ/ linguis ſuis doloſe age
bant iudica illos deus. faux eoꝝ aperta eſt ad perdendum/ adblandiuntur et ſermones ſuos concin=
12 nant ad fallendū: perde et cōdēna illos iudex eterne. Decidant a cogitationibus ſuis/ ſecundū mul=
titudinem impietatū eoꝝ: expelle illos quoniā irritauerunt te dn̄e. Irrite fiant cogitationes ſue pro
13 multitudine iniquitatū eorum: proijce eos abs te quoniā ad vindictā prouocauerūt te. Et letentur
omnes qui ſperant in te: in eternū exultabunt/ et habitabis eis. et delicijs perfruātur eternis vniuer
ſi qui iuſticiā tuam implentes ſpem ſuam collocāt in te: in ſempiternū cum exultatione laudabūt te/
14 et manſionē facies in eis. Et gloriabūtur in te omnes qui diligunt nomen tuū: quoniā tu benedices
iuſto. et in gloria delectabuntur in te vniuerſi amatores nominis tui: quoniā tu benedictiōe ⁊ gratia
15 adimplebis Chriſtū tuum. Domine vt ſcuto bone voluntatis tue: coronaſti nos. cōditor oīm rerum
eterne/ bona voluntas et propiciatio tua tanꝙ ſcutum: vallauit/ protexit et circundedit nos.
1 2 CONCORDIA. Et concupiſcet rex decorē tuū qm̄ ipſe eſt deus tuꝰ: et adorabūt eū. Deꝰ 1 Pſal. 44
3 4 in medio eius nō cōmouebitur: adiuuabit eā deꝰ mane diluculo. Sedes tua deus ī ſeculū ſeculi 2 Pſal. 44
5 virga directionis virga regni tui. dilexiſti iuſticiā/ et odiſti iniquitatē. Ad nichilū deductꝰ eſt ī cō 3 Pſal. 45
6 ſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat. Dominus in Mattheo. tunc confite= 4 Pſal. 44
7 bor illis: q̄r nunꝙ noui vos. diſcedite a me omnes: qui operamini iniq̄tatē. Viri ſanguinū ⁊ dolo 5 Pſal. 14
ſi non dimidiabūt dies ſuos: ego aūt ſperabo in te dn̄e. Et deiſer Paulus ad Titū. cum autem beni 6 Mat. 7
gnitas et humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei. non ex operibus iuſticie que fecimus nos/ ſed ſē 7 Pſal. 54
8 cundum miſericordiam ſuā ſaluos nos fecit. In cōſpectu angeloꝝ pſallam tibi: adorabo ad tēplū 8 Pſal. 137
9 ſanctū tuū/ et confitebor nomini tuo. Deduc me in ſemitam mandatoꝝ tuorum: quia ipſam volui. 9 Pſal. 118
10 Et erue me de manu filiorum alienorum quoꝝ os locutū eſt vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera 10 pſal. 143
11 iniquitatis. Hic verſus ſexto verſui pſalmi decimitertij ſimilē ſentētiā retinet: quē adducit Pau= 11 pſal. 13
lus ad Romanos. cauſati eni (ait) ſumus iudeos et grecos oēs ſub peccato eſſe. et ſubdit: ſepulchrū 11 Rom. 3
12 patens eſt guttur eorum linguis ſuis doloſe agebāt: venenum aſpidum ſub labijs eorum. Spreui 12 pſal. 118
13 ſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum. Letamini in domino ⁊ exulta 13 pſal. 31
14 te iuſti. et gloriamini omnes recti corde. Cōfiteamur nomini ſancto tuo: et gloriemur ī laude tua. 14 pſal. 105
15 Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. Et Eſaias. Et nunc q̄ redēpti 15 pſal. 90
ſunt a dn̄o reuertantur et veniant in ſion/ laudantes: et leticia ſempiterna ſuper caput eorum. 15 Eſaie 51
ADVERTE. Circa titulū. ad victoriā ſuꝑ hereditatibus pſalmꝰ Dauid. hereditates: pma ſyna=

Ayuntamiento de Madrid

goga ſecunda eccleſiam. de prima dictum eſt: pars autem domini populus eius/ iacob funicul⁹ hereditatis eius. de ſecunda. tu hereditabis in omnibus gentibus. ſeptuagita poſuere pro ea que hereditat. ſed id ferme ad idem redit. Nam et ſynagoga vt incipiens/ et eccleſia vt perficiens ⁊ conſūmans hereditatē conſequitur. ¶ Nono verſu. dirige in cōſpectu tuo viā meā: ex hebreo cōuerſ⁹ eſt ſermo/ dirige ante faciē meā viā tuā. et Hieronymus in epiſtola ad Sūniā teſtatur: neq̧ Aquilā neq̧ Symmachum/ neq̧ theodotionē habere viam meā/ ſed ſolam Luciam editionē que eſt editio ſeptuagita. Uerum promiſcue: hoc et illo loquendi genere vti videtur ſacer ſermo. ſecundo hic: viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. primo hic: ſeruaui mādata tua et teſtimonia tua/ quia omnes vie mee in cōſpectu tuo. quare interpretes: eundē ſibi voluiſe ſenſū hoc ⁊ illo modo veriſimile eſt. ¶ Decimus verſus ab eo qui eſt ex hebreo parū euariat: niſi rectum veritatem/ ⁊ vanū eſſe inſidias moliri/ idem interpretari velimus. ¶ Quintodecimo vbi dicitur coronaſti per preteritum: ex hebreo Hieronymus coronabis ꝓtulit futurū. et vbi habemus nos: illic habet eum. vt id referatur ad iuſtum id eſt Chriſtum. vt et hic gloria et honore coronaſti eū/ et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. nos autem: hereditates ſynagogam et eccleſiā monſtrat/ et vniuerſā ex eis coalitā ſāctorum ſocietatem/ et hic ſenſus circa litteram expreſſus eſt/ atq̧ etiam nunc in hebreo habetur.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finem ī carminibus pſalm⁹ dō̄ ꝓ octaua. vi. | ¶ In finē in hymnis pſalmus dō̄ pro octaua. vi. | ¶ Uictori in canticis ſup octaua pſalmus dō̄. vi. |
| 1 | Domine ne in furore tuo arguas me: neq̧ in ira tua corripias me. | Domine ne ī ira tua arguas me: neq̧ ī furore tuo corripias me. | Domine ne in furore tuo arguas me: neq̧ in ira tua corripias me. |
| 2 | Miſerere mei dn̄e quoniā infirmus ſū: ſana me domine quoniam conturbata ſūt oſſa mea. | Miſerere michi dn̄e qm̄ īfirmus ſum: ſana me domine qm̄ conturbata ſunt oīa oſſa mea: et anima mea turbata eſt valde. | Miſerere mei dn̄e quoniā infirmus ſum ego: ſana me domine quoniam cōturbata ſunt oſſa mea. |
| 3 | Et aīa mea turbata eſt valde: et tu domine vſq̧quo? | Et tu domine vſquequo? | Et anima mea turbata eſt valde: et tu dn̄e vſquequo? |
| 4 | Cōuertere dn̄e\ eripe animā meā: ſaluū me fac ꝓpter miſericordiam tuam. | conuertere ⁊ eripe animam meam: ſaluū me fac propter miſericordiam tuam. | Reuertere dn̄e \ erue animam meam: ſalua me propter miſericordiam tuam. |
| 5 | Qm̄ non eſt in morte qui memor ſit tui: ī inferno aūt quis confitebitur tibi? | Qm̄ non eſt in morte qui memor ſit tui: ī inferno autem quis confitebitur tibi? | Quoniam non eſt in morte recordatio tui: ī inferno quis confitebitur tibi? |
| 6 | Laboraui ī gemitu meo \ lauabo per ſingulas noctes lectū meū: lachrimis meis ſtratum meum rigabo. | Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meū: lachrimis ſtratum meum rigabo. | Laboraui ī gemitu meo\ natare faciam tota nocte lectū meum: lachrimis meis ſtratum meum rigabo. |
| 7 | Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. | Turbatus eſt pre ira oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. | Caligauit pre amaritudine ocul⁹ me⁹: ꝯſumpt⁹ ſum ab vniuerſis hoſtibus meis |
| 8 | Diſcedite a me oēs q̄ operamini īiquitatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocē fletus mei. | Diſcedite a me oēs q̄ operamini īiquitatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocē fletus mei. | Recedite a me oēs q̄ operamini iniquitatē: qm̄ audiuit dn̄s vocem fletus mei. |
| 9 | Exaudiuit dominus deprecationem meā: domin⁹ orationem meam ſuſcepit. | Exaudiuit dominus deprecationē meā: dn̄s orationem meam aſſumpſit. | Audiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcipiet. |
| 10 | Erubeſcant et conturbentur vehementer oēs inimici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter. | Erubeſcant et conturbentur omnes īimici mei: auertantur retrorſum et erubeſcant valde velociter. | Confundantur et conturbentur vehementer omnes inimici mei: reuertantur et confundantur ſubito. |

Ayuntamiento de Madrid

TITULUS. Ad victorã in canticis/pſalmꝰ David ꝓ octaua. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpũ inducit Chriſtũ:patrẽ/orantẽ/ea q̄ mẽbroꝝ ſunt ſua facientẽ/ꝛ penitentiã ſuã patri offerentẽ. dñs:deus pater. furor:vltio in preſenti vita. ira:vltio in futuro/ vbi erit fletꝰ et ſtridor dẽtium infirmus ſum:ob pctm̃. ſana me:dimitte pctm̃ meoꝝ. cõturbata ſunt oſſa mea:anime vires/ratio/ volũtas/intelligẽtia. ꝛ aĩa mea:explicat qđ preceſſit. ſed tu dñe vſqȝquo:differes inclinare te ad ſanandos meos. cõuertere dñe:qui pctõ meoꝝ es auerſus. eripe animã meã:animam meoꝝ ã pctõ/ſana a ſpirituali infirmitate/ex ꝑturbatione trãquillitati ſue reſtitue. ſaluũ me fac:ſalua meos. ꝓpter miſericordiã tuã:non ex operibꝰ que fecerũt/ſed ex tua immẽſe bonitatis pietate et mĩa. in morte:ĩ morte ſcđa/in inferno. q̄ memor ſit tui:q̄ memoreť bonitatẽ/ꝛ mĩam tuã. in inferno aũt:id particulã precedentem explicat. ĩ inferno:in morte ſcđa/in ſupplicijs eternis. quis confitebiť tibi: q̄s laudabit/q̄s enarrabit bonitates tuas? nullꝰ/ſed q̄ viuũt/qui habitant ĩ domo tua/ĩ ſecula ſeculoꝝ laudabũt te: laboraui. cõditiones penitentiũ. turbatꝰ eſt a furore:ab inflictiõe vltionis tuę. oculus meꝰ:mẽs mea et ſenſus meꝰ. inueteraui:declaratio p̄cedẽtis/attritꝰ ſum ob pctm̃ meũ ab oĩbus inimicis meis tam mundi huius/q̄ȝ ſpiritualibus nequitijs. diſcedite. hic Chriſtus pro penitentibꝰ exauditũ ſe dicit/ et arcet omnes apoſtatas/obſtinatos/ꝛ impenitentes/ſpiritualeſqȝ nequitias a cetu eoꝝ qui per penitentiã a dei miſericordia ſuſcipiũtur. quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei:quoniã deus ſuſcepit lachrimas meas/deprecationẽ et orationẽ meam pro illis. erubeſcant et conturbẽtur vehemẽter omnes inimici mei:aduerſarij mei / obſtinati et impenitentes. conuertantur retro abeant/ abſcedant procul a me et meis. et erubeſcant:et confundantur. valde velociter: cito ſentiãt vltionẽ et iram tuam/qui nolunt delictorum penitentia/confugere ad miſericordiam tuam.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Domine ne ĩ furore tuo arguas me:neqȝ ĩ ira tua corripias Xpo
2 me. O pater eterne ne grauiter punias me ĩ hoc ſeculo:ne dãnes me in altero. Miſerere mei dñe qm̃ que
infirmꝰ ſum:ſana me dñe qm̃ cõturbata ſũt oſſa mea. flectere miſeratione/qꝛ fragilis eſt natura mea: ſũt
3 celeſtis medice medere lãguoribꝰ meis/qꝛ oĩs ĩ me debilitata eſt potẽtia. Et aĩa mea turbata eſt val cor
de:ſed tu dñe vſquequo? et memoria/ mens/ ꝛ volũtas mea multipliciter eſt tribulata:ſȝ tu pr̃ eterne po=
4 quouſqȝ differes ſanare me? Conuertere dñe ꝛ eripe animã meã;ſaluũ me fac ꝓpter mĩam tuam. tu ris
pater q̄ ob pctm̃ es auerſus a me/cõuerte faciẽ tuã ad me/ꝛ reforma imaginẽ tuam/da michi ſalutem ſua
5 eternã:non quia dignus ſim/nõ qꝛ meritꝰ ſim/ſed ob ſolã miſerationẽ ꝛ gratiã tuã. Qm̃ nõ eſt ĩ mor fa=
te qui memor ſit tui:ĩ inferno aũt quis confitebitur tibi? da michi ſalutẽ tuã quo poſſim te laudare et ci
bñficia tua cõfiteri/qꝛ q̄ illã non cõſequiť/ſed in ꝑditionẽ it eterne mortis/nõ memoratur tui:quis ei e
6 in loco ſupplicioꝝ eternoꝝ laudabit te/aut poterit bñficia tua cognoſcere? Laboraui ĩ gemitu meo n
lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ:lachrimis meis ſtratũ meũ rigabo. O mitiſſime pr̃ deſtitutus s
ſũ viribus in gemendo peccatũ meum/omni nocte profuſas addam lachrimas in loco reclinationis .
7 mee:ſubſterniculum meum fletibus meis humectabo. Turbatus eſt a furore oculus meus:inueteraui inter omnes inimicos meos. pre vltiõe tua turbatus eſt ſpiritus meus. ad finem deductus ſum
8 ab inimicis meis. Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ:qm̃ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. faceſcite/abite procul a me vniuerſi operarii iiq̃tatĩ:qꝛ celeſtis pater admiſit fletum/afflictionẽ/ꝛ pe
9 nitentiam meam. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã:dñs orationẽ meã ſuſcepit miſericors pater me
10 us qui dominatur vniuerſis/admiſit precẽ meam:pater eternꝰ petitionem meam acceptauit. Erubeſcant et conturbenter vehementer omnes inimici mei:conuertantur et erubeſcant valde velociter. confundantur ꝛ ſupplicijs afficiantur atrociter vniuerſi qui michi aduerſantur nolentes elargite ab eterno patre ſalutis eſſe participes:abeant retro/peſſumqȝ eant/et ocyus confundantur.

1 2 CONCORDIA. Hic verſus et primꝰ pſalmi. 37. idem. Non eſt ſanitas in carne mea:a fa= 1 Pſal. 37
3 cie ire tue:non eſt pax oſſibus meis a facie pctõrũ meoꝝ. Cor meũ conturbatũ eſt:dereliquit me 2 Pſal. 37
4 virtus mea/ꝛ lumen oculoꝝ meoꝝ:et ipſũ non eſt mecũ. Intende in adiutorium meum:domine 3 Pſal. 37
5 6 deus ſalutis mee. Non mortui laudabũt te dñe:neqȝ omnes qui deſcẽdũt ĩ infernum. Afflictus 4 Pſal. 37
7 ſum et humiliatus ſũ nimis:rugiebam a gemitu cordis mei. Miſer factus ſũ et curuatus ſum vſqȝ 5 Pſal. 113
8 in finem:tota die contriſtatus ingrediebar. Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates: 6 Pſal. 37
et dolos tota die meditabanť. Et Chriſtus dominus in Mattheo. tũc cõfitebor illis:quia nunq̄ȝ no 7 Pſal. 37
9 ui vos. diſcedite a me oẽs qui operamini iniq̃tatẽ. Quoniã in te dñe ſperaui:tu exaudies me dñe 8 Pſal. 37
10 deus meus. Quia dixi nequando ſupergaudeant michi inimici mei. Item. confundantur et reue 8 Mat. 7
reantur querentes animam meam:auertantur retrorſum et confundantur cogitantes michi mala. 9 Pſal. 37

ADVERTE. Circa titulũ ad victoriã in cãticis pro octaua pſalmus David. pro octaua pro po= 10 Pſal. 37
pulo qui ſabbatũ in octauũ diẽ cõmutauit. ꝛ hic populꝰ:chriſtianus eſt:qui octauã diem id eſt domi 10 Pſal. 54
nicam celebrat. et ſeptenarius:numerus eſt veteris legis. octonariꝰ:legis noue. Primo verſu. dñe

Ayuntamiento de Madrid

ne in furore tuo arguas me: furor vltionẽ in preſenti/ et ira penã gehenne (vt circa litterã dictum eſt) authore Hieronymo ſignificat. de furore ſecundo Regũ. addidit furor domini iraſci contra iſrael, et ſubditur. Immiſit dominus peſtilentiam in iſrael de mane vſqꝫ ad conſtitutũ tempus: ⁊ mortui ſunt ex populo a dan vſqꝫ ad berſabee ſeptuaginta milia virorũ. cum extẽdiſſet manum angel⁹ dñi ſuper hieruſalem vt diſperderet eam: miſertus eſt dominus ſuper afflictionẽ/ ⁊ ait angelo percutienti populum/ ſufficit nunc/ cõtine manũ tuã. De ira. Paulus ad Epheſios. venit ira dei ĩ filios diffidẽtie. et Iacobus apoſtol⁹. theſaurizatis vobis iram ĩ nouiſſimis diebus. attamẽ ſepe furor pro ira/ ⁊ ira pro furore confunditur. vt ſequentis pſalmi verſu ſexto: ira pro furore. ℃ Principio ſeptimi verſ⁹. turbatus eſt a furore oculus meus. Hieronymus ex hebreo. caligauit pre amaritudine oculus me⁹. tametſi quidam putare poſſent Hieronymum aliam ſonare intelligentiam. quaſi caligatio ſenſus ex amaritudine doloris et penitentie accideret: rectius forſitan eſt (vt ex ſeptuaginta) id intelligere de amaritudine et humiliatione quam deus penitentibus ab exteris etiam infligit/ ad eorꝫ exactiorem ſanitatem. quod ſequens particula declarat: qua dicitur/ conſumptus ſum ab vniuerſis hoſtib⁹ meis. ℃ Decimo verſu. hec vocabula conuertantur/ auertantur reuertantur: idem volunt ac diſcedãt/ tametſi diuerſam habere videãtur intelligentiam. accommodatius tamen videtur auertãtur: quod in pſalterio reperitur romano. et ex greco αποστραφεισαν id eſt auertantur. ſic igitur nonnullorum que ſupradicta ſunt: potius videatur eſſe diaphonia qꝫ ſit.

℃ Pſalmus Dauid quem cantauit domino ꝓ verbis Chuſi filij Iemini. vij.

1 Domine deus meus in te ſperaui: ſaluũ me fac ex omnib⁹ perſequẽtibus me et libera me.

2 Nequã rapiat vt leo aĩam meã: dũ nõ eſt qui redimat neqꝫ qui ſaluum faciat.

3 Dñe de⁹ me⁹ ſi feci iſtud: ſi eſt iniqtas ĩ manib⁹ meis

4 Si reddidi retribuẽtibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis

5 Perſequat̃ inimicus animam meam et cõprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat.

6 Exurge domine ĩ ira tua: exaltare in finibus inimicorum meorum.

7 Et exurge domine deus meus in precepto quod mandaſti: et ſynagoga populorꝫ circundabit te.

8 Et ꝓpter hãc in altũ regredere: dñs iudicat populos.

9 Iudica me dñe ſecũdũ iuſticiam meam: et ſecũdum

℃ Pſalmus Dauid quem cantauit domino ꝓ verbis Chuſi filij Iemini. vij.

Domine deus meus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me et eripe me.

Nequã rapiat vt leo aĩam meã: dũ nõ eſt qui redimat neqꝫ qui ſaluum faciat.

Dñe de⁹ me⁹ ſi feci iſtud: ſi eſt iniqtas ĩ manib⁹ meis

Si reddidi retribuentib⁹ michi mala: decidam merito ab ĩimicis meis inanis.

Perſequatur inimic⁹ animam meam et comprehendat eam, et conculcet in terra vitam meam: ⁊ gloriam meam in puluerẽ deducat.

Exurge domine ĩ ira tua: et exaltare in finibus inimicorum tuorum.

Exurge domine deus in precepto quod mandaſti: ⁊ ſynagoga populorum circundabit te.

Et ꝓpter hãc in altũ regredere dñe: iudica populos.

Iudica me domine ſecundum iuſticiã meã: et ſecun-

℃ Ignoratio Dauid quã cecinit domino ſuper verba Chuſi filij Iemini. vii.

Domine deus meus in te ſperaui: ſalua me ab omnibus perſequentibus me, et libera me.

Ne forte capiat vt leo animam meam: laceret et non ſit qui eripiat.

Domine deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentib⁹ michi malum: et dimiſi hoſtes meos vacuos.

Perſequatur inimic⁹ animam meam et apprehẽdat, et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem collocet.

Surge domine in furore tuo: eleuare indignans ſuper hoſtes meos.

Conſurge ad me iudicio quod mandaſti: et cõgregatio tribuum circundet te.

Et ꝓ ea in altũ reuertere: dñs iudicabit populos.

Iudica me dñe ſcdm iuſticiã meã: ⁊ ſcdꝫ ſimplicitatẽ

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

innocentiam meā ſup me.
10 Conſumetur neq̄tia pecca
toꝝ et diriges iuſtum: ſcru
tans coꝛda et renes deus.
11 Juſtum adiutoꝛium meū
a domino: qui ſaluos facit
rectos coꝛde.
12 Deus iudex iuſtꝰ ⁊ foꝛtis
et patiens: nunquid iraſci
tur per ſingulos dies?
13 Niſi conuerſi fueritis gla
dium ſuum vibꝛauit: arcū
ſuum tetēdit ⁊ parauit illū
14 Et in eo parauit vaſa moꝛ
tis: ſagittas ſuas ardentibꝰ
effecit.
15 Ecce parturijt iniuſticiā ⁊
concepit doloꝛem: et peperit
iniquitatem.
16 Lacū aperuit ⁊ effodit eū
et incidit ī foueā quā fecit.
17 Conuertetur doloꝛ eius ī
caput eius: et in verticē ipſi
us iniquitas eius deſcēdet
18 Confiteboꝛ dn̄o ſecūdum
iuſticiam eiꝰ: et pſallam no
mini domini altiſſimi.

ROM.

dum innocentiam manuū
mearum ſuper me.
Conſumetur nequitia pec
catoꝝ et dirige iuſtum: ſcru
tans coꝛda et renes deus.
Juſtum adiutoꝛiū meum
a domino: qui ſaluos facit
rectos coꝛde.
Deus iudex iuſtꝰ foꝛtis ⁊
longanimis: nunq̄d iraſcit
p ſingulos dies? niſi cōuer
tamini gladiū ſuū vibꝛabit
Arcū ſuū tetendit et para
uit illum ⁊ in ipſo parauit
vaſa moꝛtis: ſagittas ſuas
ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniuſticiam
concepit doloꝛem: et peperit
iniquitatem.
Lacū aperuit ⁊ effodit eū:
et incidit in foueā quā fecit
Conuertetur doloꝛ eius ī
caput eius: ⁊ in verticem eiꝰ
iniquitas eius deſcendet.
Confiteboꝛ domino ſecun
dum iuſticiam eius: et pſal
lam nomini dn̄i altiſſimi.

HEB.

meam que eſt in me.
Cōſumetur malū iniquo
rum et confirmetur iuſtus:
pbatoꝛ coꝛdis et renum de
us iuſtus.
Clypeus meus in deo: qui
ſaluat rectos coꝛde
Deus iudex iuſtus et foꝛ
tis: comminans tota die.
Non cōuertenti gladium
ſuum acuet: arcum ſuum te
tendit et parauit illum.
Et ī ipſo parauit vaſa moꝛ
tis: ſagittas ſuas ad combu
rendum operatus eſt.
ADUERTE. Circa titulũ ad victoriã ſup morte filij/ pſalmus Dauid. ſup morte filij: ſuper paſ=ſione dñi. quia hic pſalm⁹ quedam cõfeſſio ⁊ gratiaꝝ actio eſt bonoꝝ/ que ſaluificãm domini paſſio=nem ſunt ſecuta. Septuaginta pretitulauerunt ſuper occultis filij. forte quia hic continentur que oc=culto dei iudicio / occultaq; prouidentia fiunt: ſcilicet iudicium principis mundi hui⁹/ bonoꝝ a ma=lis ꝓſecutio/ longa permiſſio/ vltio/ ⁊ liberatio: ⁊ huiuſmodi talia. quorũ cauſas cognoſcere magis dei eſt: q̃ hoĩm indagare. ¶ Tertio verſu. vbi dicimus ſingulariter in conuertẽdo inimicũ meum re=troꝛſum: ex hebreo pluraliter Hieronymus dixit cũ ceciderint inimici mei retrorſũ. quod ſecũda par=ticula eiuſdẽ verſus infirmabunt ⁊ peribunt a facie tua: magis pluratiue fuiſſe dicendum efflagitare videtur: ſed et accommodatior lingue latine ſermo: ſi dicatur cum cõuerteris inimicos meos retror=ſum. ⁊ apud Hieronymum: eſt magis ſentẽtia ĩ cõſequentia ſermo/ ſcilicet pſallã noĩ tuo cum cecide=rint inimici mei retrorum/ ⁊ corruerint et perierint a facie tua. ¶ Quarto verſu. qui iudicas iuſticiã: iudex iuſticie. grece ο κριρωρ τηρ Δικαιοσυρηρ quod ⁊ ſi ſonet vt apud nos ĩterpretes verterunt: arbitror tamen accuſatiuum illũ potuiſſe in ſeptimũ caſum verti. vt diceremus qui iudicas iuſticia/ id eſt in iuſticia. neq; cũ dixeris eſt iudex iuſticie/ eſt iudex eq̃tatis: aliud eſſe reor q̃ eſt iudex iuſt⁹/ ẽ iudex equ⁹/ ſiue q̃ iudicat in iuſticia/ qui iudicat in equitate. Sic enĩ pſalmi. 95. verſu decimo. Etenĩ

Ayuntamiento de Madrid

correxit orbē terre qui non cōmouebitur: iudicabit populos in equitate. ⁊ eiuſdē terciodecimo. iudicabit orbē terre ĩ equitate. frequēter enim accuſatiuũ apud grecos: reſoluere habemꝰ iuxta cōſuetudinem ſermonis noſtri / in ſeptimũ caſum ❡ Sexto verſu. quod dicitur inimici defecerunt phramee in finē: nichil aduerſatur ei quod ex hebreo habetur inimici cōplete ſunt ſolitudines ĩ finē. Nam hic loca eius / ⁊ habitationes deſertas: illic vero potentias / vireſqꝫ nocēdi cōfractas deſignat. ❡ Septimo verſu. perijt memoria eorũ cũ ſonitu: ex hebreo perijt memoria eorum cum ipſis. ⁊ reſpondet ad id quod preceſſit de maligno et complicibus eius / ſcilicet ꝙ ſolitaria facta ſunt loca eorum / ciuitates deſtructe / memoria eorum extincta. ⁊ nc hoc modo: ſed ⁊ ipſi funditus perierũt / peniſqꝫ alligati ſunt ſēpiternis. ❡ Viceſimoprimo verſu. vbi legimus legiſlatorem: ex hebreo Hyeronimus tradu xit terrorē. quaſi propheta in ſpiritu precari videat deũ: vt imittat tyrannis (ceu Neroni / Domiciano / Traiano / Diocleciano / ſequacibus ſuis ⁊ ſue crudelitatis executoribus) per ſigna ⁊ ꝓdigia / ſue potētie terrorē: ne adeo imaniter in pauperes Chriſti ritu ferarũ deſeuirēt / id eſt in martyres / qui ⁊ fortes ⁊ robuſti in tralatione hebraica 31 verſui ⁊ 38 reſpondente appellantur. At quia interpretes legiſlatorē poſuere: moti ſunt multi hunc pſalmũ de Antichriſto exponere. ſed quomodo precaretur propheta vt mitteretur Antichriſtus: qui tot ⁊ tanta mala facturꝰ eſt Chriſtianis / vt propemodũ ſeducturus ſit electos / ⁊ vſqꝫ adeo impius ⁊ blaſphemus in Chriſtũ vt omniũ alioꝝ iniurias ſuperaturus ſit / et blaſphemias? Videtur igitur equius: vt qui legiſlatorē poſuerunt / voluiſſe precari / poſitoris diuie legis / tyrãnis ipſis metus incuſſionē immitti / vt olim Moſeos apud Egyptios ⁊ tyrãnos q diuine volũtati in plantatione ſynagoge obluctari voluerũt. Quare nō ab re viſũ eſt: ſi de perſecutiōibus que inceperunt a portis mortis et a portis filie ſion / conſequenter ad tempora Conſtãtini / hic pſalmus declararetur. ❡ Viceſimoſecundo verſu. vt quid dñe receſſiſti longe. hic apud hebreos alius pſalmus incipit ſcilicet decimus. quare ad finē ferme pſalterii numerus pſalmorũ ex hebreo: vnitate creſcit ſupra numerũ pſalmorũ noſtrorũ. verbi cauſa: qui nobis viceſimus cōputatur apud eos primus et viceſimus erit. qui nobis centeſimus: illis centeſimus primus. qui nobis cēteſimus duodeuiceſimꝰ: illis centeſimus vndeuiceſimꝰ. a pſalmo vero 148: in finem vſqꝫ concordat. qđ facile eſt ex numeris qui adijciuntur comprehendere. ❡ Viceſimotercio verſu. in concilijs quibꝰ cogitant: accōmodatius in cōſiliis que cogitãt / ⁊ ex hebreo vbi dicitur in ſceleribus que cogitauerunt: ⁊ ex ratione latini ſermonis. ſed id ex cōſuetudine ſermonis greci vbi dicitur. ἐν διαβουλίοις οἷς διαλογίζονται tractum videtur. ❡ Viceſimoprimo verſu. id exacerbauit dominum ex hebreo reuocatur in ſuperiorē particulã ⁊ diſtinctiōis punctus faciendus poſt dñm. ❡ Secũde particule viceſimi ſeptimi verſus / oīm inimicorũ ſuoꝝ dñabitur: reſpondet ex hebreo oēs inimicos ſuos deſpicit. quod forte magis conſequēs putabitur ad abiectionē diuinoꝝ iudicioꝝ / qꝫ dñari oīm inimicoꝝ ſuoꝝ ❡ Viceſimooctauo verſu. a gñatione in gñationē ſine malo: quod cōtinuã cũ mouebor habere videtur intelligentiã. verũ ex hebreo aliud ſonat ĩ gñatione ⁊ gñatione ero ſine malo. quaſi impius ĩ corde ſuo dicat / ab ea (quã putat felicitatē) ſe nō demutãdũ / neqꝫ pro factis ſuis vnqꝫ quippiã mali luiturũ. qđ rationabilius videtur: qꝫ ꝙ dicat nō mouebor in ſēpiternũ ſine malo / ſiue quin operer malũ nã neqꝫ ſe male operari putat: ſed prudēter agere / ⁊ alios potius errare. ❡ Viceſimonono verſu. cuius os maledictione plenũ eſt: ex hebreo rectius eius os maledictione plenũ eſt / et ſermo melior.
❡ Triceſimo verſu. ſedet ĩ inſidiis cũ diuitibus ĩ occultis vt interficiat innocentē: Hieronymꝰ ex hebreo ſedet inſidians iuxta veſtibula / in abſcōditis interficit innocentē. vbi id in abſconditis iungitur verbo interficit. quare legendũ potius nobis eſt ſedet in inſidiis cũ diuitibus: vt in occultis interficiat innocentē. ❡ Triceſimotercio verſu. in laqueo ſuo. id in laqueo ſuo ſequendo intelligentiã hebraicam iungitur cũ attraxerit. ⁊ ideo potiꝰ dicendũ in laqueũ ſuũ. Quod vero ſubiungitur humiliabit eũ / inclinabit ſe ⁊ cadet cũ dñatus fuerit pauperũ: ſe ſuꝑfluit / neqꝫ ex hebreo / neqꝫ ex greco habetur et id totũ inclinabit / ⁊ cadet: reſpicit pauꝑem non inimicũ. quod oporteret ſi adiũgeretur ſe. nã ſic reſpondet ex hebreo. ⁊ confractũ ſubiiciet / ⁊ irruet viribus ſuis valenter. ⁊ ſi particula adiungēda eēt: potius eũ qꝫ ſe dicendũ eſſet. ❡ Quadrageſimoſecundo verſu. iudicare pupillo ⁊ humili: ex hebreo et iuxta conſuetudinē latinã rectius / vt iudices pupillo ⁊ humili. id enĩ accōmodatius noſtro ſermoni: auſcultauit auris tua vt iudiciũ facias pupillo ⁊ humili. qꝫ ſi dicas: auſcultauit auris tua iudiciũ facere pupillo ⁊ humili. tametſi hoc et illo loquēdi modo: idem prorſus ꝑtendatur. neqꝫ noſter mos eſt tam frequenter vti infinitiuo vt grecis: neqꝫ vſqueadeo quadranter.

## ❡ In finem pſalmus Dauid. X.

1 In dño confido: quomodo dicitis aīe mee

## ❡ In finem pſalmus Dauid. X.

In domino confido: quomodo dicitis ani

## ❡ Victori. Dauid. XI.

In dño ſperaui: quomodo dicitis anime

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | tranſmigra in montem ſicut paſſer: | me mee\ tranſmigra in mõtem ſicut paſſer: | mee\ tranſuola in montem vt auis: |
| 2 | Quoniam ecce peccatores intenderũt arcum\ parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde. | Quoniam ecce peccatores tetenderũt arcum \ parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde. | Quia ecce impij tetenderunt arcum \ poſuerunt ſagittam ſuam ſuper neruũ: vt ſagittent in abſcondito rectos corde. |
| 3 | Qm̃ que ꝑfeciſti deſtruxerunt: iuſtus aũt quid fecit: | Qm̃ que perfeciſti deſtruxerunt: iuſtꝰ aũt quid fecit: | Quia leges diſſipate ſũt: iuſtus quid operatus eſt: |
| 4 | Dominus in tẽplo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius. | Dominus in tẽplo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius. | Dñs in templo ſãcto ſuo: dñs in celo thronus eius. |
| 5 | Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: palpebre eiꝰ interrogant filios hominum. | Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: palpebre eiꝰ interrogant filios hominum. | Oculi eius vident: palpebre eius probant filios hominum. |
| 6 | Dñs interrogat iuſtum & impiũ: qui autẽ diligit iniquitatẽ odit animã ſuam. | Dñs interrogat iuſtum & impiũ: qui autẽ diligit iniquitatẽ odit animam ſuã. | Dñs iuſtũ probat: impiũ autem & diligentem iniquitatem odit anima eius. |
| 7 | Pluit ſuper peccatores laqueos: ignis et ſulphur et ſpiritus procellarum pars calicis eorum. | Pluit ſuper peccatores laqueos: ignis ſulphur et ſpiritus procellarum pars calicis eorum. | Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis et ſulphur et ſpiritus tempeſtatum pars calicis eorum. |
| 8 | Quoniam iuſtus dominꝰ et iuſticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. | Quoniam iuſtꝰ dominus iuſticiam dilexit: equitatẽ vidit vultus eius. | Quoniam iuſtꝰ dominus iuſticias dilexit: rectum videbunt facies eorum. |

TITULUS. Ad victoriã pſalmꝰ Dauid. pſalmꝰ de Chriſto dño. Propheta ĩ ſpũ loquit̃ ĩ ꝑſona Chriſti. Trãſmigra ĩ mõtẽ ſicut paſſer: cito corripe fugã in ſolitariũ locũ/ vt paſſer videns ſagittã extento curuatoqꝫ arcu/ in ſolitudinẽ euolat. trãſmigra inquã in ſolitariũ locũ / quoniã ecce peccatores herodes ⁊ iudei. tetẽderũt arcũ/ parauerũt ſagittas ſuas in pharetra: dolos ⁊ falſas in corde accuſationes machinati ſunt. vt ſagittẽt: vt ſaucient/ vt vulnerent. in obſcuro: in deliquio/ in obſcura luna/ in excecata ſynagoga. rectos corde: te ⁊ tuos quos rectos corde ⁊ iuſtos reputamus. quoniã que ꝑfeciſti deſtruxerũt: id eſt doctrinã/ mandata/ precepta tua repulerunt ⁊ ſpreuerũt. iuſtus autem quid fecit: Reſponſio Chriſti. quid fecit ſcilicet inſons vt fugere debeat: ſi ſagittabũt/ dñs in templo ſctõ ſuo eſt: in quo confido. dñs in celo ſedes eius: ad eos iudicandũ. oculi eius in pauperẽ reſpiciũt: miſericordes aſpectus dñi in iuſtũ ⁊ inſontẽ ſunt intenti/ ad me ſunt aperti. palpebre eius interrogant filios hominũ: examen/ iudicium eius/ in momẽto facta hominũ diſcutit. dñs ꝓbat: acceptat iuſtũ. et eũ qui diligit iniquitatẽ odit anima eiꝰ (ſic enĩ Hieronimꝰ ex hebreo) id eſt diuina mens exoſum habet ⁊ abominatur iniquitatis amatorẽ. pluet ſuper peccatores laqueos: penarũ genera/ quibꝰ vt pedicis/ perpetuis alligabũtur penis. ignis/ ſulphur/ ſpiritus ꝓcellarũ: genera penaꝝ gehenne. pars calicis: tormenti/ cruciatus/ eterne mortis eoꝝ. Quoniã iuſtus dñs iuſticias dilexit: ratio cur deꝰ bonos amat et opera bona/ qm̃ bonus eſt. et iuſtos ⁊ opera iuſta/ quia iuſtus. equa ⁊ recta/ quia equus et rectus. equitatem vidit vultus eius: quia equitas bona. et videt deus cuncta que bona ſunt. ſed ⁊ alius ex hebreo habetur ſenſus: qui dicetur in diaphonijs.

1 EXPOSITIO CONTINUA. In domino cõfido: quomodo dicitis anime mee transmigra
in montẽ ſicut paſſer: ſpero in deo patre meo/ ab eo omnem defenſionẽ meã expecto: quid eſt vt dica-
2 tis michi/ abi hinc/ ocyus pete ſolitudinẽ ſicut auis q̃ euolat in montana: Qm̃ ecce peccatores intẽ
derunt arcũ/ parauerũt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde. abi hinc / pe-
te ſolitudinẽ/ quoniã ecce hoſtes tui/ arma in te aptauerũt/ inſidias moliti ſunt: vt te in occulto inter-
3 ficiant ⁊ eos qui bona ſunt voluntate. Quoniã que perfeciſti deſtruxerũt: iuſtus autẽ quid fecit: abi
hinc/ et pete ſolitudinẽ/ quia leges/ precepta/ et mandata tua contempſerunt: vos hec dicitis anime
4 mee: ſed quid criminis inſons vt fugere debeat operatus eſt: Dñs in tẽplo ſancto ſuo: dñs in celo ſe
des eius. pater meus in quo cõfido reſidet in ſublimi glorie ſue ſolio: pater meus in quo confido ha-

Ayuntamiento de Madrid

bet thronū ſuū in celo vt iudicet hoſtes meos. Oculi eius in pauperē reſpiciūt: palpebre eius inter= 5
rogant filios hoim. miſerationis eius aſpectus ad me ſunt intenti: nutu oculorum et in momento fa=
cta hominū diſcutit. Dñs interrogat iuſtū ⁊ impiū: qui aūt diligit iniquitatē odit animā ſuam. domi 6
nus examinat facta iuſti et impij: qui aūt amat mandata dei tranſgredi / is anime ſue detrimentū pa
tietur. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis / ſulphur et ſpiritus procellarum pars calicis eorum 7
detrimentū quidem anime ſue patietur / qꝛ dñs tranſgreſſores et impios vinculis coercebit eternis:
flamma vorax / et ſtagnū ſulphuris / et rotatio turbinis / particula quedā cruciatus eorum. Quoniā 8
iuſtus dñs et iuſticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. verū de iuſtis aliter diffinietur / nam qꝛ
celeſtis pr̄ iuſt⁹ eſt ipſe iuſtoꝝ ⁊ iuſticiarū amator eſt: ipſe iuſtos et iuſticiā in ꝯſpectu ſuo collocauit.
1 Pſal. 90 CONCORDIA. Qm̄ in me ſperauit liberabo eū: protegā eum / quoniā cognouit nomen meū 1
1 Luce. 13 Et lucas. in ipſa die acceſſerunt quidam phariſeorum dicentes illi: exi et vade hinc / qꝛ herodes vult
2 Mar. 12 te occidere. Marcus. mittūt ad eum quoſdā ex phariſeis et herodianis: vt eum caperent ī verbo. 2
3 Pſal. 118 qui venientes dicunt ei: magiſter ſcimus quia verax es et nō curas quenꝙ. nec enī vides in faciē ho
3 Eſaie 53 minū / ſed in veritate viā dei doces. licet dari tributū ceſari: an non dabimus? Tempus faciendi 3
4 Pſal. 9 dñe: diſſipauerunt legē tuā. Et Eſaias. iniquitatē nō fecit: neꝙ dolus fuit in ore eius. Quoniā feci= 4
5 Pſal. 33 ſti iudiciū meū: sediſti ſuper thronū qui iudicas iuſticiā. Iſte pauper clamauit: et dñs exaudiuit 5
6 Pſal. 33 eū. Oculi dñi ſup iuſtos et aures ei⁹ ī preces eoꝝ. Vultus aūt dñi ſuper faciētes mala: vt perdat 6
6 Pſal. 5 de terra memoriam eorum. Multe tribulationes iuſtorum: et de omnib⁹ his liberabit eos dñs. Itē
7 Pſal. 33 non deus volens iniquitatē tu es. Mors peccatoꝝ peſſima: et qui oderunt iuſtū delinquent. Apo 7
7 Apo. 20 calypſis. qui non inuentus eſt ī libro vite ſcriptus: miſſus eſt ī ſtagnū ignis. quod ſupra ſtagnū ignis
8 Pſal. 111 ardentis et ſulphuris appellauit. Cornu eius exaltabitur ī gloria. Peccator videbit et iraſcet / dē 8
8 Sap. 5 tibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet: deſideriū pctōꝝ pibit. Et ī ſapiētia. pre anguſtia ſpūs dicēt itra ſe: hi ſūt
quos aliqñ habuim⁹ in deriſū / et in ſimilitudinē improperij. nos inſenſati vitā illoꝝ exiſtimabam⁹ ī
ſāniā / ⁊ finē illoꝝ ſine honore: ecce quomodo computati ſūt iter filios dei / et iter ſāctos ſors illoꝝ eſt.

ADVERTE. Tertio verſu. qm̄ que perfeciſti deſtruxerunt: legendū quę / neutrū plurale non quē accuſatiuū ſingularē. Nā et grecus habet ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω αὐτοὶ καθεῖλον: id eſt quoniā que aptaſti / paraſti / perfeciſti euerterunt. quod ⁊ tralationi habraice magis quadrat huic loco reſpondē= ti / vbi dicitur: quia leges diſſipate ſunt. Sexto verſu. qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuā: ex hebreo diligentē iniquitatē odit anima ei⁹. et rectius quidē. [illegible] Sed forte formidarunt interpretes: attribuere animam deo. At de buiſſent ex leuitico et Eſaia admoniti eſſe: nichil hac in re fuiſſe periculi. et illic legiſſe: cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum / et abominabitur vos anima mea. et hic: iniqui ſunt cetus veſtri / calen= das veſtras et ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Et Hieremias. nunquid ſuper his non viſita bo dicit dominus: et in gente tali non vlciſcetur anima mea? Septimo verſu. pluet ſuper peccato res laqueos: diſtinctiōis punctus poſt laqueos faciendus. Nam ignis recti caſus eſt. codex grecus πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ignis / et ſulphur / ⁊ ſpiritus procelle. Vltimo verſu. equitatem vidit vultus eius: vbi eius refert deum. Hieronymus ex hebreo rectum videbunt facies eorum: vbi eorum reſpicit peccatores. peccatores enim in fine ſeculorum rectum ī gloria / et premia tionem iuſtorum ad maiorem confuſionem eorum viſuri ſunt: vt et pſalmi. 111. vltimus verſus inſinu= at: non tamen quod ſenſerunt interpretes / falſum: et ſi rectius forſan quod habetur ex hebreo et ad hunc ſenſum poſita eſt concordia.

| | | |
|---|---|---|
| In finē pro octaua pſal= mus Dauid. xi. | In finem ꝓ octaua pſal mus Dauid. xi. | Victori pro octaua pſal mus Dauid. xii. |
| Saluum me fac domi ne qm̄ defecit ſanct⁹: quoniam diminute ſunt ve | Saluum me fac domi ne qm̄ defecit ſāctus: quoniam diminute ſūt ve= | Salua domine quoni am defecit ſanctus: quoniam iminuti ſūt fide= |

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ritates a filijs hominum. | ritates a filijs hominum. | les a filijs hominum. |
| 2 | Uana locuti sũt vnuſq̃ſq; ad p̄ximum ſuum: labia doloſa in corde et corde locuti ſunt. | Uana locuti ſũt vnuſq̃ſq; ad ꝓximũ ſuum: labia doloſa in corde et corde locuti ſunt mala. | Fruſtra loquuntur vnuſquiſq; proximo ſuo: labiũ ſubdolum in corde ꝛ corde locuti ſunt. |
| 3 | Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: liguam magniloquam. | Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: et liguã magniloquam. | Diſperdat dominus omnia labia doloſa: linguam magniloquam. |
| 4 | Qui dixerunt linguã noſtram magnificabimus / labia noſtra a nobis ſũt: quis noſter dominus eſt? | Qui dixerunt linguã noſtram magnificabimus / labia noſtra a nobis ſũt quis noſter eſt dominus? | Qui dixerunt linguã noſtram roboremus / labia noſtra nobiſcum ſũt: quis dominus noſter eſt? |
| 5 | Propter miſeriã inopum et gemitũ pauperũ: nũc exurgam dicit dominus. | Propter miſeriã inopum et gemitũ pauperũ: nunc exurgam dicit dominus. | Propter vaſtitatem inopũ et gemitum pauperũ: nũc conſurgam dicit dominꝰ. |
| 6 | Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo. | Ponã in ſalutare meũ: fiducialiter agam in eo. | Ponam in ſalutari: auxilium eorum. |
| 7 | Eloquia domini eloquia caſta / argentum igne examinatum: probatum terre purgatum ſeptuplum. | Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne examinatum terre purgatum ſeptuplum. | Eloquia domini eloquia munda argentũ igne probatum: ſeparatum a terra / colatum ſeptuplum. |
| 8 | Tu domĩe ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatione hac ineternum. | Tu domĩe ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatione hac in eternum. | Tu domĩe cuſtodies ea: ſeruabis nos a generatione hac in eternum. |
| 9 | In circuitu ĩpij ãbulant: ſecũdũ altitudinẽ tuã multiplicaſti filios hominum. | In circuitu ĩpij ãbulant: ſecũdũ altitudinẽ tuã multiplicaſti filios hominum. | In circuitu ĩpij ãbulãt: cum exaltati fuerint viliſſimi filiorũ hominum. |

TITULUS: Ad victoriã pro octaua pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpũ loquitur in perſona populi in Chriſtũ credituri. Saluũ me fac dñe: qm̄ defecit ſanctus: ſalua me dñe / quia ſanctorum numerꝰ ad nichilũ eſt redactus. diminute ſunt veritates a filijs hominũ: hoĩes veraces / homines ſpirituales diminuti ſunt ab hominibus mendacibus ꝛ carnalibus / longeq; ſunt numero pauciores. vana locuti ſunt. ſubdola locuti ſũt vnuſq̃ſq;: filioꝝ hominũ / filioꝝ huius ſeculi carnaliũ hominũ. labia doloſa: id precedentẽ explicat particulã. in corde ꝛ corde locuti ſũt: duplici corde / dupliciq; animo labia aperuerũt ad ꝓximũ ſuũ: diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa iudicet / condẽnet / cõterat dñs labia ſubdola / ꝛ hominũ corde dupliciũ: linguã maliloquã: id eſt linguam ſuperbam et dei ac diuine legis contẽptricẽ. qui dixerunt linguã noſtrã magnificabimus: diſperdat et conterat deus linguam eorum / qui dixerunt magnificiemus linguã noſtrã / ea ſubdole vtẽdo et decipiendo. quis noſter dñs eſt? quis poſſit nos impedire? ꝓpter miſeriã inopũ et gemitũ pauperũ nũc exurgam dicit dñs: verba patris precẽ prophete exaudientis ꝓpter erumnã oppreſſoꝝ a doloſitate filiorũ hominũ / ꝛ lachrimas pauperũ crediturorꝝ / nunc exurgã / nunc veniã in auxiliũ. ponã in ſalutari: auxiliũ inopum ꝛ pauperum in ſalutari / in Chriſto meo collocabo. fiducialiter agam in eo: fiducialiter loquar in eo. eloquia domini eloquia caſta: eloquia Chriſti / eloquia verbi mei / eloquia ſctã et pura: argentum igne examinatũ / probatũ terre / purgatum ſeptuplũ: eloquia Chriſti mei argentũ igne conflatum / defecatum a terra / ꝛ ſepties purificatum / id eſt diuina charitate conflata / celeſtia et minime terrena / ꝛ ſeptiformi ſpiritus ſancti chariſmate ſignata. tu dñe ſeruabis nos: ſeruabis pplm tuum in Chriſtum crediturũ. A generatione hac: a generatione filiorum hominũ / terrenorum carnalium / vanorum / et fallaciũ. in circuitu impij ambulant: qui circũdãtur ꝛ ſepiuntur impijs ſecundum altitudinẽ tuã multiplicaſti filios hominũ: cũ ſecundũ quãdã diuine altitudinis ſimilitudinẽ eleuati in authoritate et poteſtate locati multiplicãtur filij hoĩm / multitudo carnaliter ꝛ paſſibiliter viuẽtiũ.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Saluum me fac domine qm̄ defecit ſanctus: quoniam dimi

nute ſunt veritates a filijs hoim. ſalua me ꝯditor eterne quia ad nichilũ redactus eſt ſanctorum nu=
merus: ſalua me quoniã homines veraces/homines ſpirituales ad paucitatẽ redacti ſunt ab homi=
bus carnalibus. Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum: labia doloſa in corde/ et corde lo 2
cuti ſunt. ſinguli quiq; huiuſmodi carnaliũ blanda/ ſubdolaq; locuti ſunt ad notũ ⁊ amicum ſuũ: du
plici corde/ dupliciq; animo labia ſua aperuerunt. Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa: et linguã 3
magniloquã. euellat deus/ eradicet et conterat duplicium animo ora ſubdola: eradicet et euellat lin
guam ſuperbam/ dei/ diuineq; legis cõtẽptricẽ. Qui dixerunt liguã noſtrã magnificabimus / labia 4
noſtra a nobis ſunt: quis noſter dominus eſt? euellat inquam deus et eradicet linguã contẽptorũ et
ſuperborum qui impie locuti ſunt magnifaciamus liguã noſtram/ os in noſtra poteſtate eſt: quis eſt
qui nobis dominetur? Propter miſeriam inopum et gemitum pauperum: nunc exurgã dicit domi= 5
nus. verba patris precem prophete exaudientis/ propter erumnã oppreſſorum doloſitate et ſuper
bia filiorum hominum/ ⁊ ob lachrimas et luctum crediturorum: ſuppetias ferã/ loquit in me deus.
Ponã in ſalutari: fiducialiter agã in eo. dicit in me deus collocabo vobis auxilium in Chriſto meo/ 6
ſpirabo/ et fideliter loquar in eo. Eloquia domini/ eloquia caſta: argentum igne examinatum/ pro= 7
batum terre/ purgatum ſeptuplum mãdata Chriſti mei/ mãdata ſancta et incontaminata: diuina cha
ritate conflata/ non terrena ſed celeſtia/ et ſeptiformi ſpiritus ſancti chariſmate purgata. Tu domine 8
ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in eternum. O celeſtis pater eterne/ tu defendes po
pulum tuum in Chriſtum crediturum: et proteges in ſempiternum a generatione filiorum hominũ
terrenorum/ carnalium vanorum/ et fallacium. In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem 9
tuam multiplicaſti filios hominum filij hominum vani/ mendaces et ſuperbi vallantur/ et circunſe=
piuntur impijs: quadam tue diuine altitudinis ſimilitudine eleuaſti in authoritate et terrena pote=
1 Soph. 3 ſtate multitudinem carnaliter paſſibiliterq; viuentium.
2 Pſal. 13 CONCORDIA. Sophonias. Pricipes ei⁹ i medio ei⁹: qſi leones rugientes. Judices ei⁹ lupi 1
2 Soph. 1 veſpere: nõ relinquebant in mane. prophete eius veſani: viri infideles. ſacerdotes ei⁹ polluerũt ſan
3 Soph. 3 ctum: iniuſte egerunt cõtra legẽ. Nõ eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanũ eſt. ¶ Sepulchrũ pa 2
4 Soph. 3 tens eſt guttur eoꝝ/ linguis ſuis doloſe agebant. ¶ Auferã de medio tui malignoquos ſuperbie tue 3
5 Soph. 3 et non adijcies exaltari amplius in mõte ſancto meo. Et alibi. Viſitabo ſuper viros qui dicũt in cor
6 Soph. 3 dibus ſuis: non faciet bene dñs/ ⁊ nõ faciet male. ¶ Quapropter expectat me dicit dñs in die exur= 4
7 Soph. 3 rectionis mee/ in futurũ: quia iudiciũ meum vt congregẽ gentes et colligã regna. et ſubinde. ⁊ dere= 5
8 Soph. 3 linquã in medio tui populũ pauperẽ et egenũ. et ſperabũt in nomine dñi. ¶ Rex iſrael dñs i medio 6
9 Soph. 3 tui: non timebunt malũ vltra. ¶ Tunc reddã populis labiũ electũ. vt inuocent omnes nomen dñi/ ⁊ 7
ſeruiant ei humero vno. ¶ Reliquie iſrael non facient iniquitatem/ nec loquentur mendacium: non 8
inuenietur in ore eorum lingua doloſa. ¶ Concordia primi verſus: huic vltimo ſatiſfaciat abunde. 9
ADVERTE. Septimo verſu in particula probatum terre: terre datiuo caſu dictum (grece eni di
citur Δοκιμον τη γη) ſed cõſuetudine latina recti⁹ dici ſeptimo caſu terra/ aut ſexto a terra. Nã Δο=
κιμον probũ et ſincerũ ſignificat. vt et id pſalmo 33/ verſu 18 et humiles ſpiritu ſaluabit: vbi grece da
tiuo dicitur πνευματι interpres non datiuo ſpiritui/ ſed ſeptimo caſu ſpiritu vertit. ſic et hic: ad re
ctam locutionem/ faciendum fuerat. quod et ex hebreo conſtat: vbi dicitur ſeparatum a terra. Octa=
uo verſu. tu domine ſeruabis nos: in tralatione hebraica in hoc primo loco non nos ſed ea dicitur.
quod refertur ad eloquia. quod deſignat deum conſeruaturum eloquia Chriſti ſui. ¶ Noni verſus
vltime particule ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum: reſpondet ex hebreo cũ
exaltati fuerit viliſſimi filiorum hominum. quod deſignat cum maxime carnales homines ⁊ terreni
in faſtigio rerum/ in ſummo honoris gradu/ et authoritate locati fuerint: impijs et ſceleratiſſimis ho
minibus ad ſuas nequitias/ iniquaq; deſideria explenda circunſtipari atq; circundari. Et alius hũc
locum ſic habet in circuitu impij ambulant: cum exaltatur deſpiciens filios hominum. quo deſigna
tur cum exaltatur ſuperbus. et id cum ſuperiore conſpirat/ et in idem tendit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | **In finẽ pſalm⁹ Dd. XII.** | **In finẽ pſalmus Dd XII.** | **Victori pſalm⁹ Dd. XIII.** |
| 1 | **Vſquequo domine obliuiſceris me in finem: vſquequo auertis faciem tuam a me?** | **Vſquequo domine obliuiſceris me in finem: quouſq; auertis faciem tuam a me?** | **Vſquequo obliuiſceris mei penitus: vſquequo abſcõdes faciem tuam a me?** |
| 2 | **Quandiu ponam cõſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem.** | **Quandiu ponam cõſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?** | **Vſquequo ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?** |

Ayuntamiento de Madrid

## GALL.

3 Uſquequo exaltabitur ĩi-
micus meus ſuper me: reſpi
ce et exaudi me domine de-
us meus.
4 Illumina oculos meos ne
vnꝙ̃ obdormiam in morte:
nequando dicat inimicus
meus ꝑualui aduerſus eũ.
5 Qui tribulant me exulta
bũt ſi mot⁹ fuero: ego aũt in
miſericordia tua ſperaui.
6 Exultabit cor meũ in ſalu
tari tuo\cantabo dño ꝙ̇ bo-
na tribuit michi: ⁊ pſallam
nomini dñi altiſſimi.

## ROM:

Uſquequo exaltabitur ĩi-
cus meus ſuper me: reſpice
et exaudi me domine deus
meus.
Illumina oculos meos ne
vnꝙ̃ obdormiam in morte:
nequãdo dicat inimic⁹ me-
us\preualui aduerſus eũ.
Qui tribulant me exulta-
bunt ſi mot⁹ fuero: ego aũt ĩ
tua miſericordia ſperabo.
Exultabit cor meũ in ſalu
tari tuo\cãtabo dño ꝙ̇ bona
tribuit michi: ⁊ pſallam no
mini tuo altiſſime.

## HEB.

Uſquequo exaltabitur ĩi-
micus meus ſuper me: con-
uertere exaudi me domine
deus meus.
Illumina oculos meos ne
vnꝙ̃ obdormiam in morte:
nequãdo dicat inimic⁹ me⁹
preualui aduerſus eum.
Hoſtes mei exultabunt
cum motus fuero: ego au-
tem in miſericordia tua cõ-
fido.
Exultabit cor meum ĩ ſa-
lutari tuo: cãtabo domino
qui reddidit michi.

TITULUS. Ad victoriam pſalmus David. Pſalmus de Chriſto domino. loquitur David in perſona populi iſraelitici: in finem/nouiſſimaꝙ tempora diſperſi. Uſquequo domine obliuiſceriſ me in finem? vſquequo/quandiu mei penitus non recordaberis? quandiu ponam conſilia: cogitatiões. in anima mea: cogitando quo pacto ab hac nouiſſima diſperſione liberari poſſim. dolorem in corde meo per diem: quandiu erit triſticia in anima mea/ꝙ primum vigil factus ſenſibilem lucẽ ſolis aſpe-xero? vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? quandiu preualebit ſathanas in me? reſpice ⁊ exaudi me domine deus meus: deus meus qui es auerſus/conuerte te ad me/miſerationis tue ocu-lis reſpice me/et admitte precem meam. Illumina oculos meos: patefac veritatem voluntatis tue/conſilij tui/Chriſti tui menti mee. ne vnꝙ̃ obdormiam in morte: ne forte inteream morte ſecũda/morte gehenne ⁊ eterna. nequando dicat inimicus meus preualui aduerſus eum: ne forte accuſet me reũ ſathanas dicendo ꝙ preualuerit aduerſus me. qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: inimici mei/hoſtes mei afficientur voluptate ſi ventilabor/ſi diſpergar in gentes: ego autem in miſericordia tua ſperabo: propheta in propria perſona et ſanctorum qui miſericordiam ſunt conſecuti loquitur/ego ſpem liberationis mee in miſericordia tua non in me/non in operibus meis/collocaui. exultabit cor meum in ſalutari tuo: gaudebit anima mea in Chriſto tuo qui ſaluabit nos. cantabo domino qui bona tribuit michi: pſallam laudes et hymnos deo/qui dedit michi cognoſcere ſalutare ſuum et ex-ultare in eo: et pſallam nomini domini altiſſimi. et laudabo in pſalmis verbum dei exaltatiſſimi/dei ſuper omnia eminentis et eleuati.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Uſquequo domine obliuiſceris me ĩ finem: vſquequo auer
tis faciem tuam a me? dominator eterne ad quem vſꝙ terminum/mei non recordaberis: ad quem vſ-
2 ꝙ terminum viſitatione tua/me dedignaberis? Quandiu ponam conſilia in aĩa mea: dolorem ĩ cor-
de meo per diem? ad quem vſꝗ terminum verſabo cogitationes in mente mea quo pacto ab hac mi-
ſera et diuturna diſperſione liberer: ad quem vſꝙ diem (orto ſole iuſticie) opprimet dolor mentem
3 meam? Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice et exaudi me domine deus meus.
ad quem vſꝗ diem preualebit michi malignus: attende ad me/ne amplius auertaris a me/ſed ſuſci
4 pe precem meam dominator et creator meus. Illumina oculos meos ne vnꝙ̃ obdormiam in morte:
nequando dicat inimicus meus preualui aduerſus eum. da vt cognoſcam Chriſtum tuum/non am-
5 plius inuoluar ſupplicijs gehenne: non amplius iactet malignus ſe preualuiſſe in me. Qui tribulãt
me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui. hoſtiles nequitie que me affli-
gunt/hoc ipſo gaudebunt ſi in diſperſione diſtinebor/ſi procul a te deerrabo: ſed ego in miſeratione
6 tua ſpem meam collocaui. Exultabit cor meum in ſalutari tuo/cantabo domino qui bona tribuit mi
chi: et pſallam nomini domini altiſſimi. Illumina domine oculos meos/et letabitur anima mea in Chriſto tuo/laudes deo meo cantabo omnium michi bonorum largitori: et exaltabo nomen dei mei ſuper omnia exaltati.

CONCORDIA. Hieremias. Quare in ꝑpetuũ obliuiſceris nrĩ: derelinques nos in longitudinẽ
dierum? Ue nobis quia peccauimus/propterea meſtum factũ eſt in dolore cor noſtrũ. Heredi 1 Thre 5
tas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtre ad extraneos. pupilli facti ſumus abſꝙ patre: matres 2 Thre. 5

Ayuntamiento de Madrid

5 Thre 5 noſtre quaſi vidue. Recordare domine quid acciderit nobis: intuere et reſpice opprobrium noſtrũ.
4 Thre. 5 Obtenebrati ſunt oculi noſtri. Gaude et letare filia edom que habitas in terra Hus. Chriſtus 4 5, 6
5 Thre. 4 dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.
6 Thre. 4 ADVERTE. Primo verſu in pſalterijs noſtris obliuiſceris ſequẽs preſentis tẽporis eſſe: qđ verbum / auertis oſtendit. at in tralatione hebraica: obliuiſceris futurũ eſt quod ſequens verbum abſcõdes oſtendit / imo et ſequentes verſus manifeſtius vbi cum ſimili particula vſquequo / ſemper iũgitur futurum / vſquequo ponam / vſquequo exaltabitur. quare rectius ſtaret apud interpretes per futurum vſquequo domine obliuiſceris me ĩ finem: vſquequo auertes faciem tuam a me? quod (vt dictum eſt) ⁊ ſequentia monſtrant. Quarto verſu. particula ne vnq̃/ne quando (quam greci dicunt μη ποτε: indifferenter interpretari ſolet ne forte / ne aliquando. vt in pſalmo 90. verſu 12: in tralatione noſtra et hebraica interpretatur ne forte / et in romana ne vnq̃. Et circa expoſitionem quarti verſus / ne forte et ne amplius expoſuimus. Sexto verſu. et pſallã nomini domini altiſſimi: huic particule / nichil ex hebreo reſpondet: quare adiecticia videtur.

In finẽ pſ. David xiii.
1 Dixit inſipiens ĩ corde ſuo: nõ eſt deus.
2 Corrupti ſũt et abomiabiles facti ſũt in ſtudijs ſuis: nõ eſt qui faciat bonum \ nõ eſt vſq; ad vnum.
3 Dñs de celo pſpexit ſuper filios hoim: vt videat ſi eſt itelligẽs aut requirẽs deũ.
4 Oẽs declinauerũt \ ſimul inutiles facti ſũt: nõ eſt q̃ faciat bonũ nõ ẽ vſq; ad vnũ.
5 Sepulcrũ patens eſt guttur eorum \ linguis ſuis doloſe agebãt: venenum aſpidum ſub labiis eorum.
6 Quorum os maledictiõe et amaritudie plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
7 Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum \ et viam pacis non cognouerunt: nõ eſt timor dei ante oculos eorum
8 Nõne cognoſcẽt oẽs q̃ operant iniq̃tatẽ: q̃ deuorãt plebẽ meã ſicut eſcam panis?
9 Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.
10 Qm̃ dñs in gñatiõe iuſta eſt \ cõſiliũ iopis cõfudiſtis: qm̃ dominus ſpes eius eſt.
11 Quis dabit ex ſion ſalu-

Aliqui hic legũt cõfudiſti: ſtare nõ põt. nã et grece pl'atiue και τησ χ'ηρατε ⁊ tralatiões oẽs confudiſtis hñt.

In finem pſ Dd. xiii.
Dixit inſipiens ĩ corde ſuo nõ eſt de9: corrupti ſũt ⁊ abomiabiles fcti ſũt in voluntatibus ſuis.
Nõ eſt qui faciat bonum: non eſt vſq; ad vnum.
Dñs de celo proſpexit ſup filios hoim vt videat ſi eſt itelligens aut requirẽs deũ.
Oẽs declinauerũt \ ſimul inutiles facti ſũt: nõ eſt q̃ faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vnũ
Sepulcrũ patẽs ẽ guttur eorũ \ lĩguis ſuis doloſe agebãt: venenũ aſpidũ ſub labiis eorum.
Quorũ os maledictiõe ⁊ amaritudie plenũ ẽ: veloces pedes eorum ad effundedũ ſanguinem.
Cõtritio ⁊ ifelicitas ĩ viis eorũ: et viã pacis non cognouerunt.
Nõ eſt timor dei ante oculos eorũ: nonne cognoſcent oẽs qui operãtur iniq̃tatẽ.
Qui deuorant plebẽ meã ſicut eſcã panis? Dñm nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt tiore vbi nõ erat timor.
Qm̃ de9 ĩ gñatiõe iuſta ẽ \ cõſiliũ iopis ⁊fudiſtis: quoniam deus ſpes eius eſt.
Quis dabit ex ſion ſaluta

Victori pſ. Dd. xiiii.
Dixit ſtultus ĩ corde ſuo: non eſt deus.
Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt ſtudioſe: non eſt qui faciat bonum.
Dominus de celo proſpexit ſuper filios hominum: vt videret ſi eſt intelligẽs \ requirens deum.
Omnes receſſerũt \ ſimul conglutinati ſunt: non eſt qui faciat bonum nõ eſt vſq; ad vnum.
Nonne cognoſcẽt omnes qui operantur iniquitatẽ: qui deuorant populum meum vt cibum panis?
Dominum non inuocauerunt \ ibi timebunt formidine: quoniam deus in generatione iuſta eſt.
Conſilium pauperum cõfudiſtis: quoniam domin9 ſpes eius eſt.
Quis dabit de ſion ſalu-

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

tare iſrael:cũ auerterit do-
minꝰ captiuitatem plebis
ſue\exultabit iacob et leta-
bitur iſrael.

ROM.

re iſrael:dum auerterit do
minꝰcaptiuitatẽ plebis ſue
Letetur iacob: et exultet
iſrael.

HEB.

tare iſrael:quando reduxe
rit dominus captiuitatem
populi ſui: exultabit iacob
et letabitur iſrael.

TITULUS. Ad victoriã pſalmꝰ Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. ꝓpheta ĩ ſpiritu loquit.
Inſipiens:preſertim iudeus/deinde et gentilis/terrenus quiſqꝫ et carnalis/q̃ ⁊ filij hominũ dicti iã
ſunt. dixit de Chriſto non eſt deus. corrupti:corruptis moribus. in ſtudijs. ſtudioſe/ex certa delibe
ratione/ꝓpoſito/ac voluntate. non eſt:de filijs hominũ. qui faciat bonũ:qui dei legẽ/mãdataqꝫ cu-
ſtodiat. declinauerunt:receſſerunt a deo. non eſt vſqꝫ ad vnum: nõ eſt/ne vnus quidẽ de filijs homi-
num qui faciat bonum. ſepulchrum patens:ad omnẽ ingluuiem ⁊ intemperantiam et ad laxandum
verbum ad aliorũ perditionẽ. linguis ſuis doloſe agebant:ad fraudandũ/detrahendum/⁊ decipiẽ-
dum. venenũ aſpidum ſub labijs eorum:detrahendo ⁊ blaſphemando. contritio:demolitio ⁊ vaſti-
tas. nonne cognoſcent: verba Chriſti: plebẽ meam:populũ meum quibus dediſti poteſtatem filios
dei fieri. deuorant:enecant/⁊ eorum ſubſtantiam conſumunt veluti eſcam panis: cognoſcent. filij ho
minum:dominum non inuocauerunt. Illic trepidauerunt timore:in perdendis honoribus et terre-
nis bonis. vbi non erat timor:in quibus minime erat timendum/ſed timẽdus erat dominus/⁊ iuſte
que bonis operibus eorum infliguntur pene. generatio iuſta:populus ꝑ regenerationẽ iuſtificatꝰ in
numero filiorum dei. inopis:populi iuſtificati. dñs: Chriſtus. ſpes eius eſt:generatio iuſta ĩ eo ſpat
quis dabit ex ſion:verba prophete deſyderio ſuſpirantis vt Chriſtus ſaluator a filijs hominũ vt ⁊ a
iuſta generatione veniſſe cognoſcatur. a ſpiritu ſancto id cognoſcit non futurũ: niſi in fine ſeculi cum
reliquie iſrael ex diſperſione colligentur/tunc iacob et iſrael vniuerſuſqꝫ hebreorum populus aſcri-
bentur numero filiorum dei. ⁊ in Chriſto domino cum gaudio et exultatione reuocabuntur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt deus. locutꝰ eſt populꝰ
2 ſtultus intra ſemetipſum:neqꝫ Chriſtus eſt deus/neqꝫ eſt quiſqꝫ qui res curet vniuerſas. Corrupti
ſunt ⁊ abomĩabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis/nõ eſt qui faciat bonũ:non eſt vſqꝫ ad vnũ. filij hoĩm paſ-
ſibiles et carnales deprauati et execrabiles facti ſunt in cupiditatibus et intentionibus ſuis/ in filijs
hominum non eſt qui nature/non eſt qui diuinã operetur legem/diuinũqꝫ adimpleat mãdatũ:nõ eſt
3 ne vnus quidem. Dominus de celo proſpexit ſuꝑ filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut re
quirens deum. dicunt non eſt deus/ſed ipſe de celeſti throno ſuo intuitus eſt vniuerſam turbã mũda
norum et carnalium: vt conſideret ſi eſt vir qui ad eum mentẽ eleuet ad hoc quidẽ illis inditã/ et que
4 eſt oculus eternorum / ſi eſt qui ſtudeat cognoſcere eum. Omnes declinauerunt/ſimul inutiles facti
ſunt: nõ eſt qui faciat bonum/non eſt vſqꝫ ad vnũ. vniuerſa generatio carnaliũ a deo auerſa eſt/ſimul
deprauata eſt/fini ad quẽ creata eſt facta inhabilis et inepta:nõ eſt ne vnusquidẽ qui nature ordina-
5 tionem ſequatur/non eſt intelligens/non eſt requirens deũ. Sepulchrum patens eſt guttur eoꝝ/lin-
guis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labijs eoꝝ. fauces eorum aperte ad interitũ hoĩm/
6 blando ſermone seducũt:in ſermonibus eoꝝ immedicabile toxicũ. Quorum os maledictione ⁊ ama
ritudine plenũ eſt: veloces pedes eoꝝ ad effundendũ ſanguinẽ. ab ore carnalium non benedictio/ nõ
conſolatio aliqua/ſed execratio/blaſphemia ⁊ deſolatio ſolum procedunt:immobiles ſunt ad bonũ/
ſed celeres et expediti ad malum patrãdũ/⁊ ſuum ſimile (quod deus ad ſuam fecerat imaginem) de
7 lendum atqꝫ perdendum. Contritio et infelicitas in vijs eorũ/et viã pacis non cognouerunt:non eſt
timor dei ante oculos eorũ. vie eorum deſolatio et miſeria precipitatioqꝫ in penarũ barathrũ/ via vi-
te ⁊ tranquillitatis perpetue eſt eis ignota/neqꝫ mirũ/quia timorem dei pre ſe nõ tulerunt/qui eſt vie
8 pacis/initium. Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem:qui deuorant plebẽ meã ſicut
eſcã panis: ab hoc nono vſqꝫ in duodecimũ verſũ verba dei ſunt. dicunt non eſt deus/in omne facinꝰ
procliues/ſed nonne vniuerſi carnales/mundi amatores/tranſgreſſores viarum dei/in tormẽtis id
agnoſcẽt:q̃ viros ſpirituales/intelligẽtes et me requirẽtes ad nichilũ redigũt/ vorãt ⁊ deglutiunt ve
9 luti panis fragmẽtũ. Deum non inuocauerũt:illic trepidauerũt tremore vbi non erat timor. nonne
cognoſcent/qui auxiliũ a me non popoſcerunt: in honoribus perdendis/in diuitijs/in terrenis ⁊ cor
10 poreis bonis timorẽ habuerũt vbi non erat illis timendum/ſed in eo qui omnibus his ablatis pote-
ſtatem habet eos perdendi in ſupplicium eternum. Quoniã deus in generatione iuſta eſt/conſilium
inopis confudiſtis:quoniam dñs ſpes eius eſt: O inſipientes filij hominũ/qui timuiſtis tranſitoria
perdere/non timuiſtis perdere deũ/quia deus non eſt in operantibus iniquitatem / ſed in mandata
ſua ſeruantibus ⁊ ſuam facientibus voluntatem/o inſipientes filij hominũ/ſpiritualium hominum
11 monita contempſiſtis quaſi omni ope deſtitutorum:ſed nequaqꝫ ita eſt/quia deus fiducia eorum eſt
Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael: cum auerterit dñs captiuitatem plebis ſue:exultabit iacob ⁊ leta



Ayuntamiento de Madrid

bitur iſrael. ꝓpheta in ſpiritu interrogat/cum ſic filij hominū/generatio terrenoꝝ/ſpiritualiū monſ
ta confundat/quis erit qui annunciabit ex generatione iuſta/ſpitituali et celeſti / Chriſtum dn̄m ſal-
uatorē fidelium? Reſponſio in ſpiritu/cum diſꝑſionem collegerit deus populi hebraici/cognoſcetur
Chriſtus/cum gaudio ſupplātabuntur mali/et erunt homines deum in leticia cognoſcentes.
CONCORDIA. Hieremias. ſtult⁹ populus me⁹ me nō cognouit: filij inſipiētes ſūt ⁊ vecordes 1
Et iterū negauerūt dominū ⁊ dixerūt nō eſt ipſe. ¶ Idē. ſapientes ſunt vt faciant mala/bene autem 2
1 Hie. 4 facere neſcierūt. Et iteꝝ. Circuite vias hieruſalē ⁊ aſpicite ⁊ cōſiderate ⁊ querite in plateis eius / an
1 Hie. 5 inueniatis virū facientē iudiciū ⁊ querentē fidē: ⁊ propicius ero ei. ¶ Idē. Dn̄e oculi tui reſpiciūt fi 3
2 Hie. 4 dem/percuſſiſti eos ⁊ nō voluerūt: attriuiſti eos ⁊ renuerūt accipere diſciplinā. ¶ Idē. Ego autem 4
5 Hie. 5 dixi forſitan pauperes ſunt ⁊ ſtulti/ignorāt viā dn̄i/⁊ iudicium dei ſui. Ibo ergo ad optimates et lo- 5
4 Hie. 5 quar eis: et ecce magis hi ſimul cōfregerūt iugū/ruperunt vincula. Et Paulus ad Romanos. cau- 6
4 Ro. 3 ſati enī ſumus iudeos ⁊ grecos ſub peccato eſſe: ſicut ſcriptū eſt. quia non eſt iuſtus quiſq̄/non eſt in-
5 Hie. 5 telligens/non eſt requirens deum. oēs declinauerūt/ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū
5 Ro. 3 nō eſt vſq̄ ad vnum. Sepulchrū patēs eſt guttur eoꝝ/linguis ſuis doloſe agebāt/venenū aſpidū ſub
6 Hie. 5 labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictiōe ⁊ amaritudine plenū eſt: veloces pedes eoꝝ ad effundēdū ſāguinē
6 Ro. 3 ¶ Hieremias. Cōtritio ſuꝑ cōtritionē locata eſt: ⁊ vaſtata eſt oīs terra/⁊ viā pacis nō cognouerunt. 7
7 Hie. 4 Idē. Dixi/heu/heu/heu dn̄e deus. ergo ne decepiſti populū iſtū ⁊ hieꝛlm dicēs/pax erit vobis: ⁊ ec
7 Luc. 19 ce gladi⁹ vſq̄ ad animā? Et lucas. Et vt appropinquauit vidēs ciuitatē fleuit ſuꝑ illā/dicēs/q2 ſi co
7 Hie. 5 gnouiſſes ⁊ tu: ⁊ quidē in hac die tua/q̄ ad pacē tibi. nūc aūt abſcōdita ſūt ab oculis tuis. q2 venient
8 Hie. 5 dies in te: ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo/⁊ circundabūt te/⁊ coanguſtabūt te vndiq̄/⁊ ad terrā ꝓ-
9 Hie. 5 ſternēt ⁊ filios tuos q̄ in te ſunt: ⁊ nō relinquēt in te lapidē ſuꝑ lapidē/eo ꝙ nō cognoueris tēpus viſi
10 Hie. 5 tationis tue. Itē Hieremias. receſſerūt ⁊ abierūt: ⁊ nō dixerūt in corde ſuo metuam⁹ dn̄m deū nr̄m.
11 Hie. 50 ¶ Idē. inuenti ſunt a ppl'o meo impij inſidiātes quaſi aucupes/laqueos ponētes et pedicas ad ca- 8
piendos viros. et ſubdit. nunq̄d ſuꝑ his non viſitabo dicit dn̄s: aut ſuꝑ gentē huiuſmodi non vlci-
ſcetur aīa mea? ¶ Idē. Indurauerūt facies ſuas ſuꝑ terrā/et noluerūt reuerti. ¶ Idē. cauſā vidue 9 10
non iudicauerunt/cauſā pupilli nō dixerūt/iudiciū nō iudicauerūt. ¶ Idē. tu ergo ne timeas ſer- 11
ue meus Iacob ait dn̄s/neq̄ paueas iſrael: quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua/⁊ ſemē tuū
de terra captiuitatis eorum. et ſubiungitur in fine. In nouiſſimo dierum intelligetis ea.
ADVERTE. Finē ſcdi verſus nō eſt vſq̄ ad vnū/et finē noni vbi non erat timor: hebreus in hoc pſalmo non habet/ſed in quinquageſimoſecundo pene huic ī omnibus reſpōdente. et timebunt ī futuro enunciat: ceteri autē quod illi reſpōdet/in preterito. ¶ Quinto verſu. diſtinctio facienda poſt declinauerunt: vt ſimul ſequenti vocabulo iungatur. quod ex hebreo facile intelligis: vbi ſimul agglutinatos ſonat. Itē nota tres verſus quoꝝ initia ſepulcrū/quoꝝ/cōtritio/id eſt quintū/ſextū ⁊ ſeptimū: neq̄ in hebreo neq̄ in greco nūc haberi. at ī ſeptuagita: olim habebantur. vt dilucet ex capite tertio epiſtole Pauli ad Romanos: vbi litterā ſeptuaginta interꝑtū cū his verſib⁹ inſerit non enī alia tunc erat apud gētes. ¶ Sexto verſu. venenum aſpidū. Aſpis (inquit Ariſtoteles) in africa gignit: cuius ictui/nullū remediū eſt. ¶ Nono verſu. illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor: ex hebreo ibi formidabūt formidine. et particula vbi non erat timor non apponitur. ſed particula ibi formidabūt cōtinuo iungitur ex hebreo particule: qm̄ deus in generatione iuſta eſt. et videtur Paulo aliud velle q̄ expoſitū eſt circa litterā. videlicet ꝙ cum ipſi carnales et inſipientes in tormētis/videbunt deū ī generatione iuſtoꝝ pauperū et ſpiritualiū eſſe/et ſe eſſe eternis cruciatib⁹ derelictos: magno ſtupore obſtupeſcent. tūc enim cognoſcent omnes qui operantur iniquitatē/et qui dicūt in corde ſuo non eſt deus: q̄ vere inſipientes fuerint/inſenſati et decepti/in tormentis mori non valentes et contra: q̄ alij ſapientes/ſenſati/et nequaq̄ decepti/ſemper cum deo ſolatiū habentes. videbūt q̄ ſtulta ſpes eſt/q̄ fallax/q̄q̄ bonoꝝ tranſitoriorum momētanea: et contra/q̄ ſapiens/q̄ certa/⁊ nūq̄ deficiens ſpes eterni boni/et in deo collocata/et ſpiritū dei voracē/hominis aūt ſenſū fallacē/quem ipſi ſecuti ſunt. ergo carnales et iniuſti: ſuum ſenſum ſequuntur non dei. ſed contra/ ſpirituales: non ſuum ſed dei ſequuntur ſenſum. quem nobis concedat eligere et ſequi: qui eſt ſuperbenedictus in ſecula. ¶ Decimo verſu. quoniam ſpes eius eſt. eius in hebraica tralatione ad generationem iuſtam refertur: in ceteris autem ad inopem. Nam et grecus habet αυτου.

## ¶ Pſalmus Dd. XIIII.

1 Domine quis hitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

## ¶ In finē. ps. dd. XIIII.

Domine quis hitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

## ¶ Pſalmus Dauid. XV

Domine quis peregrinabitur in tentorio tuo: ⁊ quis habitabit in monte ſancto tuo?

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| 2 | Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſticiam. | Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſticiam. | Qui ingreditur ſine macula et operatur iuſtitiam: loquiturqꝫ veritatem ĩ corde ſuo. |
| 3 | Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui nõ egit dolum in lingua ſua. | Qui loquitur veritatem in corde ſuo: ⁊ non egit dolum in lingua ſua. | Qui non eſt facilis in lingua ſua \ nec fecit amico ſuo malum: et opprobrium non ſuſtinuit ſuper vicino ſuo. |
| 4 | Nec fecit ꝓximo ſuo malũ: ⁊ opprobriũ non accepit aduerſus ꝓximos ſuos. | Nec fecit ꝓximo ſuo malũ: et opprobriũ non accepit aduerſus ꝓximum ſuum. | |
| 5 | Ad nichilũ deductus eſt ĩ conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat. | Ad nichilũ deductus eſt ĩ conſpectu eius malignus: timentes autem dominũ magnificat. | Deſpicitur oculis eiꝰ improbus: timentes autẽ dominum glorificat. |
| 6 | Qui iurat ꝓximo ſuo et non decipit \ qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã: et munera ſuꝑ innocentes non accepit. | Qui iurat ꝓximo ſuo et non decipit eum \ qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſurã: et munera ſuꝑ innocentem non accepit. | Iurat vt ſe affligat et nõ mutat \ pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuram: et munera aduerſum innoxium nõ accipit. |
| 7 | Qui facit hec: non mouebitur in eternum. | Qui facit hec: non cõmouebitur in eternum. | Qui facit hec: non mouebitur in eternum. |

TITULUS. Pſalmus dauid. pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu īterrogat. re-
ſpondet ſpũs ſanctus. tabernaculũ: domus dei. mons ſanctus: paradiſꝰ / celeſtis habitatio / celeſtis
hieruſalẽ vbi reqes ⁊ ſtabilitas / ſecuritas ⁊ pax interminа. ꝗ ingreditur / ad finẽ vſqꝫ dei reſponſũ eſt
qui decẽ Chriſti ꝯditiones ſtudebit imitari. Prima qui ingreditur ſine macula ⁊ operatur iuſticiã /
id eſt ꝯplet diuinã legẽ. ⁊ hec gñalis eſt: ſequẽtes ſpeciales. Secunda qui loquitur veritatẽ in corde
ſuo. Tercia qui non egit dolũ in lingua ſua. Quarta qui non fecit ꝓximo ſuo malũ. Quinta qui non
admiſit opprobriũ cõtra vicinũ ſuũ. Sexta qui ſathanã cõterit / ⁊ cõtritꝰ ĩ ꝯſpectu eiꝰ diſperit. Septi
ma ꝗ timẽtes dñm glorificat / cõmendat / laudat ⁊ preconijs effert. Octaua qui iurat ꝓximo ſuo ⁊ nõ
decipit. Nona qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſurã. Decima qui munera ſuꝑ innocẽtẽ non accepit. non
cõmouebitur in eternũ a celeſti habitaculo: ſed in eo ꝑmanebit ſine fine. At quomodo alius a Chri-
ſto ingreditur ſine macula? Per regenerationis lauacrũ: diuinã legẽ ⁊ diuina implendo precepta.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Dñe ꝗs habitabit in tabernaculo tuo: aut ꝗs reqeſcet ĩ mon
te ſancto tuo? O celi habitator / dominator oĩm et rector / quis admittetur ad incolendũ celeſte tẽplũ
2 tuum: aut quis quiete fruetur eterna in ſublimi habitatione tua? Qui ingreditur ſine macula: et ope
ratur iuſticiã. reſpõſio ſpiritus ſãcti. admittetᷣ ad celeſte tabernaculũ ⁊ illa pace fruetur / qui in mũdo
3 conuerſatur abſqꝫ peccato: qui diuina implet mandata. Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: qui non
egit dolũ in lingua ſua. habitabit in tabernaculo dei ⁊ in mõte ſancto eius requieſcet / qui toto corde
4 eſt veraci: in cuius ore nullꝰ eſt dolus. Nec fecit ꝓximo ſuo malũ: ⁊ opprobriũ nõ accepit aduerſus
ꝓximos ſuos. qui nulla affecit iniuria notũ ⁊ cõfratrẽ ſuũ: nec eſt ſcãdalizatus in notis ⁊ vicinis ſuis.
5 Ad nichilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus: timẽtes aũt dñm glorificat. qui nichili ducit
6 quẽ noſcit ĩprobũ: ſed ſancto timore deũ pauẽtes magnipẽdit ⁊ honorificat. Qui iurat ꝓximo ſuo ⁊
non decipit / qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſurã: et munera ſuper innocentẽ nõ accepit. qui nomẽ dei
aſſumens / non in vanũ ad fratrem et notum accipit / non fallit / qui auaricie ⁊ turpi ſuper nũmo lucro
7 nunqꝫ intendit: qui iuſticiã muneribus acceptis / non vendidit. Qui facit hec: non mouebitur ĩ eter-
num. qui hec que dicta ſunt operatur / habitabit in tabernaculo dei / et requieſcet in monte ſancto eiꝰ
a quo non dimouebitur in ſempiternum.
1 CONCORDIA. Quis aſcendet in mõtẽ dñi / aut ꝗs ſtabit ĩ loco ſancto eius? ¶ Innocẽs mani-
2 bus et mũdo corde: ꝗ nõ accepit in vano animã ſuam. Alibi ſine iniquitate cucurri ⁊ direxi. ¶ Pro
3 pter veritatẽ ⁊ manſuetudinẽ ⁊ iuſticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Et Eſaias. qui ambu-
lat ĩ iuſticijs: et loquitur veritatẽ. qui proijcit auariciam ex calumnia: ⁊ excutit manus ſuas ab omni
munere. qui obturat aures ſuas ne audiãt ſanguinẽ: ⁊ claudit oculos ne videãt malũ. iſte in excelſis
4 habitabit. Et Petrus. qui peccatũ nõ fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. ¶ Idem. qui cũ ma 1 Pſal. 23
5 lediceretur non maledicebat: cũ pateretur non ꝯminabatur. ¶ Paulus. Ipſe ſimiliter participauit 2 Pſal 25



Ayuntamiento de Madrid

2 Pſal. 58 eiſdẽ: vt per mortẽ deſtrueret eũ qui mortis habebat imperiũ/ id eſt diabolũ. Et Malachias. Orietur
5 Pſal. 44 vobis timentibus nomen meũ ſol iuſticie: et ſanitas in pennis eius. ¶ Dñs in Ioanne ad Nicode= 6
5 Eſaie 33 mum. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto/ nõ poteſt videre regnũ
3 1. Pe. 2 dei. Et pſalmo ſeptuageſimoprimo. Ex vſuris et iniquitate redimet animas eorum. Itẽ. parcet pau=
4 1. Pe. 2 peri et inopi/ ⁊ animas pauperum ſaluas faciet. Et rurſũ. liberabit pauperẽ a potẽte: ⁊ pauperẽ cui
5 Heb. 2 non erat adiutor. ¶ Eſaias. Oculi tui videbũt Hieruſalẽ habitationẽ opulẽtã/ tabernaculũ quod ne 7
5 Mal. 4 quaꝗ̃ transferri poterit: nec auferẽtur claui eius in ſempiternũ/ ⁊ omnes funiculi eius non rumpẽtur
6 Ioan. 3 quia ſolũmodo ibi magnificus eſt dominus deus noſter. ¶ Et ex oppoſito: qui oppoſita facit/ ad lo
23 placuit ei in me. Et retribuet michi dominus ſecundum iuſticiã meam: et ſecundum puritatem ma=
nuum mearum retribuet michi. reddet michi pater ſecundum implende voluntatis ſue obedientiã
24 meam: et ſecundum mundiciã operum meoꝛum reddet michi. Quia cuſtodiui vias domini: nec im
pie geſſi a deo meo. reddet michi pater/ quia inuiolata ſeruaui mandata patris mei: nec quicqꝫ trãſ=
25 greſſionis et impietatis admiſi contra voluntatem patris mei/ ꝛ dei mei. Quoniam omnia iudicia
eius in conſpectu meo: et iuſticias eius non reppuli a me. non admiſi aliquid impietatis in deum
meum/ quia oĩa pꝛecepta ꝛ mandata eius obuerſantia menti mee: ꝛ mandata eius a quibus omnis
26 iuſtificatio/ non abieci a me. Et ero immaculatus cum eo: et obſeruabo me ab iniquitate mea. et ſã=
ctus et incontaminatus perſeuerabo cum patre meo: et inſontem me cuſtodiam a ꝓpꝛio delicto.
27 Et retribuet michi dominus ſecundum iuſticiam meam: et ſecundum puritatem manuum mearum
in conſpectu oculoꝛum eius. eadem cum viceſimotercio verſu intelligentia / excepta particula in
28 conſpectu oculoꝛum eius: quo deſignatur ante faciem ſuam: in celeſti ſcilicet gloꝛia. Cum ſancto
29 ſanctus eris: et cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris: et cum peruerſo per=
uerteris. O pater ſancte cum viro incontaminato purus et ſanctus apparebis immo ſanctificabis:
et cum viro inſonte inſonter ꝛ innoxie te geres/ innocentiamqꝫ pꝛeſtabis. ꝛ cum amicis amicus eris:
30 et cum peruerſo tu ipſe peruertes. Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: et oculos ſuper=
boꝛum humiliabis. ſanctus ſanctis/ inſons inſontibus/ electus electis / et peruertens ꝑuerſis/ qꝛ tu
humiliter de ſe ſentientes/ nichil a ſe ſed a te omnia habere cognoſcentes exaltabis: et alta de ſe ſa=
31 pientes et ſuperba/ non te ſed ſe reſpicientes/ deijcies et peſſundabis. Quoniam tu illuminas lu=
cernã meã/ domine deus meus: illumina tenebꝛas meas. O pater eterne quoniam tu inſpiras eos
per quos vis me in terris apparere: tu dominatoꝛ ꝛ conditoꝛ meus iſpira et lumine cogitationis tue
32 illuſtra iudeos et gentes/ [illegible]. Quoniam in te eripiar a tẽ
tatione: et in deo meo tranſgrediar murũ. illumina pater luminũ/ quia relinquã mundũ/ et ad te cõ=
ſcendam ereptus ab omni mundi pꝛobatione: et in te deo meo tranſiliam celos/ ſepem ꝛ interſtitium
33 viſibilium rerum. Deus meus impolluta via eius/ eloquia dñi igne examinata: ꝓtectoꝛ eſt omniũ
ſperantiũ in ſe. deus meus ille eſt/ cuius lex incontaminata eſt/ pꝛecepta et mãdata patris mei ſpiri=

Ayuntamiento de Madrid

tu ſancto probata: pater meus defenſor omnium ſpem ſuam in eo collocātium. Quoniā quis deus 34
preter dominū: aut quis deus preter deū noſtrū? protector eſt omniū in eo ſperantiū/ nec ab re/ nam
quis eos creauit preter patrem meum: aut quis conditor preter patrem conditorem noſtrum? De= 35
us qui precinxit me virtute: et poſuit immaculatā viam meam. quis deꝰ preter deū noſtrum/ deum
quidē qui circūdedit me fortitudine ad reſiſtendū omni poteſtati ad mala trahēti: qui omnes actus
meos puros et incontaminatos effecit per vniuerſam vitam meam. Qui perfecit pedes meos tanq̄ 36
ceruorum: et ſuper excelſa ſtatuens me. qui agilitatem motionis michi largitus eſt pluſq̄ damarum
et ibicum: et ſuper culmina celorum collocauit me. Qui docet manus meas ad prelium: et poſuiſti 37
vt arcum ereum brachia mea. qui inſtruit bellatores meos ad fortiter dimicandū et fortes meos in
ſuperabiles facit vt arcum ereum. Et dediſti michi protectionem ſalutis tue: ⁊ dextera tua ſuſcepit 38
me. quid mirū ſi manus mee inſtructe ſunt ad preliū et brachia mea vt arcus eneus/ quia tua ſalꝰ ce
leſtis protexit me: et fortitudo tua adiuuit me. Et diſciplina tua correxit me ī finem: ⁊ diſciplina tua 39
ipſa me docebit. et lex tua direxit me vſqꝫ ad nouiſſima: et lex tua ipſa me inſtituet. Dilataſti greſſus 40
meos ſubtus me: et non ſunt infirmata veſtigia mea. populos ſub me multiplicaſti: nō ſunt eneruati
non ſunt debilitati imitatores mei/ et qui michi ſunt ſubditi. Perſequar inimicos meos/ et cōprehē 41
dam illos: et non cōuertar donec deficiant. vrgebo ad tergū aduerſarios meos/ ⁊ ī manus meas in=
cident: et a perſecutione non deſiſtā donec intereant. Confringā illos nec poterunt ſtare: cadēt ſub= 42
tus pedes meos. cōminuā eos nec valebunt reſiſtere: peſſum ibunt ſub pedes meos. Et precinxiſti 43
me virtute ad bellū: ſupplantaſti inſurgētes in me ſubtus me. et tu pater eterne induiſti me fortitudi
ne ad preliandum: et peſſum dediſti aduerſantes michi/ ſubtus me. Et īimicos meos dediſti michi 44
dorſum: et odientes me diſperdidiſti. ⁊ hoſtes meos diſperſiſti: auerſos a me/ ⁊ qui oderunt me per
petuo interitui tradidiſti. Clamauerūt nec erat qui ſaluos faceret ad dominū: nec exaudiuit eos. opē 45
poſtularunt hoſtes mei/ nec erat qui ꝓ ſalute eorum intercederet apud patrē meū: clamauerunt ⁊ ce
leſtis pater meus non ſuſcepit clamores eorum. Et cōminuā eos vt puluerē ante faciē venti: vt lutū 46
plateарū delebo eos. ⁊ diſſlabo eos/ diſpergam et ventilabo vt ſolet puluis in p̄ſentia turbinis: a ce=
leſti regno extorres faciā/ eijciamqꝫ eos/ vt ſolet a ciuitatibus vile cenū. Eripies me de cōtradictiōi 47
bus populi: conſtitues me in caput gentiū. tu celeſtis pater potentiſſime liberabis me de rebellioni=
bus hebraice gentis: ordinabis me legiſlatorē ſuper gētes. Populꝰ quē nō cognoui/ ſeruiuit michi 48
in auditu auris obediuit michi. gentiū natio quam non elegi/ quam lege ⁊ cerimonijs meis non in=
ſtruxi/ cultum michi et latriam exhibuit: ⁊ ſolis auditis euāgelizantibus me/ mandatis et preceptis
meis implendis ſe ſubdidit. Filij alieni mentiti ſunt/ filij alieni inueterati ſunt: et claudicauerunt a 49
ſemitis ſuis. hebrei quos delegerā in filios/ quos lege ⁊ ritibꝰ meis preinſtruxerā/ alienati ſunt/ mē=
daces infideleſqꝫ facti/ filij alieni obſtinati ſunt ⁊ occaluerunt in malis: et mandata mea preuaricati
ſunt. Viuit dominus ⁊ benedictus deus meus: ⁊ exaltetur deus ſalutis mee: ſed in omnibus his vi 50
cit imortalis ⁊ ſemper viuens pater meus/ qui benedicatur: et magnificetur deus qui ſalutem meā
eſt operatus. Deus qui das vindictas michi/ et ſubdis populos ſub me: liberator meꝰ de inimicis 51
meis iracundis. tu pater eterne deus benedicaris et exalteris/ qui preſtas me vlciſci de aduerſis po
teſtatibus ⁊ ſubijcis multiplices nationes cultibus meis: et liberas me ab hoſtibus meis inuidia/ fu
rore/ et odio in me concitatis. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. et 52
a graſſantibus in me in altū tolles me: et a perfidia viri maligni liberabis me. Propterea cōfitebor 53
tibi in nationibus domine: et nomini tuo pſalmū dicā. hac de cauſa laudem/ beneficiaqꝫ tua teſtabor
in gentibus pater eterne: et laudem nomini tuo (quia genitor et pater es ante omnia ſecula) concinā
Magnificans ſalutes regis eius/ et faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid: et ſemini eius vſqꝫ in 54
ſeculum. dicam laudem paterno nomini tuo. quod magnifacit ſaluationes eius quem conſtituit ſibi
regem/ et manifeſtat miſerationem ſuam meſſie ſuo deſiderabili: et populo fideli/ populo in eo credi
turo/ vſqꝫ in ſempiternum.
1 Joan. 14 CONCORDIA. Dominus ad paſſionē iturus in ioāne ita dicit diſcipulis. Sꝫ vt cognoſcat mū 1
2 Pſal. 86 dus quia diligo patrē/ et ſicut mandatū dedit michi pater ſic facio. ¶ Tu domine adiuuiſti me: ⁊ cō 2
3 Pſal. 70 ſolatus es me. ¶ In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris mee tu es ꝓtector meus. ¶ Do 3 4
4 Pſal. 30 mine non cōfundar: quoniam inuocaui te. Et lucas. apparuit illi angelus de celo confortans eum.
5 Pſal. 39 ¶ Qm̄ circūdederunt me mala quorum nō eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates mee/ et 5
5 Matth. 26 non potui vt viderē. Et Mattheus cepit cōtriſtari ⁊ meſtꝰ eſſe. tūc ait illis: triſtis eſt anima mea vſqꝫ
6 Pſal. 114 ad mortē. ¶ Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. ¶ Et ne auer= 6 7
7 Pſal. 68 tas faciē tuā a puero tuo/ quoniā tribulor: velociter exaudi me. Et Mattheus. ⁊ ꝓgreſſus puſillum
7 Matt. 26 procidit in faciē ſuam orans et dicens: pater mi/ ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ¶ Voce mea 8
8 Pſal. 3 ad dominū clamaui: et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. ¶ De celo auditū feciſti iudicium: terra 9

Ayuntamiento de Madrid

tremuit et quieuit. Et Matheus. ⁊ ecce velū templi ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deorſum / et terra mo= 9 Pſal. 75
ta eſt/ et petre ſciſſe ſunt / et monumenta aperta ſunt: et multa corpora ſanctorū qui dormierant ſur= 9 Mat. 28
10 11 rexerūt. ❡ Ignis ī cōſpectu eiꝰ exardeſcet: et in circuitu eiꝰ tēpeſtas valida. ❡ Nubes et caligo ſub 10 Pſal. 49
12 13 pedibꝰ eiꝰ: iuſticia et iudiciū correctio ſedis eiꝰ. ❡ Qui ſedes ſuꝑ cherubim moueaꝛ terra. ❡ Abyſ 11 Pſal. 96
ſus ſicut veſtimentū amictus eius: ſuꝑ mōtes ſtabūt aque. Et Amos. dies dn̄i iſta: tenebre ⁊ nō lux 12 Pſal. 98
14 15 ❡ Alluxerūt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cōmota eſt terra. ❡ Deꝰ maieſtatis intonuit: dn̄s ſuper 13 Pſal. 105
16 17 aq̄s multas. ❡ Fulgura coruſcationē ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas ⁊ cōturbabis eos. ❡ Ab 13 Am. 5
18 increpatione tua fugiēt: ⁊ a voce tonitrui tui formidabūt. Et ex Eſaia. Cataracte de excelſis apte ſūt 14 Pſal 96
19 cōcutienꝛ fūdamēta terre. cōpleuit dn̄s furorē ſuū: effudit irā īdignationis ſue. ❡ Emitte manū tuā 15 Pſal. 28
20 de alto / eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorū alienoꝝ. ❡ Quia ecce ceperunt ani 16 Pſal. 145
mam meā / irruerunt in me fortes. Et alibi. cōfortati ſunt qui ꝑſecuti ſūt me inimici mei iniuſte. Sed 17 Pſal. 105
longū eſſet ob pſalmi prolixitatē / vnicuiqꝫ verſuū adaptare concordiā: quod facile facturus ſit diui= 17 Eſa. 24
ne lectioni vigilanter attētus / ⁊ pſalmoꝝ et ꝓphetarū ſenſa perquirēs. ſatis igitur fuerit cepiſſe / et 18 Pſal. 105
quaſi ſepē ⁊ materiā dirupiſſe: et admonitos eſſe ſacrā litterā ex ſacra littera lucem accipere. 18 Thre. 4
ADVERTE. ❡ Nono verſu. q̄m iratus eſt eis. eis ſeptuaginta interpretū eſt particula ⁊ ſuꝑfluit 19 Pſal. 145
nec ex hebreo habetur. Illa enī ꝓdigia / ſolū precipue erāt teſtātia deū: eius qui moriebaꝛ eſſe verū 20 Pſal. 58
patrē / quaſi in veri filij morte deꝰ iraſceretur ⁊ doleret. qđ centurio ex ſpiritu ſancto intellexit: ex il= 20 Pſal. 98
lis cōfitēs eū vere eſſe dei filiū.

❡ Quītodecimo verſu. dedit vocē ſuā / grādo ⁊ carbones ignis. rectiꝰ grādinē et carbones ignis / vt ex hebraica tralatione habetur. eſt enī id / grādinē expoſitiua particula ad vocē: ac ſi ita enūciaremus dedit vocē ſuā / id eſt grādinē et carbones ignis. tēpus enī illud: fuit pre opaca caligine omnia inuoluēte et tēpeſtate / horroris pleniſſimū. caliginē et tenebras et terre tremores euangeliū aperuit: cetera reticuit / que pſalmus apertius indicat. Viceſimoſecūdo verſu. et retribuet. rectius et retribuit: ex tralatione hebraica et romana. ❡ Viceſimoſeptimo verſu. et ero immaculatꝰ cū eo ⁊ obſeruabo. rectius ⁊ fui ⁊ obſeruaui: vt Hieronymꝰ habet ex hebreo. Nā Chriſtus dn̄s hec loquiꝛ: vbi omnia conſūmauerat in mūdo ⁊ egreſſurus de mūdo. ❡ Viceſimūoctauū et viceſimūnonū verſū: ſeptuaginta intellexerūt quaſi ſermo fieret ad hominē. ſed ex tralatione Hieronymi: ſemꝑ fit ſermo ad deū. neqꝫ ꝑſona loquēs neqꝫ cui loquitur in toto pſalmo mutatur. ideo hic et illic intelligentia altera eſt. Nā hic / deus cū ſancto ſanctus: quia ſanctificat. ⁊ cū innocente innocēs quia innocentiam preſtat. et cū electo eligens: quia gratia et electione preuenit. ⁊ cū peruerſo ꝑuertens: quia vltor et vindex maloꝝ. Et quod ſequitur q̄m tu populū humilē ſaluū facies / ⁊ oculos ſuperboꝝ humiliabis: huius intelligentie eſt cōfirmatiuū: igitur intelligentia ſeptuaginta / humana et moralis eſt: ꝓphete vero diuina ⁊ anagogica. ⁊ expoſitio circa litterā: id attendit. quare viceſimuſnonus verſus ad exēplū reſpōdētis ex hebreo eſſet pronunciandus. Et Bernardus qui inter iuniores nō pro tēpore barbarus / multa preclare ſcripſit: hoꝝ verſuum ſermonē nō ad hominē ſed deū / factū intellexit. et in eo libro qui de cōſideratione nūcupatur ⁊ ſuꝑ cātica cāticoꝝ: rectus inquit dn̄s deus noſter / qui ⁊ cū peruerſo peruertitur. Et ſuꝑ cātica. Qualē te paraueris deo: talis oportet appareat tibi deus. cū ſācto ſanctus erit: ⁊ cū viro innocēte innocēs erit. quid ni? æque ⁊ cū amāte amās / ⁊ cū vacāte vacās / et cū intēto intēꝰ / et cū ſolicito ſolicitꝰ. Hec Bernardus. ❡ Triceſimoſecūdo verſu. q̄m in te eripiar a tentatione: ex hebreo alterā ſūpſit Hieronymus intelligētiā. in te enī curram / accinctus: ad te deū patrē meū aſcendā expeditus. quod et aptius ſequēti particule cohērere videtur. nūc enim tentationes in Chriſto finē habebāt: neqꝫ future ſuꝑerant a quibus eſſet liberandꝰ. ſic etiam habet et tralatio viceſimiſecundi capitis / ſecūdi regū. q̄qꝫ ⁊ videnꝛ aliqua illic deprauata: que ex hoc loco deprehendātur. ❡ Triceſiminoni verſus prima particula / et diſciplina tua correxit me in finem deeſt in hebreo / in pſalterio romano et greco. et ſuꝑflua videtur: quod id ſonet / quod et ſequens particula. ❡ Quadrageſimiquarti verſus principiū / et inimicos meos dediſti michi dorſū: melius vt ex hebreo et inimicoꝝ meoꝝ dediſti michi dorſum / et rectior loquendi modus. ❡ In ſequēti verſu. clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret: melius vt ex hebreo per futurū clamabūt / non erit / non exaudiet. Id enī: futurū a paſſione reſpiciebat. et ſequens particula id indicat futuro vtēs: et comminuā eos vt puluerem. quā Chriſtus: eadem authoritate et poteſtate qua vnum eſt cum patre / loquitur. ❡ Vltimo verſu. magnificans ſalutes regis eius et faciens miſericordiam: hec duo vocabula magnificans et faciens / refert Hieronymus ex hebreo non ad loquentem (nam ipſe: rex eſt a patre conſtitutus et ſalutare. et ſeipſum non magnificat: neqꝫ ſeipſum Chriſtum ſuum appellat) ſed ad nomini / ſuperioris verſus. quapropter rectius dicendum videtur: magnificanti et facienti. ac ſi ſenſus ſit confitebor tibi domine in gentibus. et laudabo nomen tuum. nomen inquam tuū / qui deus es et pater / magnificans ſalutes regis ſui / et faciens miſericordiam Chriſto ſuo deſiderabili / et ſemini eius vſqꝫ in ſeculum.

In finē. ps. dd. XVIII

1 Celi enarrant gloriā dei: ⁊ opera manuū eius annūciat firmamētū.

2 Dies diei eructat verbū: et nox nocti indicat ſcientiam.

3 Non ſunt loquele neq₃ ſermones: quorū non audiantur voces eorū.

4 In omnē terrā exiuit ſonus eorū: ⁊ ī fines orbis terre verba eorū.

5 In ſole poſuit tabernaculū ſuum: et ipſe tanq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo.

6 Exultauit vt gigas ad currendā viā: a ſūmo celo egreſſio eius.

7 Et occurſus eius vſq₃ ad ſūmū eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

8 Lex dñi imaculata conuertens aīas: teſtimoniū dñi fidele ſapientiā preſtās paruulis.

9 Iuſticie domini recte letificantes corda: preceptū domini lucidū illuminās oculos.

10 Timor dñi ſanctus permanens in ſeculū ſeculi: iudicia dñi vera iuſtificata ī ſemetipſa.

11 Deſyderabilia ſuper aurū ⁊ lapidem precioſum multū: et dulciora ſuper mel et fauum.

12 Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

13 Delicta quis itelligit: ab occultis meis munda me: et ab alienis parce ſeruo tuo.



In finē. ps. dd. XVIII

Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuū ei⁹ annūciat firmamentū.

Dies diei eructat verbū: et nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquele neq₃ ſermones: quorū non audiantur voces eorū.

In omnem terrā exiuit ſonus eorū: ⁊ ī fines orbis terre verba eorū.

In ſole poſuit tabernaculum ſuū: et ipſe tanq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendā viā \ a ſūmo celo egreſſio eius \ ⁊ occurſus eius vſq₃ ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex domini irreprehenſibilis cōuertens animas: teſtimoniū domini fidele ſapientiā preſtans paruulis.

Iuſticie domini recte letificantes corda: preceptū domini lucidū illuminās oculos.

Timor domini ſanctus permanet ī ſeculū ſeculi: iudicia dei vera iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurū ⁊ lapidem precioſum multū: et dulciora ſuper mel et fauum.

Nā et ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiēdo illa retributio multa.

Delicta quis intelligit: ab occultis meis mūda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo.



Victori. ps. Dd. XIX.

Celi enarrant gloriā dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbū: et nox nocti indicat ſcientiam.

Non eſt ſermo et non ſunt verba: quibus nō audiatur vox eorum.

In omnē terram exiuit ſonus eorū: ⁊ in finibus orbis verba eorum.

Soli poſuit tabernaculū in eis: ⁊ ipſe quaſi ſponſus pcedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt fortis ad currendā viam: a ſūmitate celi egreſſus eius.

Et curſus eius vſq₃ ad ſūmitatē illi⁹: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex dñi inmaculata cōuertens animas: teſtimonium dñi fidele ſapientiā p̄ſtans paruulis.

Precepta dñi recta letificātia cor: mandatū domini lucidū illuminans oculos.

Timor domini mūdus perſeuerans in ſecula: iudicia domini vera iuſtificata ī ſemetipſa.

Deſyderabilia ſuper aurū et obrizū precioſū multū: et dulciora ſup mel et fauum redundantem.

Unde ⁊ ſeruus tuus docebit ea in cuſtodiēdis eis fructus multus.

Errores quis intelligit: a ſuperbis quoq₃ libera ſeruum tuum.

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| 14 | Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero: ⁊ emundaboꝛ a delicto maximo. | Si mei non fuerīt domīati tunc immaculatus ero: ⁊ emundaboꝛ a delicto maximo. | Si non fuerīt dominati mei\tunc īmaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo. |
| 15 | Et erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: ⁊ meditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo ſemper. | Et erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: ⁊ meditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo ſemper. | Sint placentes ſermones oꝛis mei: et meditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo. |
| 16 | Domine adiutoꝛ meus: ⁊ redemptoꝛ meus. | Domine adiutoꝛ meus ⁊ redemptoꝛ meus. | Domine foꝛtitudo mea: ⁊ redemptoꝛ meus. |

TITULUS. Ad victoꝛiā pſalmus Dauid. Pſalmus de Chꝛiſto dn̄o. Propheta in ſpiritu loq̄=
tur. Celi: celeſtes exercitus. enarrāt gloꝛiā dei: in natiuitate Chꝛiſti dn̄i ī bethleē iude ⁊ opa manuū
eius: Chꝛiſtū natū/ et virginē matrē. quis enī hec: niſi manus diuine feciſſent? annūciat firmamētū:
ſtella magoꝛū. pertinēt enī ſtelle ad firmamentū. dies diei eructat verbū: noue ⁊ euāgelice legis co=
gnitoꝛ oꝛto iuſticie ſole eiuſdē cognitoꝛi/ ſecreta verbi dei depꝛomit/ ⁊ q̄ſi ex ītimis ⁊ penetralibꝰ mē
tis eruit. et nox nocti īdicat ſciētiam: ⁊ cognitoꝛ veteris legis/ eiuſdē cognitoꝛi mōſtrat ſapiētie dei. ⁊
noue legis figurā. non ſunt loquele neq̄ ſermones: non ſunt populi quarūcūq̄ līguaꝝ/ et diuerſitatū
ſermonū: quoꝛū non audiātur voces eoꝝ: a quibus nō ſint audite voces noctis ⁊ diei/ cognitoꝝ vtri=
uſq̄ legis/ vtriuſq̄ teſtamentoꝝ. in omnē terrā: in omnē populū/ nationē ⁊ gētē. exiuit ſonus eoꝛum:
ſcientiū et aperientiū vtrumq̄ teſtamentū. et in fines oꝛbis: in extremos mundi angulos oꝛientē/ oc=
cidentē/ ſeptentrionē/ et meridiē. in ſole poſuit tabernaculū ſuū: deſideratꝰ gētiū/ in eccleſia locauit
manſionē/ habitationē ſuā. et ipſe tanq̄ ſponſus: totius humane nature. pꝛocedens de thalamo ſuo
de intemerato virginali vtero. exultauit vt gigas: vt foꝛtis athleta/ ⁊ pꝛopugnatoꝛ. ad currēdā viā:
noſtre moꝛtalitatis vt pꝛo redimēda ſponſa moꝛeret̄. a ſūmo celo egreſſio eiꝰ: e culmīe ſūmi celi/ eiꝰ
ad nos aduentꝰ. et occurſus eius vſq̄ ad ſummū eius: ⁊ egreſſꝰ eiꝰ vſq̄ ad ſūmū ſūmi celi in dexte=
ra ſui patris. nec eſt qui ſe abſcōdat a caloꝛe eius: qui ſe abſcondere poſſit a charitate eius/ qua vult
oēs ſaluos fieri. Lex dn̄i īmaculata: doctrina euangelica pura/ et incōtaminata. cōuertēs animas:
a terrenis ad ſpiritualia: ad celeſtiū et diuinoꝝ amoꝛē. teſtimoniū dn̄i fidele: per ꝓphetas/ doctoꝛes
et ſapientes ſuos: ſapientiā. diuinoꝝ intelligentiā. pꝛeſtans paruulis: elargiens humilibꝰ ⁊ timoꝛa=
tis. iuſticie dn̄i recte letificātes coꝛda: iuſtificationes Chꝛiſti dei per fidē/ ſacramētoꝝ teletas/ et con
ſūmationes iuſte ⁊ ſancte exhilarantes animas. pꝛeceptū dn̄i: pꝛeceptū euangelicū. illuminans ocu
los: illuminans mētes hominū. timoꝛ dn̄i: per charitatē ne in quopiā offēdat̄ deꝰ. ſanctus/ ꝑmanēs ī
ſeculū ſeculi: purus: perſeuerās in hac ⁊ ī altera vita. ⁊ hic amoꝛ: Chꝛiſti fideliū ⁊ liberoꝝ eſt. iudeo
rum autē: ſeruilis erat/ foꝛmidine penarū cerimonias ſuas obſeruantiū. iudicia dn̄i vera iuſtificata ī
ſemetipſa: pꝛecepta euangelica oꝛe dei enunciata/ vera ſūt et iuſtificata in ſemetipſa non per alia/ vt
ea que veteris legis per pꝛecepta noue coꝛrecta ⁊ iuſtificata. deſiderabilia ſuper aurum et lapidem
pꝛecioſū multū: ſuper omnē ſeculi eſtimationē. dulciora ſuper mel et fauū: ſuper omnē ſeculi delecta
tionem. ſeruus tuus: fidelis tuus. retributio multa: immoꝛtalis et vita eterna. delicta: omiſſiones et
errata circa iudicia tua. quis intelligit? tu deus meꝰ. ab occultis meis: ab iis omiſſionibꝰ et erratis ī
me fugiūt. mūda me dn̄e: mundū me reſtitue largitione venie. et ab alienis/ a ſuperbis/ a ſuggeſtioni
bus demonū. parce ſeruo tuo: erue/ libera ſeruū tuū. ſi mei dominati nō fuerīt: ſi alieni/ ſuperbi/ ſpiri
tus maligni michi dominati nō fuerint. īmaculatꝰ ero: poſteaq̄ me ab occultis mundaueris: emūda
boꝛ a delicto maximo: non incidā in moꝛtale peccatū. Et erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: tūc
(me īmaculato) oꝛationes mee tibi accepte erunt. et meditatio coꝛdis mei in cōſpectu tuo ſemper: et
contēplatio/ et eleuatio mentis mee ſemꝑ ante te. dn̄e: filii dei. adiutoꝛ meus/ et redēptoꝛ meꝰ: q̄ ad=
iuuas me et redimis me. gratiarū actio in recognitione beneficioꝝ eius. Ipſi igitur: ⁊ laus et honoꝛ
et gloꝛia/ et gratiarum actio in ſecula. diuinus admodum: hic pſalmus eſt.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Celi enarrant gloꝛiā dei: ⁊ opera manuū eiꝰ annūciat firma
mētū. celeſtes ſpūs euāgeliʒāt gloꝛioſū Chꝛiſti oꝛtū: et ſtellarī natura/ facta ſolo dei artificio ꝑſignat
2 Dies diei eructat verbū: ⁊ nox nocti īdicat ſciētiā. oꝛto ſole iuſticie noua lege ībutꝰ ex ꝓfūdo mētis
3 arcano annūciat dei filiū: ⁊ ībutꝰ vetuſta lege depꝛomit veſtigiū. Nō ſūt loq̄le neq̄ ſermones quoꝝ
nō audiant̄ voces eoꝛū. nō ſunt nationū līgue/ neq̄ līguaꝝ diuerſitates: a q̄bus noue et veteris legis
4 nō ſunt ꝑcepte īſtitutiones. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. In vni
uerſum oꝛbē terrarū pꝛogreſſa eſt doctrina/ nouā/ veterēq̄ legē enucleantiū: ⁊ ad terminos habitan=



Ayuntamiento de Madrid

tium hominū auditi sunt ſermones eoꝝ. In ſole poſuit tabernaculum ſuū: et ipſe tanq̄ ſponſus ꝓce 5
dens de thalamo ſuo. Chriſtus dominus habitaculū ſuū fecit in virgine amicta ſole: et ipſe de virgi
nali vtero prodiens/ tanq̄ ſponſus de ſpecioſiſſimo cubili ſuo. Exultauit vt gigas ad currendā viā 6
a ſūmo celo egreſſio eiꝰ. Chriſtus dominꝰ letatus eſt vt athleta/ pugilq; fortiſſimꝰ ad peragēdū mor
talis vite curſū: q̄ de ſinu superceleſtis patris deſcēdit in hūc mundū. Et occurſus eius vſq; ad ſum 7
mū eiꝰ: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eiꝰ. de ſinu patris deſcēdit in hunc mundū/ ⁊ ex hoc mundo
regredietur ad patrē ſuper omnia deū: neq; eſt vllus qui excludatur a charitate eius. Lex domini 8
immaculata conuertens animas: teſtimoniū dn̄i fidele ſapientiā preſtans paruulis. nullus excludit
a caritate eiꝰ/ p̄cepta Chriſti dn̄i ad omnes tranſmiſſa/ pura/ ſancta et incōtaminata auerſas a ſe/ cō
uertentia mentes: approbatio eoꝝ fidelis et veritati nixa/ diuinoꝝ intelligentiam humilibus ſugge
rens ⁊ timoratis/ nō alte/ nō ſupbe de ſe ſapiētibus/ ſed ad mēſurā diuine ſubmiſſiōis et ſobrietatis.
Iuſticie dn̄i recte letificātes corda: preceptū dn̄i lucidū illuminās oculos. iuſtificationū ritus Chri 9
ſti dn̄i in equitate fūdati/ ſpirituali gaudio replētes animas: mandatū Chriſti diuina luce perfuſum
illuſtrās hominū mentes. Timor dn̄i ſanctus permanēs in ſeculū ſeculi: iudicia dn̄i vera iuſtificata 10
in ſemetipſa. reuerētia Chriſto dn̄o debita pura et incōtaminata/ perſeuerans in ꝑpetuū: eloquia a
ſacro eius ore prolata veritatē/ fidēq; et iuſticiā in ſeipſis nō ex alienis cōtinentia. Deſiderabilia ſu 11
per aurum et lapidē precioſum multū: ⁊ dulciora ſuper mel et fauum. eloquia dn̄i concupiſcibiliora
omni re que magni eſtimatur in mundo: et ſuauiora omni dulcedine que reperiatur ī ſeculo. Etenī 12
ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa. qua re o eterne deus quiſq; fidelis
tuus obſeruabit ea: in illis inuiolate illibateq; obſeruādis/ merces ⁊ cōpenſatio copioſa. Delicta q̄s 13
intelligit? ab occultis meis munda me dn̄e: et ab alienis parce ſeruo tuo. ſed q̄s errata et negligen-
tias circa eloquioꝝ tuoꝝ cuſtodiam capere mente ſufficit? tu dn̄e/ ab iis ergo que me fugiunt ⁊ te nō
latent expia me largitor venie: et a malignis ſpiritibus paruipenſionē mandatoꝝ tuoꝝ ſuggerenti-
bus/ libera me famulū tuū. Si mei nō fuerint dominati/ tunc immaculatꝰ ero: et emundabor a deli- 14
cto maximo. ſi apoſtate ſpiritus nō preualuerint michi/ ſed tu et angelus tuus bonus/ tunc mundus
apparebo: et a paruipenſione/ cōtēptu ⁊ tranſgreſſione legis tue purificabor. Et erunt vt compla- 15
ceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemꝑ. et me ab occultis emundato/
liberato ab apoſtatis/ alienis et refugis ſuperbie ſpiritibus/ et ab aperta tranſgreſſione expiato: pla-
cebunt orationes mee et contemplationes mentis mee iugiter ante te. Domine adiutor meus: et re- 16
demptor meus. placebunt ante te domine qui adiuuas me: qui redimis et liberas me.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | Luc | 2 |
| 1 | Eſaie | 60 |
| 1 | Mat. | 2 |
| 2 | Cor. | 2 |
| 3 | Da. | 7 |
| 4 | Rom. | 10 |
| 7 | Act. | 2 |
| 5 | Joan. | 1 |
| 5 | Math. | 4 |
| 6 | Eſaie. | 9 |
| 7 | Pſal. | 12 |
| 8 | Pſal. | 67 |
| 9 | Pſal. | 118 |
| 10 | Hie. | 118 |
| 11 | Pſal. | 32 |
| 12 | Pſal. | 113 |
| 13 | Rom. | 11 |
| 14 | Pſal. | 118 |
| 15 | Pſal. | 103 |
| 16 | Pſal. | 43 |

CONCORDIA. Lucas de paſtoribus. dixit illis angelus: nolite timere. ecce enī euāgelizo vo- 1
bis gaudiū magnū: qd erit omni populo. quia natus eſt vobis hodie ſaluator: qui eſt Chriſtꝰ domi
nus/ in ciuitate Dauid. Et ſubdit. ⁊ ſubito facta eſt cum angelo multitudo militie celeſtis laudantiū
deum et dicentium. gloria in altiſſimis deo: et in terra pax/ in hominibus bona voluntas. Eſaias.
Surge illuminare hieruſalē: quia venit lumē tuū ⁊ gloria dn̄i ſuper te orta eſt. Et Mattheus. ecce
magi ab oriente venerūt hieroſolymā dicentes: vbi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ? vidimus enī ſtellā
eius in oriēte: et venimus adorare eum. ¶ Paulus. Sapiētiā autem loquimur inter perfectos: ſa 2
pientiā vero non huius mūdi/ neq; principū huius ſeculi qui deſtruuntur: ſed loquimur dei ſapiētiā
in myſterio. ¶ Daniel. omnes populi/ tribus et lingue ſeruiēt ei. ¶ Paulus. Auditus autē ꝑ ver- 3 4
bū Chriſti. ſed dico: nunqd nō audierūt? Et quidē in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ/ ⁊ in fines orbis
terre verba eoꝝ. Et actuū ſecundo. Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguā noſtrā ī qua na
ti ſumus: Parthi ⁊ Medi ⁊ Elamite/ et qui habitāt Meſopotamiā/ Judeā ⁊ Capadociā/ Pontū ⁊
Aſiam/ Phrigiā et Pamphiliā/ Egyptū et partes Lybie que eſt circa Cyrenē/ et aduene romani/
Judei quoq; ⁊ Proſeliti/ Cretes ⁊ Arabes audiuimꝰ eos loquētes noſtris linguis magnalia dei.
¶ Joānes. Verbū caro factū eſt: et habitauit ī nobis. Et Malachias. Orietur vobis timētibꝰ nomē 5
meū ſol iuſticie. ¶ Eſaias. Paruulꝰ enī natus eſt nobis/ et filius datus eſt nobis: et pricipatꝰ ſup 6
humerū eius: et vocabitur nomē eius admirabilis/ cōſiliariꝰ/ deus fortis/ / pater futuri ſeculi/ princeps
pacis. ⁊ Paulꝰ. occurramꝰ ad ꝓpoſitū nobis certamē/ aſpiciētes ī authorē fidei nr̄e JHESVM
qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē. ¶ Pſallite deo qui aſcendit ſupra celum celi ad orientem. 7
¶ Pax multa diligētibus legē tuā: et nō eſt illis ſcandalū. ¶ Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat: 8 9
et itellectū dat paruulis. Et iterū. Juſtꝰ es dn̄e ⁊ rectū iudiciū tuū: ī iuſticia tua viuifica me. ¶ De 10
hoc timore per os Hieremie loqtur dn̄s dicēs. timorē meū dabo ī corde eorū: vt nō recedāt a me. ⁊
letabor ſuper eis: cum bene eis fecero. ¶ Dilexi mandata tua: ſuper aurum ⁊ topazion. Et iterum. 11
q̄ dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. ¶ Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtifi- 12
cationes tuas in eternū: propter retributionē. ¶ Paulus. Judicabit deꝰ occulta hominū. ¶ Greſ- 13 1
ſus meos dirige ſecundū eloquiū tuū: ⁊ non dominetur mei omnis iniuſticia. ¶ Jocūdū ſit ei elo- 15

Ayuntamiento de Madrid

quium meũ: ego vero delectaboꝛ in dño. ¶ Exurge dñe adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomẽ tuũ. 16
ADVERTE. ¶ Ultima tertij verſus particula, quoꝛũ nõ audiantur voces eoꝛũ: legẽdũ eſſe quibus vt Hieronymus habet ex hebꝛeo / aut a quibus / et melius. ~~[illegible]~~. ſed ⁊ grece vbi ſcribitur ωρ ουχι ακουορται αι φωραι αυτωρ illud ωρ intelligendum eſt αφωρ. atq; ita conuertendum. non ſunt loquele neq; ſermones: a quibus non audiuntur voces eoꝛum / ſequendaq; ſententia non verba fuere. neq; cunctandum aut timendũ id in noſtris codicibus ꝓtinus emendare: vt diuina pſalmodia recte ⁊ intelligibiliter / ad eius qui illã inſpirauit / a modo concinatur honoꝛẽ. ¶ Quinti verſus pꝛincipio. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ: ſacer Hieronymus ex hebꝛeo aliã tradit intelligentiã / ſoli poſuit tabernaculũ in eis. nã hic ſol Chꝛiſt⁹: illic eccleſia / hic poſuit / poti⁹ ad deũ patrẽ: illic ad Chꝛiſtũ refertur. ⁊ hic ſenſus: de⁹ pater poſuit ſoli Chꝛiſto q̃ eſt ſol iuſticie tabernaculũ / habitationẽ / mãſionẽ in eis / in vtriuſq; legis cognitoꝛib⁹ ꝑ q̃s annũciat⁹ eſt mũdo. vtraq; tñ ⁊ hec et illa digna eſt ĩtelligẽtia: ſed hec ⁊ venoꝛ ⁊ accõmodatioꝛ.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finẽ. ps. Dd. XIX. | ¶ In finẽ ps Dd. XIX. | ¶ Victoꝛi. ps. Dd. XX. |
| 1 | Exaudiat te dñs ĩ die tribulationis: ꝓtegat te nomen dei iacob. | Exaudiat te domin⁹ ĩ die tribulationis: ꝓtegat te nomen dei iacob. | Exaudiat te domin⁹ ĩ die tribulationis: ꝓtegat te nomẽ dei iacob. |
| 2 | Mittat tibi auxiliũ de ſancto: & de ſion tueatur te. | Mittat tibi auxiliũ de ſancto: et de ſion tueatur te. | Mittat tibi auxiliũ de ſancto: et de ſion roboꝛet te. |
| 3 | Memoꝛ ſit omnis ſacrificij tui: et holocauſtũ tuum pingue fiat. | Memoꝛ ſit dñs oĩs ſacrifici tui: et holocauſtum tuũ pingue fiat. Dp. | Memoꝛ ſit omnis ſacrificij tui: et holocauſtum tuũ pingue fiat. Sela. |
| 4 | Tribuat tibi ſecundũ coꝛ tuum: et omne conſiliũ tuum confirmet. | Tribuat tibi dñs ſecũdũ coꝛ tuũ: et omne conſilium tuum confirmet. | Det tibi ſecundum coꝛ tuum: & omnem voluntatem tuam impleat. |
| 5 | Letabimur in ſalutari tuo: et in nomine dei noſtri magnificabimur. | Letabimur in ſalutari tuo: in nomine dei noſtri magnificabimur. | Laudabimus in ſalutari tuo: et in nomine dei noſtri ducemus choꝛos. |
| 6 | Impleat dñs oẽs petitiones tuas: nũc cognoui qm̃ ſaluũ fecit dñs chꝛiſtũ ſuũ. | Impleat dñs oẽs petitiones tuas \ nũc cognoui qm̃ ſaluũ faciet dñs chꝛiſtũ ſuum \ | Impleat dñs oẽs petitiones tuas: nunc ſcio qm̃ ſaluabit dñs chꝛiſtum ſuum. |
| 7 | Exaudiet illũ de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius. | et exaudiet illum de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius. | Exaudiet eũ de celo ſancto ſuo: in foꝛtitudine ſal⁹ dextere ſue. |
| 8 | Hi in curribus & hi ĩ eq̃s: nos autem in nomine dei noſtri inuocabimus. | Hi in currib⁹ & hi in eq̃s: nos autẽ in nomine dei noſtri magnificabimur. | Hi in currib⁹ & hi in eq̃s: nos autem nominis domini dei noſtri recoꝛdabimur. |
| 9 | Ipſi obligati ſunt et ceciderunt: nos autem ſurreximus et erecti ſumus. | Ipſi obligati ſunt et ceciderunt: nos vero reſurreximus et erecti ſumus. | Ipſi incuruati ſunt & ceciderunt: nos autẽ ſurreximus et erecti ſumus. |
| 10 | Domine ſaluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. | Domĩe ſaluum fac regẽ: et exaudi nos in die ĩ qua ĩuocauerimus te. | Domine ſalua: rex exaudies nos in die qua inuocauerimus. |

TITULUS. Ad victoꝛiã. Pſalmus Dauid. Pſalm⁹ de Chꝛiſto dño. Pꝛopheta in ſpiritu loq̃t oĩa Chꝛiſto optãs ꝓſpera. Dñs: de⁹ pater. In die tribulatiõis: in die paſſionis. nomẽ dei iacob inuocatio dei iacob ſit in illa die ꝓtectio tua. de ſancto: deſup / de alto: de ſion: de ſpecula celeſti defendat te / ⁊ robur tibi mittat: oĩs ſacrificij tui: oblationis tue / et oĩm penarũ tuaꝝ. et olocauſtum tuũ: imolatio tua ex maxima charitate. pingue fiat: acceptabile ⁊ placens oculis maieſtatis diuine. det tibi deus: pater. ſecundũ coꝛ tuũ: ſecundũ coꝛdis tui deſyderiũ. et omne cõſiliũ tuũ confirmet: et omnẽ voluntatẽ tuã: impleat. ſuperioꝛis particule declaratio. letabimur in ſalutari tuo: in Chꝛiſto tuo qui eſt ſalutare. ⁊ in nomine dei noſtri magnificabimur: magni habebimur. ĩpleat dominus: pater celeſtis.



Ayuntamiento de Madrid

omnes petitiones tuas:quas in imolatione pro nobis facturus es.nunc ex preſenti ſpiritus ſācti af=
flatu/ex hac reuelatione cognoui.quoniā dominus:deus pater.ſaluū faciet Chriſtū ſuū:eum exau
diens et ex morte ad immortalitatē reuocans.exaudiet illū de celo ſancto ſuo : de excelſo ſolio glo=
rie ſue.in potentatibus:in fortitudinibus.ſalus dextere eiꝰ:dextere dei paatris.hi in curribꝰ et hi in
equis:quidā in curribus/et quidā in equis gloriātur.nos autē in nomine dei noſtri / inuocabimus:
ſupplicabimus.ipſi:terreni homines/currus/equos/⁊ potētias affectantes.obligati ſunt:vincti ſūt
compediti ſunt.⁊ ceciderunt:ruerunt precipites.nos aūt:qui in deo ſperātes ipſum inuocamꝰ/ecō
tra.ſurreximus a terrenorū precipitio.⁊ erecti ſumus:ad ſpiritualia ⁊ diuina.domine ſalua:deꝰ pa
ter ſalua nos.rex:Chriſte/rex a deo patre cōſtitutus.exaudies nos/in die qua inuocauerimus te:ī
die qua te confitebimur regem /⁊ Chriſtū deū eſſe.quod prophete in ſpiritu ante eius aduentum cō
feſſi ſunt/⁊ qui ei ex iudeis in aduētu adheſerūt:quod ⁊ alij ante conſummationē mūdi facturi ſunt.
EXPOSITIO CONTINUA. Exaudiat te dñs in die tribulationis:ꝓtegat te nomē dei ia 1
cob.O facture ſalutē hominū/pater eternus omnes petitiones tuas annuat in tēpore afflictiōis tue:
et cuſtodiat te inuocatio dei iacob.Mittat tibi auxiliū de ſancto:⁊ de ſion tueatur te. pater immenſꝰ 2
auxilietur tibi deſuper:et defendat de altiſſimo glorie ſue propugnaculo. Memor ſit omnis ſacrifi= 3
cij tui:et holocauſtū tuum pingue fiat.memoria oblationis tue iugis ſit in cōſpectu eius:⁊ charitate
incenſa/immolatio tua fiat accepta. Tribuat tibi ſecundum cor tuum:et omne conſilium tuum con= 4
firmet.miſericordiarū pater deſideriū tuum faciat:⁊ vniuerſum bone volūtatis tue placitū annuat/
et firmū/ſtabileqꝫ efficiat Letabimur in ſalutari tuo:et in noīe dei noſtri magnificabimur.O chriſte 5
rex eterne exultabimus in ſalute tua/in teipſo qui es ſalutaris noſter ⁊ noſtra ſalus:et in inuocatio=
ne nominis tui gloriabimur/atqꝫ triūphabimus.Impleat dominus omnes petitiones tuas:nūc co 6
gnoui quoniā ſaluū fecit dñs Chriſtū ſuū. donet miſericordiſſimus pater vniuerſas quas pro ſaluā
dis hominibus fundes/poſtulationes tuas:ex hoc ipſo diuino ſpiritus illapſu agnoui/quoniā ſum
mus pater ab omnibus malis eripiet meſſiam ſuū. Exaudiet illū de celo ſancto ſuo : in potētatibus 7
ſalus dextere eius.propiciabitur Chriſto ſuo/de ſublimi glorie ſue ſuggeſto:ſaluatio ſubuenti..nis
ſuperni patris in fortitudinibus eſt validiſſimis/⁊ inſuperabilibus potentijs.Hi in curribus/⁊ hi in 8
equis.nos autē in nomine dei noſtri inuocabimus.quidā in mundanis apparatibus/⁊ quidā ī belli
cis potentiis:nos autē in iuocatione nominis conditoris ⁊ factoris noſtri gloriabimur.Ipſi obliga 9
ti ſunt ⁊ ceciderunt:nos autē ſurreximus ⁊ erecti ſumus.qui in curribus ⁊ in equis gloriantur/con=
pediti et inflexi ſunt ⁊ ruerūt in ꝑcipitiū:at nos qui in inuocatione ⁊ iclinatione nominis dei gloria=
mur/manu diuina ſuſtentati/ab auerſione/incuruationeqꝫ et caſu defenſi ſumus/et ad diuina eleua
ti.Domine ſaluum fac regem:⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.pater eterne ſalua nos:tu 10
Chriſte rex ſuperbenedicte/admittes preces noſtras cum clamauerimus ad te.
1 Heb. 5 CONCORDIA.¶ Paulus.Qui in diebꝰ carnis ſue/preces ſupplicationeſqꝫ ad eū qui poſſit il 1
2 Luc. 22 lum ſaluum facere a morte cum clamore valido et lachrymis offerens:exauditus eſt pro ſua reuerē=
3 Hebr. 9 tia.¶ Lucas.Apparuit autem illi angelus de celo:confortans eum.¶ Paulus.Qui per ſpm̄ ſan= 2 3
4 Eſaie. 42 ctum ſemetipſum obtulit:immaculatū deo.¶ Eſaias.Ecce ſeruus meꝰ ſuſcipiam eum:electus me= 4
5 Eſaie. 41 us complacuit ſibi in illo anima mea.dedi ſpiritum meum ſuper eum:iudicium gentibus proferet.
6 Pſal 90 ¶ Idem.Tu exultabis in domino:in ſancto iſrael letaberis. ¶ Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā eū/ 5
7 Pſal. 90 cum ipſo ſum in tribulatione:eripiam eum et glorificabo eum . Longitudine dierum replebo eum: 6
8 Oſee. 4 et oſtendā illi ſalutare meū.¶ Oſee.Super equū non aſcendemus:nec dicemꝰ vltra dij noſtri ope= 7
9 Eſaie. 65 ra manuū noſtrarū.quia recte vie dñi:et iuſti ambulabunt in eis/preuaricatores vero corruent ī eis 8
10 Joan. 16 ¶ Eſaias.Ecce ſerui mei letabuntur:et vos confundemini.ecce ſerui mei laudabunt pre exultatio= 9
ne cordis:et vos clamabitis pre dolore cordis ⁊ cōtritione ſpiritus vlulabitis.¶ Joannes.Amen 10
amen dico vobis:ſi quid petieritis patrē in noīe meo dabit vobis.vſqꝫ modo non petiſtis quicqꝫ in
nomine meo:petite ⁊ accipietis/vt gaudium veſtrum ſit plenum.
ADVERTE.Quinto verſu.letabimur ī ſalutari tuo:⁊ in nomine dei noſtri magnificabimur.pau
lo aliter habetur ex hebreo . laudabimus in ſalutari tuo:et in nomine dei noſtri ducemus choros.
hoc eſt pſallemus laudes Chriſti tui:et in nomine dei noſtri pre leticia ſaltabimus/tripudiabimuſqꝫ
choreaſqꝫ ducemus.ſed vtraqꝫ intelligentia digna.¶ Septimi verſus ſecunda particula.in potēta=
tibus ſalus dextere eiꝰ:ex hebreo ſalutis magis fuiſſet dicēdū.¶ Octauo verſu.nos aūt in noīe dei
noſtri inuocabimus:ex tralatione hebraica/nos aūt noīs dñi dei noſtri recordabimur.et hanc intel=
ligentiā habere videtur.quoſdā recordationē ⁊ mentē ſuā ſolum figere in curribus/quoſdā ī equis/
hoc eſt in diuitijs/potētijs et honoribus terrenis.⁊ hi carnales homines ſūt:quos et filios hominū
pſalmo 4 et 13 nūcupauit.alij autē:ſolum cure eſſe nomē dñi dei ſui/⁊ iugis diuine legis meditatio.
et hi:ſpirituales homines ſunt.¶ In nono verſu.vbi dicimus obligati:id eſt ꝯpediti.Hieronymus

Ayuntamiento de Madrid

ex hebꝛeo poſuit incuruati. quod directius reſpicit ex oppoſito/ verſiculi ſequelā. nā ſurreximꝰ reſpi
cit ceciderunt/ et erecti ſumus incuruati ſunt. tametſi enī terrena bona cōpedes ſint / quominus illis
impliciti ad celeſtia et ſpiritualia bona conuolent: lege tamen analogie ſequela requirebat/ ſi fuiſſet
obligati ſunt et ceciderunt/ dicendū fuiſſe/ nos autē ſurreximus et ſoluti ſumꝰ. ¶ Ultimo verſu: do=
mine ſaluū fac regē: Hieronymus ex hebꝛeo diſtinctionē facit poſt ſaluū fac. et pꝛo ſe et iudeis oꝛat
pꝛopheta: non pꝛo rege qui Chꝛiſtus dominus eſt. quomodo enī pꝛo eo oꝛaret: qui eſt ſemper patri
chariſſimus/ quem adoꝛāt oēs angeli eius? ſed ad eū dicit: tu rex exaudies nos cum inuocauerimus
te. et hic ſenſus circa litterā explicatus eſt. et eſt diuinioꝛ eo: quem ſeptuaginta tradidere. Totus ſi=
quidem pſalmus ad filiū directus videtur. et de patre vbiqꝫ alias in tertia perſona ſemper locutus:
de filio autem vt plurimum in ſecunda.

In finē. pſ. Dauid. XX.

1 Domie ī virtute tua
letabitur rex: et ſu=
per ſalutari tuo exultabit
vehementer.
2 Deſyderiū coꝛdis eiꝰ tri=
buiſti ei: et volūtate labioꝝ
eius non fraudaſti eum.
3 Quoniā pueniſti eū in be
nedictionibꝰ dulcedīs: po=
ſuiſti in capite eius coꝛonā
de lapide pꝛecioſo.
4 Uitam petijt a te: ⁊ tribui
ſti ei longitudinem dieꝝ in
5 ſeculū et in ſeculum ſeculi.
Magna gloꝛia eius in ſa=
lutari tuo: gloꝛiam et ma=
6 gnū decoꝛē impones ſup eū
Quoniā dabis eū in bene=
dictionem in ſeculū ſeculi:
letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo.
7 Quoniā rex ſperat ī dño:
⁊ in miſericoꝛdia altiſſimi
non commouebitur.
8 Inueniatur manus tua
omnibus īimicis tuis: dex
tera tua inueniat omnes
qui te oderunt.
9 Pones eos vt clybanum
ignis in tempoꝛe vultꝰ tui\
dominus in ira ſua contur
babit eos: et deuoꝛabit eos
ignis.
10 Fructum eoꝛum de terra
perdes: et ſemen eoꝛum a fi
lijs hominum.
11 Quoniam declinauerunt

¶ In finem. pſ. Dd. XX

Domie ī virtute tua
letabitur rex: et ſu=
per ſalutare tuum exulta=
bit vehementer.
Deſiderium anime eiꝰ tri
buiſti ei: et voluntate labio
rum eius non fraudaſti eū.
Quoniam pueniſti euꝫ in
benedictione dulcedīs: po=
ſuiſti in capite eius coꝛonā
de lapide pꝛecioſo.
Uitam petijt a te: ⁊ tribui
ſti ei longitudinem dieruꝫ
in ſeculum ſeculi.
Magna eſt gloꝛia eiꝰ in ſa
lutari tuo: gloꝛiam et ma=
gnū decoꝛē impones ſup eū
Quoniam dabis eū in be=
nedictione in ſeculū ſeculi:
letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo.
Quoniam rex ſperauit in
dño: ⁊ in miſericoꝛdia altiſ
ſimi non commouebitur.
Inueniatur manus tua
omnibus inimicis tuis: de
xtera tua inueniat omnes
qui te oderunt.
Pones eos vt clybanum
ignis in tempoꝛe vultꝰ tui:
dominus in ira ſua contur
babit eos: et deuoꝛabit eos
ignis.
Fructum eoꝛum de terra
perdes: et ſemen eoꝛum a fi
lijs hominum.
Quoniam declinauerunt

¶ Uictoꝛi. pſ. Dd. XXI.

Domie in foꝛtitudi=
ne tua letabitur rex
et in ſalutari tuo exultabit
vehementer.
Deſyderiū coꝛdis eiꝰ dedi
ſti ei: et volūtate labioꝝ eiꝰ
non fraudaſti eum.
Quoniam pꝛeueniſti eū ī
benedictionibus bonitatis
pones in capite eius coꝛonā
de obꝛizo.
Uitam petijt a te: et dedi=
ſti ei longitudinem dierū ī
ſeculum et in eternum.
Magna gloꝛia eiꝰ in ſalu=
tari tuo: gloꝛiam et decoꝛeꝫ
pones ſuper eum.
Pones enim eū in bene=
dictionem ſempiternam: ⁊
hylarabis eum letitia apud
vultum tuum.
Quia rex confidet in do=
mino: ⁊ in miſericoꝛdia ex=
celſi non decipietur.
Inueniet manus tua om
nes inimicos meos: dexte=
ra tua inueniet odientes
te.
Pones eos vt clybanum
ignis in tempoꝛe vultꝰ tui\
dominus in furoꝛe ſuo pꝛe
cipitabit eos et deuoꝛabit
eos ignis.
Fructum eoꝛum de terra
perdes: et ſemen eoꝛum de
filijs hominum.
Quoniam inclinauerunt



Ayuntamiento de Madrid

| GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|
| in te mala: cogitauerūt cōſilia que non potuerunt ſtabilire. | in te mala: cogitauerūt cōſilium quod non potuerūt ſtabilire. | ſuper te malum: cogitauerunt ſcelus quod non potuerunt. |
| 12 Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis preparabis vultum eorum. | Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis ꝑparabis vultum illorum. | Quoniam pones eos humerum: funes tuos firmabis contra faciem eorum. |
| 13 Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus et pſallemus virtutes tuas. | Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus et pſallimus virtutes tuas. | Exaltare dñe in fortitudine tua: cantabimus et pſallemus fortitudines tuas. |

TITULUS. Ad victoriā pſalmꝰ Dauid. Pſalmꝰ de Chriſto dño. Propheta ī ſpū loqtur. Dominus deus pater. et ſup ſalutari tuo: ī ſalutari tuo/ in eo ipſo quod eſt ſalutare tuū. labioꝝ eius non fraudaſti: quia ſolo verbo curabat languores/ corpora/ animaſq; ſanabat/ effugabat demones/ quatiebat elementa/ mare trāquillabat/ ⁊ id genus admiranda ⁊ ſtupenda patrabat. in benedictionibus dulcedinis: in chariſmatibus ſpiritus ſācti. coronā de lapide precioſo: gloria/ honore/ ⁊ decore. vitā excitationē a mortuis. tribuiſti ei longitudinē dierū in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi: ſuſcitando eum in vite immortalitatem. in ſalutari tuo: in eo ipſo quod eſt ſalutare tuū. gloriā et magnū decorē impones ſuper eū: hoc eſt fere quod tercio verſu dictū eſt poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo/ cōſtituendo eū regē regū/ et dñm dominantiū/ ſubijciendoq; omnia ſub pedibus eius. letificabis eum cum ſederit in dextera tua. ⁊ hoc vltime particule 11 verſus/ pſalmi 15 reſpondet. rex: Chriſtus dñs non cōmouebitur. nō fruſtrabitur/ nō decipietur. Inueniatur manus tua: vltrix potentia tua. hic ꝓpheta Chriſtum regē alloquitur. omnibus inimicis tuis; ab omnibus perſecutoribus tuis. dextera tua vltrix potētia/ ⁊ valētior quidē/ illiſq; potētior/ eadē ſuperiori particule ſentētia/ ſed cū augmēto. pones eos: inimicos tuos. vt clibanū ignis: vt fornacē ſuccēſā. ī tēpore vultus tui: vindicte tue. dñs: rex Chriſtus. in ira ſua: ſuperioris particule declaratio. in ira ſua cōturbabit eos: in vīdicta ſua cruciatibus afficiet eos. ⁊ deuorabit: exedet eos ignis gehennalis. fructum eoꝝ: omnem ſubſtantiā eorum. de terra perdes: euelles a terra. ⁊ ſemē eorum: poſteritatē eorū perdes/ euelles/ eradicabis/ a filijs hominū. quoniā declinauerūt in te mala: cauſā tam acerbe vindicte ſubiūgit. quia declinauerunt: deriuauerunt/ inflixerunt in te: Chriſtū regem. mala: opprobria/ penas/ ꝯtumelias ⁊ flagella cogitauerunt cōſilia: Chriſtū omnino perdere/ et delere/ ⁊ terrā ſuam a romanis vendicare. non potuerunt ſtabilire: quia oppoſita eis contigerūt. ſiquidē Chriſtus dñs a mortuis reſurgens vltꝰ eſt in eos: et romani locū ⁊ gentē ſuam tulerunt. quoniā pones eos dorſum: ad onera ferenda. in reliquijs tuis preparabis vultū eorū: in vinculis/ in ſupplicijs detinebis ſenſꝰ eorū. exaltare dñe: rex Chriſte in virtute: in fortitudine/ in victrice potētia tua. pſallemus virtutes tuas: nos qui te Chriſtū regē cōfitemur/ pſalmo et laude perenni decantabimus fortitudines/ potentias/ et victorias tuas.

EXPOSITIO CONTINUA. Dñe ī virtute tua letabitur rex: et ſup ſalutari tuo exultabit 1
vehemēter: ineffabilis pater dñator vniuerſorū/ in forti auxilio tuo leticia meſſie tui: et ꝙ eū conſti-
tueris ſalutare tuū/ ſaluatorē hominū ⁊ redēptorē/ exultatio eiꝰ valida. Deſideriū cordis eiꝰ tribui 2
ſti ei: ⁊ volūtate labioꝝ eius nō fraudaſti eū. affectū aīe et precordioꝝ eius pro ſalute hominum lar-
gitus es ei: ⁊ quidquid voluit/ verbo potuit ⁊ effecit. Qm̄ preueniſti eum in benedictionibus dulce 3
dinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. impleſti deſideriū eius/ non eſt fraudatꝰ de-
ſiderio cordis ſui/ quia plenitudine gratie tue repleſti eum: regem ſuper omnia conſtituiſti eum.
Vitā petijt a te: ⁊ tribuiſti ei longitudinē dieꝝ in ſeculū/ ⁊ ī ſeculū ſeculi. a te o fons ingenite deitatis 4
poſtulauit a morte excitari: tu immortalitate eum donaſti in ſempiternū et in durationem interminī
cui. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnū decorē impones ſuper eū. Ingens eiꝰ 5
dignitas/ claritas/ ⁊ glorificatio in verbo tuo/ in eo ipſo quod eſt ſalutare tuū: magna glorificationis
eminentia/ ⁊ cumulata pulchritudine adornabis eum. Quoniā dabis eū in benedictionē ī ſeculum 6
ſeculi: letificabis eū cum vultu tuo. gloria ⁊ ſūmus decor eius/ quia benedictus/ benedictioniſq; mu
nera largiens in immortalitatis euo: et tu fons diuitatis preſentia tua/ aperta tui cognitione exhila-
rabis eum ineffabili gaudio. Quoniā rex ſperat in domino: ⁊ in miſericordia altiſſimi non commo- 7
uebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderūt. 8
quoniam meſſias ⁊ Chriſtus dominus fidit in patre eterno: ⁊ miſeratio eius qui ſuper omnia eſt non
deſeret eum. fiat ergo O meſſia rex benedicte vindicta tua ſuper vniuerſos hoſtes tuos: fortis vltio
tua apprehendat vniuerſos qui te odio perſecuti ſunt. Pones eos vt clibanū ignis in tempore vultꝰ 9
tui: dominus in ira ſua conturbabit eos/ et deuorabit eos ignis. tu meſſia rex benedicte cum ad iudi

Ayuntamiento de Madrid

candum veneris/cū dies aduenerit vltionis/concremabis vniuerſos hoſtes tuos/tanq̄ fornacē igni
tam pones eos: ⁊ pater in vindictā ſua mulctabit eos/ et ſpiritus tuus/ nō charitatis ſed eterne mor=
10 tis igne cōcremabit eos. Fructū eor de terra perdes: et ſemē eor a filijs hominum. O meſſia ſūmi
patris progenies omnē laborē eorum i terris: irritū facies: ⁊ progeniē eorū a generatione hominum
11 euelles/ atq̄ exterminabis. Quoniā declinauerūt in te mala: cogitauerunt conſilia que nō potuerūt
ſtabilire. neq̄ ab re id facies. O Chriſte rex eterne/ quia hoſtes tui/ iudei/ pōtifices/ ſcribe/ ⁊ phariſei
coniecerunt in te quaſcunq̄ potuerunt afflictiones/ penas/ ⁊ tribulationes: inierunt pacta vt te per=
12 petuo perderent/ que minime firmare valuerunt/ ſtabiliaq̄ efficere. Quoniā pones eos dorſum; i re
liquijs tuis preparabis vultum eor. nequaq̄ conſilia ſtabilire valuerunt/ quoniā ex oppoſito more
iumentorum impoſitis tergo eorum ſarcinis deprimes eos: aptabis ad tormenta/ et ad eternā mor=
13 tem ſenſus eorum. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et pſallemus virtutes tuas. tibi ſit
gloria et exaltatio rex chriſte in fortitudine victorie tue: nos fideles tui concinemus et laudabimus
fortitudines et potentias tuas.
1 CONCORDIA. ¶ Lucas. In ipſa hora exultauit in ſpū ſancto et dixit. confitebor tibi pater ce 1 Luc. 10
li et terre: qr abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus/ ⁊ reuelaſti ea paruulis. etiam pater: qm̄ 2 Luc. 10
2 ſic placuit ante te. ¶ Idem. Oīa tradita ſunt michi a patre meo: et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater 3 Eſaie. 11
3 et quis ſit pater niſi filius/ ⁊ cui voluerit filius reuelare. ¶ Eſaias. Et requieſcet ſuper eum: ſpiri= 4 Pſal 71
tus domini/ ſpiritus ſapientie et intellect⁹/ ſpiritus conſilij et fortitudinis/ ſpiritus ſcientie et pieta= 5 Pſal. 71
4 tis/ et replebit eū ſpiritus timoris dn̄i. ¶ Et viuet et dabit ei de auro arabie / et adorabunt de ipſo 6 Pſal 71
5 ſemper: tota die benedicent ei. ¶ Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes ſeruient ei. 7 Pſal. 70
6 7 ¶ Et benedicentur in ipſo omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eū. ¶ Ego autē ſem= 8 Pſal. 70
8 per ſperabo: et adijciā ſuper omnē laudē tuā. ¶ Confundantur et deficiant detrahentes aīe mee: 9 Pſal 139
9 operiantur confuſione ⁊ pudore qui querunt mala michi. ¶ Cadent ſup eos carbones/ in ignē deij 10 Hier. 18
10 cies eos: in miſerijs non ſubſiſtent. ¶ Hieremias. Sicut ventus vrens diſperdā eos coram inimico 11 Hiere. 18
dorſum ⁊ nō faciē oſtendā eis in die perditionis eorū. da filios eorū in famē et deduc eos in manus 11 Matth. 27
gladij: vxores eorum abſq̄ liberis ⁊ vidue/ ⁊ viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum con= 12 Pſal. 17
11 fodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorū. ¶ Idē. Tu autē dn̄e ſcis omne con= 13 Pſal. 17
ſilium eorum aduerſum me in mortē: ne propicieris iniquitati eorū. Et Mathe⁹. Altera aūt die que
eſt poſt paraſceuen cōuenerunt principes ſacerdotū ⁊ phariſei ad Pilatū dicentes. Dn̄e recordati
ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs: poſt tres dies reſurgā: iube ergo cuſtodiri ſepulcrū vſq̄
Uias tuas dñe oſtende michi: et ſemitas tuas edoce me. Daleth.
Deduc me ī veritate tua ⁊ doce me: quia tu es de⁹ ſaluator meus \ te expectaui tota die. He.



Ayuntamiento de Madrid

6 Reminiſcere miſerationũ
tuaꝝ domĩe: ⁊ miſericordia
rũ tuaꝝ que a ſeculo ſunt.
7 Delicta iuuẽtutis mee: et
ignorantias meas: ne me-
mineris.
8 Secundũ miſericordiam
tuam: memento mei tu: pro
pter bonitatẽ tuam domĩe.
9 Dulcis ⁊ rectus domin⁹:
propter hoc legẽ dabit delin
quentibus in via.
10 Diriget mãſuetos ĩ iudi-
cio: docebit mites vias ſuas
Uniuerſe vie domini mi-
11 ſericordia ⁊ veritas: requi-
rentibus teſtamentũ eius ⁊
teſtimonia eius.
12 Propter nomen tuum do-
mine propiciaberis peccato
meo: multum eſt enim.
13 Quis eſt homo qui timet
dominum: legem ſtatuit ei
in via quam elegit.
14 Anima eius in bonis de-
morabitur: ⁊ ſemen eius he
reditabit terram.
15 Firmamẽtũ eſt dominus
timẽtibus eũ: ⁊ teſtamẽtuꝫ
ipſius vt manifeſtetur illis
16 Oculi mei ſemꝑ ad domi-
nũ: quoniam ipſe euellet de
laqueo pedes meos.
17 Reſpice in me et miſerere
mei: quia vnicus et pauper
ſum ego.
18 Tribulationes cordis mei
multiplicate ſũt: de neceſſi-
tatibus meis erue me.
19 Vide humilitatẽ meam ⁊
laborẽ meũ: et dimitte vni-
uerſa delicta mea.
20 Reſpice ĩimicos meos\ qm̃
multiplicati ſunt: ⁊ odio ĩi
quo oderunt me.
21 Cuſtodi animam meam

Reminiſcere miſerationũ
tuarũ domĩe: et miſericor-
die tue que a ſeculo ſunt.
Delicta iuuẽtutis ⁊ igno
rantie mee ne memineris:
ſecundum magnam miſeri
cordiam tuam memor eſto
mei deus.
Propter bonitatẽ tuã dñe
dulcis et rectus dominus.
Propter hoc legem ſtatuit
delinquentibus in via: diri
get mites in iudicio\ doce-
bit manſuetos vias ſuas.
Uniuerſe vie domini mi-
ſericordia ⁊ veritas: requi-
rentibus teſtamentũ eius\
et teſtimonia eius.
Propter nomen tuũ domi
ne ꝓpiciaberis peccato meo:
copioſum eſt enim.
Quis eſt homo qui time-
at dominũ: legem ſtatuit ei
in via quam elegit.
Anima eius in bonis de-
morabitur: ⁊ ſemen eius he
reditate poſſidebit terram.
Firmamẽtũ eſt dominus
timẽtibus eũ: ⁊ teſtamentũ
ipſius vt manifeſtetur illis
Oculi mei ſemper ad do-
minum: quoniam ipſe euel
let de laqueo pedes meos.
Reſpice in me et miſerere
mei: quoniam vnic⁹ et pau
per ſum ego.
Tribulatiões cordis mei
dilatate ſunt: de neceſſitati
bus meis eripe me.
Vide humilitatem meã ⁊
laborem meum: et dimitte
omnia peccata mea.
Reſpice inimicos meos\
quoniã multiplicati ſunt:
⁊ odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animã meam\ et

Recordare miſerationum
tuarũ dñe: ⁊ miſericordiaꝝ
tuaꝝ q: ex ſẽpiterno ſũt. Uau
Peccatorum adoleſcentie
mee ⁊ ſcelerum meorum: ne
memineris. Zai.
Secũdũ miſericordiã tuã
recordare mei tu: ꝓpter bo-
nitatem tuam dñe. Heth.
Bonus ⁊ rectus domin⁹:
propterea docebit peccato-
res in via. Teth.
Deducet manſuetos in iu
dicio: ⁊ docebit modeſtos vi
am ſuam. Joth.
Oẽs ſemite dñi mĩa ⁊ ve-
ritas: ijs q̃ cuſtodiũt pactũ
ei⁹ ⁊ teſtificatiões ei⁹. Caph.
Propter nomen tuũ dñe ꝓ
piciare iniquitati mee: qm̃
grandis eſt. Lamech.
Quis eſt iſte vir timẽs do
minum: quem docebit ĩ via
quem elegit: Mem.
Anima eius in bono com
morabitur: ⁊ ſemẽ eius he-
reditabit terram. Nun.
Secretum domini timen-
tibus eum: ⁊ pactum ſuum
oſtendet eis. Samech.
Oculi mei ſemper ad do-
minum: quia ipſe educet de
reti pedes meos. Ain.
Reſpice in me et miſerere
mei: quoniam ſolus et pau
per ſum ego. Fe.
Tribulatiões cordis mei
multiplicate ſunt: de angu
ſtijs meis educ me. Sade.
Vide humilitatẽ meam ⁊
laborẽ meum: et porta om-
nia peccata mea. Cof.
Vide inimicos meos quia
multiplicati ſunt: et odio
iniquo oderunt me. Res.
Cuſtodi animã meam et

Ayuntamiento de Madrid

et erue me: nō erubeſcā quo
niam ſperaui in te.
22 Innocentes et recti adhe-
ſerunt michi: quia ſuſtinui
te.
23 Libera deus iſrael: ex om-
nibus tribulationibus ſuis



eripe me domine: non confū
dar quoniam inuocaui te.
Innocentes et recti adhe-
ſerunt michi: quoniam ſu-
ſtinui te.
Redime me deus iſrael: ex
omnibus anguſtijs meis.



libera me: non confundar
quia ſperaui in te. Sin.
Simplicitas ⁊ equitas ſer
uabunt me: quia expectaui
te. Tau.
Redime deus iſraelem ex
omnibus anguſtijs ſuis.

TITULUS Ipſi Dauid. Oꝛatio ad Chꝛiſtū dominū. Pꝛopheta in ſpiritu loquitur pſonā gerēs populi fidelis. dn̄s / deus meus: Chꝛiſtus. ad te leuaui animā meā: per oꝛationem. in te cōfido: in te Chꝛiſto deo meo ſpē meā colloco. nō erubeſcā: nō confundar ab inimicis meis. neqꝫ irrideant me inimici mei: neqꝫ illudant michi / cogātue quicꝗ facere vnde gaudeāt / vnde merito ab hoſtibꝰ meis tam terrenis ꝙ ſpiritualibus nequitijs irrideri queam. etenim vniuerſi qui ſuſtinēt te: qui expectāt auxilium tuum / qui confidunt in te / non de ſuis viribus pꝛeſumentes. nō cōfundētur: nō vincētur a neqtijs aduerſantibus. confundātur omnes iniqua agentes ſuperuacue: confundātur / potius vincātur ⁊ ſuperentur omnes aduerſarij mei / fruſtra molientes me ſeducere / et contra leges tuas operantes. vias tuas dn̄e demonſtra michi: intelligentiā mādatoꝝ tuoꝝ michi aperi. ⁊ ſemitas tuas edoce me: inſtrue me ſequi arctioꝛem viam / ⁊ conſūmatioꝛē iuſticiā. dirige me in veritate tua: fac me ſemper recte incedere ſecundū euangelicā veritatē tuā. ⁊ doce me: fac me plene intelligere ⁊ guſtare illam tuam veritatem. quia tu es deus ſaluatoꝛ meus: per tuā moꝛtē. et te ſuſtinui: te expectaui / tuū pꝛeſtolatus ſū auxiliū. tota die: ab ea hoꝛa qua tua gratia in me effulſit / ⁊ te in me oꝛiri fecit ſolē iuſticie. reminiſcere miſerationum tuaꝝ dn̄e ⁊ miſericoꝛdiarū tuarū: volūtatū miſerēdi / ⁊ operū que in miſericoꝛdia feciſti. que a ſeculo ſunt: que ſunt a mundi exoꝛdio. delicta iuuētutis mee: peccata que admiſi in iuuenta / vbi nō ratio ſed affectus / ſed ſenſualis / carnaliſꝗ appetitus dominatus eſt. ⁊ ignoꝛātias meas: q̃ ex ignoꝛantia ⁊ inaduertētia legis tue admiſi. ſecundū miſericoꝛdiā tuā memento mei tu: recoꝛdare mei in miſericoꝛdia tua ad parcendū / ad ignoſcendū / non in iuſticia tua ad ſeuere (vt meritus ſum) puniendū. pꝛopter bonitatē tuā domine: memento non pꝛopter vllum meritum meū / ſed pꝛopter bonitatē tuam / quia tu per te ⁊ abſolute bonus es / ideo bene facis illis qui nichil meriti ſunt / illis qui non bonū / ſed etiā malum meruerūt. dulcis et rectus dominus. hic in ſpiritu conſolatur ſe / et poſteros / quia dulcis eſt dominus ad benigne et miſericoꝛditer ignoſcendum / et rectus ad dirigendū: pꝛopter hoc: hac de cauſa dulcis et rectus. legē dabit delinquentibus in via: regulam vite dabit in dulcedine et rectitudine / docebit in miſericoꝛdia ⁊ equitate peccantes in hoc mundo. diriget: quia rectꝰ manſuetos in iudicio: mites ad recte iudicandū / ſentiendū et intelligendū / quia dulcis / mitis et benignus. docebit mites vias ſuas: hoc ſuperioꝛē explicat particulā. vniuerſe vie dn̄i: vniuerſa mādata dn̄i. miſericoꝛdia: quia mitis eſt. et veritas: quia rectus eſt. requirētibus teſtamentū eius: oꝛganum euāgelicū. et teſtimonia eius: pꝛophetas ⁊ apoſtolos / qui de ipſo teſtificati ſunt. pꝛopter nomen tuū domine: quod eſt ſaluatoꝛ / bonus / dulcis / miſericoꝛs / rectus. pꝛopiciaberis peccato meo: hic ſe accuſat ⁊ humiliat / vt exaltetur et amplius iuſtificetur. multū eſt enī: multū in te peccaui / carne et ſenſuali affectu rationi dominante / et ex ignoꝛantia legis tue. quis eſt homo qui timet dn̄m: interrogat pꝛopheta in ſpiritu / quē poſſimus appellare hominē timentē dn̄m? legē ſtatuit ei. reſpondet ſpiritꝰ eum eſſe cui deus legem dedit / quē deus docuit. in via quā elegit: in ea fide que ſibi placuit / illa aūt fides eſt Chꝛiſti ſui. anima eius in bonis demoꝛabitur: anima timētis deū / quē deus docuerit / ī delicijs manebit ſempiternis. et ſemen eius: et poſteri ex eo timētes deū. hereditabit terrā: poſſidebunt terrā viuentiū. firmamentū eſt dn̄s timētibus eū: ne dimoueantur a ſtatu bonoꝝ. id reſpicit pꝛincipium pꝛecedentis verſus: et teſtamentum ipſius: pactū ipſius / diſciplina qua hereditatur terra viuētiū / doctrina euangelica. id reſpicit ſecundā particulam verſus. 15. oculi mei ſemper ad dn̄m: mens mea ſemper eſt ad deū meum leuata. euellet de laqueo pedes meos: liberabit me ab omnibꝰ īſidiis hoſtiū meoꝝ. reſpice in me et miſerere mei: Chꝛiſtus quandoqꝫ a pio populo ſe ſubſtrahit / vt populus ſe magis humiliet / ſuā cognoſcens infirmitatē / et tunc ex ſe ſubſiſtere non valet contra laqueos mundi / carnis / et ſpiritualiū nequitiarū / et pꝛopheta in ſpiritu eum inſtruit clamare ad eum qui foꝛtitudo ſua eſt. reſpice in me et miſerere mei: noli abſentare te / libera me. quia vnicus et pauper ſum: quia te abſente ſolus ſum / et inops / impotenſqꝫ reſiſtere / liberari et ſaluari. tribulatiōes coꝛdis mei: cure / anxietates / perturbationes anime mee. de neceſſitatibus meis: de anguſtijs meis / que michi vim afferūt. vide humilitatē meā: ꝙ nichil ſum te abſēte. ⁊ laboꝛē meū: ꝙ crucioꝛ / ꝙ laboꝛo: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea: remitte / condona omnes offenſas meas / pꝛo quibus merito a te deſeroꝛ / p



Ayuntamiento de Madrid

quibus merito ſic angoꝛ/ ſic crucioꝛ. reſpice inimicos meos: vt eos effuges/ vt ꝓcul a me arceas. qm̄
multiplicati ſunt: te abſente cateruatim in me ruunt/ vt abſente paſtoꝛe lupi in gregem relictū. et odio
iniquo oderunt me: odio quo funditus perdere volunt/ perſequuntur me. cuſtodi animā meā: a fau-
cibus hoſtiū diripere volentiū. ⁊ erue me: ab hoſtibus meis. nō erubeſcā: non confundar ab eis. quo
niam ſperaui in te: quoniā in tuo auxilio ⁊ tuā defenſione ſpem meam collocaui/ vt qui ſine te libera-
ri non valeam/ vt neqꝫ ouis ſine paſtoꝛe. innocentes et recti adheſerunt michi/ ſimplices et iuſti me-
cum conſenſerunt/ me appꝛobauerunt. quia ſuſtinui te: quia auxiliū nō a meipſo/ ſed a te expectaui.
libera deus iſrael: non carne ſed ſpiritu/ populum tuū fidelē/ populum te videre anhelantē. ex omni-
bus tribulationibus ſuis: ex omnibus pꝛeſſuris/ anguſtijs ⁊ infeſtationibus quoꝛūcunqꝫ hoſtiū ſuoꝝ.
ex hoc vltimo verſu/ intelligitur pꝛopheta ſub perſona populi fidelis qui interdū nomine ſion/ inter
dum nomine hieruſalem/ interdum nomine iſrael deſignatur: hanc oꝛationem effudiſſe.
EXPOSITIO CONTINUA. Populus fidelis. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus meꝰ 1
in te ꝯfido nō erubeſcā. ad te dn̄atoꝛ ⁊ redēptoꝛ dimiſſis rebꝰ infimis/ ſpm̄ meū in altū erexi: i te crea
toꝛ meus ⁊ innouatoꝛ ſpem meā cōieci/ ne me ſinas ab inimicis meis cōfundi. Neqꝫ irrideāt me ini- 2
mici mei: etenim qui ſuſtinēt te nō confundētur. neqꝫ O redemptoꝛ meus me cōfuſo/ ludibꝛio me ha-
beant hoſtes mei: ⁊ certe omnes qui confidunt in te/ nō ſines confundi. Cōfundātur omnes: iniqua 3
agentes ſuperuacue. ſi qui ſunt ab hoſtibus cōfundendi/ in confuſionē cadāt vniuerſi: vane legē tuā
trāſgrediētes. Uias tuas dn̄e demōſtra michi: ⁊ ſemitas tuas edoce me. ſed O dominatoꝛ meus/ ne 4
vane iniqua agens confundar/ fac me tua mandata quibus ad te eundū eſt/ ſane intelligere: et angu-
ſtioꝛē viā qua deuenitur ad vitā/ inſtrue me. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me/ quia tu es deꝰ ſal- 5
uatoꝛ meus: ⁊ te ſuſtinui tota die. ne me ſinas oblique ſentire in vera lege tua/ ſed cōtine me in recto
veritatis calle/ et ſanū intellectū tribue/ quia tu es factoꝛ et redēptoꝛ meus: ⁊ in te confidi toto tem-
poꝛe agnitionis tue. Reminiſcere miſerationū tuaꝝ dn̄e: et miſericoꝛdiaꝝ tuarū que a ſeculo ſūt. po 6
ne miſerationes tuas ante te dominatoꝛ eterne: et miſericoꝛdias tuas que ſunt a mundi exoꝛdio.
Delicta iuuētutis me: et ignoꝛātias meas ne memineris. intuere in miſericoꝛdias ⁊ pꝛopiciationes 7
tuas eternas: et offenſas quas in iuuenta contra te ex affectibus cōmiſi/ et que ex ignoꝛantia et inat-
tentione ad te/ contraxi/ ne in memoꝛiā reuocaueris. Secūdū miſericoꝛdiā tuā memento mei tu: pꝛo 8
pter bonitatem tuā dn̄e. O dominatoꝛ immenſe reſpice te/ nō me/ recoꝛdare miſericoꝛdie tue/ nō of-
fenſionis mee/ et in illa miſericoꝛdie tue recoꝛdatione/ reminiſcere mei non ꝓpter me/ non quia in me
quippiam ſit dignū / quoppiā meritū : ſed pꝛopter naturā tuā per ſe bonā/ et (ob idipſū ſolū ꝙ bona
eſt) boni elargitricē. Dulcis et rectus dn̄s: pꝛopter hoc legē dabit delinquentibus in via . O homi- 9
nes creatoꝛ et redemptoꝛ noſter benignus et iuſtus eſt: et ob benignitatē et iuſticiā ſuā ſolum/ non qꝛ
quiſqꝫ meritus ſit/ inſtruet peccatoꝛes ⁊ ad rectā vite noꝛmā reuocabit in hac moꝛtali vita/ que pere-
grinatio quedā eſt/ ⁊ tranſitus ad alterā. Diriget manſuetos in iudicio: et docebit mites vias ſuas. 10
dulcis ⁊ rectus dominus benignis ⁊ humilibus/ non pꝛoteruis/ nō diſcholis/ non pꝛeſumētibus pꝛe
ſtabit legis ſue rectū iudiciū/ ſanūqꝫ intellectū: ⁊ modeſtis ac pacificis manifeſtabit iuſticias ſuas/ ſā-
ctaqꝫ vite inſtituta/ per que ad vitam eternā eſt accedendū. Uniuerſe vie dn̄i miſericoꝛdia ⁊ veritas: 11
requirētibus teſtamentū eius ⁊ teſtimonia eius. ſi qui requirent/ contēplabūtur ac examinabūt legē
domini et mandata eius/ que ſunt vie quibus itur ad ipſum/ plane intelligent vias illas nichil aliud
eſſe ꝙ̄ miſericoꝛdiam ⁊ veritatē: vt nobis p̄cepta ſeruantibꝰ illa donet/ illaqꝫ ſeruātes ipſū imitemur.
Pꝛopter nomen tuum domine pꝛopiciaberis peccato meo: multum eſt enim . O dulciſſime domina 12
toꝛ et rectiſſime/ pꝛopicius eſto ſceleri meo/ quia tu dulcis tu bonus tu rectus ⁊ miſericoꝛs: nam cum
tu ſis immēſus/ peccatū meū maximū eſt quo peccaui in te. Quis eſt homo qui timet dn̄m? legē ſta- 13
tuit ei in via quā elegit. quē hominū dicemus habere timoꝛē domini ſanctū? eū ſane quē bonus ⁊ re-
ctus dn̄s illuminauerit in ea lege/ in ijs ipſis mādatis que ſibi placita/ acceptaqꝫ nouit . Anima eiꝰ 14
in bonis demoꝛabitur: et ſemen eius hereditabit terrā. ſpiritus viri deū timētis ⁊ a deo in mandatis
ſuis illuminati/ delicijs perfruetur eternis: ⁊ q̇ eius vitā doctrinā ⁊ moꝛes ſecuti fuerint / diuine he-
reditatis participes in terra viuentiū efficientur. Firmamentū eſt dn̄s timētibus eū: ⁊ teſtamentum 15
ipſius vt manifeſtetur illis. timens deū in bonis demoꝛabitur/ quia dn̄s fulcimentū ⁊ ſtabilimentum
eſt ijs qui timent eum: legē ſuā ⁊ mandata ſua nota faciet eis. Oculi mei ſemper ad dominū: quoniā 16
ipſe euellet de laqueo pedes meos. meditatio mea iugiter intēta eſt ad deum: qm̄ ipſe explicabit me
vinctum et compeditū a vinculis ⁊ nexibus peccatoꝛū. Reſpice in me ⁊ miſerere mei: quia vnicus ⁊ 17
pauper ſum ego. attende in me miſeratoꝛ domine et pꝛopicius eſto michi: quia ſolus ſum abſqꝫ auxi
lio/ et pꝛiuatus bonis tuis. Tribulationes coꝛdis mei multiplicate ſunt: de neceſſitatibus meis erue 18
me. ex gratiarū ⁊ bonoꝛū tuoꝛū pꝛiuatione increuerunt afflictiones anime mee ⁊ adaucte ſunt: de il-
lis anguſtijs ⁊ afflictionibus meis/ libera me miſericoꝛdiſſime domine . Uide humilitatē meā et la- 19

Ayuntamiento de Madrid

borem meū. ꝛ dimitte vniuerſa delicta mea. oculis miſerationis tue intuere deiectionē meā/ ꝛ ango=
rem meum: ꝛ tu qui ſolus potes medere languoꝛibus meis/ relaxa michi/ remitte et condona omnia
20 peccata mea. Reſpice inimicos meos quia multiplicati ſunt: ꝛ odio iniquo oderūt me. vide domine
grandē hoſtiū meoꝛū cuneum/ quia in multitudinē aucti ſunt: ꝛ affectu maligno/ non ꝙ in eos pecca=
21 uerim/ ſed vt perdant in perpetuum interitū/ exoſi ſunt me. Cuſtodi animā meā ꝛ erue me: non eru=
beſcam/ quoniam ſperaui in te. O miſeratoꝛ dñe pꝛotege ab odientibus me inique ſpiritū meū: et ab
22 eoꝛum poteſtate libera me: non confundar/ non ſuperer/ non vincar/ quia ego confidi in te. Innocē=
tes et recti adheſerunt michi: quia ſuſtinui te. libera me/ ne me ſuccumbere permittas et confundi/ et
tunc inſontes et a rectitudine mandatoꝛum tuoꝛum non deuiantes adherebunt michi: quoniam con
23 fidi in te et auxiliū tuum expectaui. Libera deus iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis. O condi=
toꝛ et redemptoꝛ expedi/ abſolue/ et exime populum quem tua cognitiōe dignatus es: exime inquā
ab vniuerſis anguſtijs et moleſtationibus ſuis.
1,2 CONCORDIA. In te dñe ſperaui nō confundar in eternū: in iuſticia tua libera me. ¶ Nō dicāt
in coꝛdibus ſuis euge euge anime noſtre: nec dicant deuoꝛabimus eū. Et Eſaias. Ego dñs: ſup quo 1 Pſal. 30
3 nō confundentur qui expectant eum. ¶ Cōuertātur peccatoꝛes in infernū: omnes gētes/ que obliui 2 Pſal. 34
4,5 ſcuntur deum. ¶ Dñe deduc me in iuſticia tua: dirige in cōſpectu tuo viā meā. ¶ Ne auferas de oꝛe 2 Eſaie. 49
6 meo verbū veritatis vſquequaꝗ: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. ¶ Tu autem dñe ne longe faci 3 Pſal. 9
7 as miſerationes tuas a me: miſericoꝛdia ꝛ veritas tua ſemper ſuſceperūt me. ¶ Ne memineris iniq= 4 Pſal. 5
tatum noſtrarū antiquarum/ cito anticipent nos miſericoꝛdie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. 5 Pſal. 118
8,9 ¶ Miſerere mei deus: ſecundū magnam miſericoꝛdiā tuā. ¶ Sapiētia. O ꝙ bonus ꝛ ſuauis eſt do= 6 Pſal. 59
mine ſpirit⁹ tui ī nobis. Et dñs in Hieremia. dabo legē meā in viſceribus eoꝛū: ꝛ in coꝛde eoꝛū ſcri= 7 Pſal. 78
10 bam eam. et ero eis in deū: ꝛ ipſi erunt michi in populū. ¶ Quia beneplacitū eſt dño in populo ſuo: 8 Pſal. 50
11,12 et exaltabit manſuetos in ſalutē. ¶ Pꝛope es tu dñe: et omnes vie tue veritas. ¶ Et pꝛopicius eſto 9 Sapiē. 12
13 peccatis noſtris: ꝓpter nomen tuū. Et Jacobus. In multis enī offendimus omnes. ¶ Eccleſiaſtes 9 Hiere. 31
14 deū time et mandata eius obſerua. hoc eſt omnis homo. ¶ Non vidiſti iuſtū derelictū: nec ſemen ei⁹ 10 Pſal. 149
15 querens panē. iuſti autem hereditabūt terrā: et ībabitabūt ī ſeculū ſeculi ſup eam. Qꝫ magna multi= 11 Pſal. 118
16 tudo dulcedinis tue dñe: quam abſcondiſti timentibus te. ¶ Sicut oculi ancille in manibus domi= 12 Pſal. 78
17 ne ſue: ita oculi noſtri ad dñm deū noſtrū donec miſereatur noſtri. ¶ Tibi derelictus eſt pauper: oꝛ= 12 Jacob. 3
18,19 phano tu eris adiutoꝛ. ¶ Multe tribulationes iuſtoꝛū: et de omnibus his liberabit eos dñs. ¶ Vi= 13 Eccleſ. 12
20 de humilitatē meā: et eripe me: quia legē tuā nō ſum oblitus. ¶ Vſquequo exaltabitur inimic⁹ meus= 14 Pſal 36
21 ſuper me: reſpice et exaudi me dñe deus meus. ¶ Cuſtodit dñs aīas ſeruoꝛū ſuoꝛū: et de manu pec 15 Pſal. 30
22 catoꝛis liberabit eos. ¶ Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verbis tuis ſuperſperaui. 16 Pſal. 122
23 ¶ Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. 17 Pſal. 9

ADVERTE. Nomina litterarū aleph/ beth/ gimel/ circa tralationē hebꝛaicā: deſignare litteras: 18 Pſal. 33
nō que pꝛeponātur verſibus hebꝛaicis/ et ī Thꝛenis Hieremie/ ſed a q̄bus quiſꝗ v̄ſus incipit. quo 19 Pſal. 118
pacto et hymnus de Chꝛiſto/ apud nos conflatus eſt: a ſolis oꝛtus cardine. et quia due ꝛ vigīti litte= 20 Pſal. 12
re ſunt apud hebꝛeos: hinc pſalmus duos ꝛ viginti dūtaxat verſus continere debet. verū in tralatio 21 Pſal. 96
ne noſtra pꝛimus in duos diſcretus: ſupꝛa id ꝙ equū eſt/ vno fecit excreſcere verſuum numerū. atta= 22 Pſal. 18
men vbi annotatū eſt cof/ res/ ſin/ tau: reſpondentia hebꝛaica eſt tes/ res/ ſin/ phe. ita cof/ et tau: lo= 23 Pſal. 129
cum non habent. adiecta tamen ſunt: ne litteraria hebꝛeoꝛum diſcontinuarentur elementa/ ꝛ littera=
rum ſinutaretur ſeries. ¶ Sexto verſu/ vltima particula que a ſeculo ſunt: ex hebꝛeo ꝛ greco non re
latiua/ ſed cauſalis eſt/ quia a ſeculo ſunt. ſed id parū intelligentie pꝛeiudicat. ¶ Decimo verſu. mā
ſuetos et mites eoſdem intellige. ꝛ vtrobiꝗ apud grecos reſpōdet idē vocabulum/ πραεισ: ſed ex
hebꝛeo duo Hieronymus facit pꝛimo loco mites ſiue manſuetos quos et nos dicimus pacificos et
humiles coꝛde/ et ſecundo loco modeſtos/ quos ſimplices et minime ambitioſos. et certū eſt: vtroſꝗ
diuinis inſtitutionibus foꝛmari. ¶ Duodecimo verſu. pꝛopiciaberis peccato meo: ex hebꝛeo et gre=
co non aſſerit ſed pꝛecatur/ pꝛopiciare peccato meo. quod magis eſt oꝛantis et ſe humiliantis. [illegible]
[illegible]. ¶ In fine tertijdecimi verſus. ī via quam elegit: id elegit ad deum
et ad fidelē populū reſpicere poteſt. nam et deus pꝛimitus viam elegit/ ſiue dicere mauis/ pꝛedeſti=
nauit ac pꝛediffiniuit per quā placuit genus humanū ſaluari. Hinc Chꝛiſtus dicitur magni conſilij
angelus: qui viā illā aperuit. ſed et populus ſanctus poſtea viā illā elegit. ſic enim pꝛopheta pſalmo
118. inquit. viam veritatis elegi: iudicia tua nō ſum oblitus. et infra. fiat manus tua vt ſaluet me: quo
niam mandata tua elegi. accommodatius tamen hoc in loco reſpicere deū videtur. ¶ Quītodecimo
verſu. vbi habemus firmamētū: Hieronymus ex hebꝛeo habet ſecretū/ quod legē euāgelij ſignificat
que virginis partū/ deum incarnatū id eſt verbū carnē factū/ filij dei moꝛtē/ reſurrectionē/ ſeſſionē a
dextris virtutis dei/ carnē ſuam myſticū viaticū/ et ſanguinē ſuū viuificū poculū/ et id gen⁹ ſecreta/



Ayuntamiento de Madrid

timentes deum edocet. ¶ Uiceſimo ſecundo verſu: rectius ex hebreo diceretur ſimplicitas ꝛ rectitudo adheſerunt michi. nam Dauid non vt priuatus ſed in perſona populi ſancti loquitur: quod ſequēti verſu inſinuat. ex quo cognoſcitur rectius vltimū verſum in noſtra tralatione hebrea/ vetuſta ꝛ greca ſtare: ꝙ in romana / vbi adiungitur me/ particula anceps aut pro priuato/ aut pro multitudīe. Et ſi maluimus legere vt ſeptuaginta. innocentes et recti: rectius adhuc legendum adherebunt michi/ ꝙ adheſerunt/ tum ex hebreo/ tum ex precedentis verſus vocabulo non erubeſcam.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finē. ps. dd. XXV. | ¶ Pſalmus. Dd. XXV. | ¶ Pſalmus. Dd. XXVI |
| 1 | Iudica me domie qm̄ ego in innocētia mea ingreſſus ſum: ꝛ in domino ſperans non infirmabor. | Iudica me domīe quoniā ego in innocentia mea ingreſſus ſu͂: ꝛ in dn̄o ſperans non infirmabor. | Iudica me deus quoniam in ſimplicitate mea ambulaui: ꝛ in dn̄o cō fidens non deficiam. |
| 2 | Proba me dn̄e ꝛ tenta me: vre renes meos ꝛ cor meum | Proba me dn̄e et tēta me: vre renes meos ꝛ cor meum | Proba me dn̄e et tēta me: vre renes meos ꝛ cor meum |
| 3 | Quoniā miſericordia tua ante oculos meos eſt: ꝛ cōplacui in veritate tua. | Quoniā miſericordia tua ante oculos meos eſt: ꝛ conplacui in veritate tua. | Quia mīa tua in conſpectu oculorum meorum eſt: et ambulabo in veritate tua |
| 4 | Non ſedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua gerētibus non introibo. | Non ſedi in concilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo. | Non ſedi cum viris vanitatis: et cum ſuperbis non ingrediar. |
| 5 | Odiui eccleſiam malignātium: et cum impijs non ſedebo. | Odiui congregationē malignorum: et cum impijs non ſedebo. | Odiui eccleſiam peſſimorum: et cum iniquis non ſedebo. |
| 6 | Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuum domine. | Lauabo inter innocentes manus meas: et circuibo altare tuum domine. | Lauabo in innocētia manus meas: et circuibo altare tuum domine. |
| 7 | Ut audiam vocē laudis: et enarrem vniuerſa mirabilia tua. | Ut audiam vocē laudis tue: ꝛ enarrem vniuerſa mirabilia tua. | Ut clara voce predicē laudem: et narrem omnia mirabilia tua. |
| 8 | Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. | Domine dilexi decorem domus tue: et locum tabernaculi glorie tue. | Domine dilexi habitaculum domus tue: et locū tabernaculi glorie tue. |
| 9 | Ne perdas cum ipijs animam meam: et cum viris ſanguinum vitam meam. | Ne perdas cū impijs animam meam: et cū viris ſanguinum vitam meam. | Ne auferas cum peccatoribus aīam meā: ꝛ cum viris ſanguinum vitam meam. |
| 10 | In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorū repleta eſt muneribus. | In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorū repleta eſt muneribus. | In quorū manibus ſcelꝰ eſt: et dextera eorum repleta eſt muneribus. |
| 11 | Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei. | Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me et miſerere mei. | Ego autem in ſimplicitate mea gradiar: redime me et miſerere mei. |
| 12 | Pes meus ſtetit ī directo: in eccleſijs benedicam te domine. | Pes enim meꝰ ſtetit in via recta: ī eccleſijs benedicam dominum. | Pes meus ſtetit in recto: in eccleſijs benedicam domino. |

TITULUS. Ipſi Dauid. pſalmꝰ: oratio Chriſti ad patrē. propheta in ſpiritu/ īducit Chriſtum dn̄m ſecundū diſpenſationē carnis aſſumpte/ orantē. iudica me dn̄e: fac pater iudiciū meū. quoniā ego in innocētia mea: in īmunitate a peccato. ingreſſus ſum: ad te orandum. et in dn̄o ſperans: et in te deo patre meo fidens. nō infirmabor: ī nullo delinquā. pba me dn̄e et tenta me: examina me vndiqꝫ vre renes meos et cor meū: accēde corpus ꝛ animā volūtatē ꝛ affectū igne ſpiritus tui. quoniam mi

Ayuntamiento de Madrid

ſericoꝛdia tua/ante oculos meos eſt:quia nunq̃ me deſerit miſeratio tua.⁊ cõplacui in veritate tua:
acceptatus ſum ad te in verbo tuo non ſedi cũ conſilio vanitatis:non ſteti in via peccatoꝝ.⁊ cũ iniqua
gerentibus nõ introibo:nõ adibo conciliũ impioꝛũ.odiui eccleſiã malignantiũ/⁊ cũ impijs non ſede
bo:in cathedra peſtiferoꝝ hominum/et deriſoꝝ iudicioꝝ tuoꝛum non ſedebo.lauabo inter innocen=
tes manus meas:inter inſontes mundus ero.⁊ circundabo altare tuũ dñe:⁊ ſic crucem amplexaboꝛ
in qua tibi imolaboꝛ deus meus.vt audiã vocẽ laudis tue:vt agnoſcatur laus tua per oꝛbẽ terre.et
enarrem vniuerſa mirabilia tua:et vt vbiq̃ annũcientur mirifica opera/que in mundo per me opera
tus es.dñe dilexi decoꝛẽ domus tue:amaui oꝛnatũ ⁊ pulchꝛitudinẽ et mundiciã animarum in q̃bus
habitas.⁊ locũ habitationis gloꝛie tue:hoc particulã explicat pꝛecedentẽ.ne perdas cũ impijs de=
us animã meã:ne ſinas perire animã meã vt animę pereũt impioꝛũ.et cum viris ſanguinũ vitã meã
et ne ſinas perire vitã meã irritã ⁊ ſine fructu/vt pereũt vite ſanguinarioꝝ.in quoꝛum manibus ini=
quitates ſunt/et dextera eoꝝ repleta eſt muneribus:qui inſontes moꝛti adiudicantur accipiẽtes mu
nera.ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum:acceſſi ſine peccato ad te oꝛandũ.redime me et miſe=
rere mei:hanc pietatẽ oꝛandi pꝛo crediturꝭ in eum pijſſimus audijt pater/et dominus pꝛo reueren=
tia exauditus/genus redemit humanũ/et miſericoꝛdiam nobis impetrauit.pes meus ſtetit in dire=
cto omnis motus meus a rectitudine nunq̃ deuiauit/nunq̃ deflexit.in eccleſijs benedicã te domi=
ne:in congregationibus fidelium laudes tuas depꝛomam pater iuſte.

1 EXPOSITIO CONTINUA.Chꝛiſtus dñs.Iudica me dñe q̃m ego in innocẽtia mea in=
greſſus:in dño ſperãs nõ infirmaboꝛ.fac pꝛo me iudiciũ pater iuſtiſſime/q̄ꝛ ego imunis a peccato in
hoc mundo conuerſatus ad te oꝛandũ acceſſi:et in te deo/patre meo confidens nequaq̃ delinquam.
2 Pꝛoba me dñe ⁊ tenta me:vꝛe renes meos ⁊ coꝛ meũ.examina me pater eterne et vndiq̃ exploꝛa:p
3 bationis tue igne concoque coꝛpus et animam/carnem ⁊ ſpiritũ meum.Quoniam miſericoꝛdia tua
ante oculos meos eſt:⁊ cõplacui in veritate tua.pꝛoba me et tenta vndiq̃/quia miſeratio tua ſemper
4 michi adeſt:et in ſancto verbo tuo/in omni pꝛobatione tua tibi acceptus ero.Nõ ſedi cũ concilio va
nitatis:et cum iniqua gerentibus nõ introibo.nõ abij in conciliũ impioꝛũ:et ĩ via peccatoꝛum nõ ſta
5 bo.Odiui eccleſiã malignantiũ:et cum impijs non ſedebo.odio habui cetũ et congregationẽ maliuo
6 loꝛum:et in cathedra peſtilentiũ et deriſoꝝ non ſedebo.Lauabo inter innocentes manus meas:et
circundabo altare tuũ dñe.lotio manuũ mearũ puritas et innocẽtia/et cũ puris ⁊ innocentibus con=
7 uerſatio mea:et O pater adoꝛande circũdans ⁊ amplectens arã tuã/reddã tibi ſacrificiũ meũ.Ut au
diã vocem laudis tue:⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua.circũdabo altare tuũ vt audita fiat laus tua
in vniuerſo oꝛbe terrarum:⁊ mirificas efficiã cũctas admirandas operatiões tuas/quas operari di=
8 gnatus es ad ſalutẽ hominũ.Domine dilexi decoꝛẽ domus tue:et locũ habitationis gloꝛie tue.cę
leſtis pater eterne/mundiciã/puritatẽ et oꝛnatũ amaui eccleſie tue:et animas ſanctas templũ reſidẽ
9 tie maieſtatis tue.Ne perdas cum impijs deus animã meam:et cum viris ſanguinum vitam meam
pater iuſte/ne ſinas vt tranſgreſſoꝝ et impioꝛum/perire ſpiritum meum/et ne ſinas vt ſanguinario=
10 rum hominũ/ſine fructu eſſe moꝛtẽ meã.In quoꝛum manibus iniquitates ſunt:et dextera eoꝛum re
pleta eſt muneribus.ne pater equipares me impijs et ſanguinarijs quoꝛum opera ſunt inquinata:et
11 qui munera accipiẽtes peruertunt iudiciũ/viduã/pupillũ/et inſontẽ interficiũt.Ego autẽ in inocẽ=
tia mea ingreſſus ſum:redime me et miſerere mei.ego autem O pater miſeratione tua et elargitione
gratie tue in immunitate peccati in mundũ veni/et in mũdo conuerſatus ſum:ſalua me miſericoꝛditer
12 mecũ age in hac ipſa quã pꝛo peccatoꝛibus abſoluere veni/ſatiſfactione.Pes meus ſtetit in directo
in eccleſijs benedicã te dñe.nunq̃ a rectitudine ſũ inflexus:vt beneficiũ tuũ pater agnoſcã/et cõfite
ar in congregationibus tuoꝝ fideliũ beneficia tua/et laudes tuas depꝛomam dominatoꝛ immenſe.

1 2 CONCORDIA.Neq̃ iniq̃tas mea neq̃ peccatũ meũ dñe:ſine iniquitate cucurri ⁊ direxi.¶Pꝛo 1 Pſal. 58
3 ba me deus et ſcito coꝛ meũ:interroga me et cognoſce ſemitas meas.¶Quoniam eripuiſti animam 2 Pſal. 138
4 meam et pedes meos de lapſu:vt placeam deo meo in lumine viuentiũ.Non abijt in concilio impio 3 Pſal. 55
5 rum et in via peccatoꝛũ nõ ſtetit:et in cathedra peſtilẽtie non ſedit.¶Non pꝛoponebam ante oculos 4 Pſal. 1
meos rem iniuſtã:faciẽtes pꝛeuaricationes odiui.Oculi mei ad fideles terre:vt ſedeãt mecũ ambu= 5 Pſal. 100
6 lans in via immaculata hic michi miniſtrabat.¶Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui coꝛ meum:et laui 6 Pſal. 72
inter innocẽtes manus meas.Rurſus.itroibo ad altare dei:ad deũ qui letificat iuuentutem meam. 6 Pſal. 42
7 8 ¶Confiteboꝛ tibi dñe in toto coꝛde meo:narrabo omnia mirabilia tua.¶Domũ tuã decet ſanctitu 7 Pſal. 9
do dñe:in lõgitudinẽ dierũ.Item.zelus domus tue comedit me:et oppꝛobꝛia expꝛobꝛantiũ tibi ce= 8 Pſal. 92
9 ciderunt ſuper me.¶Ne ſimul tradas me cũ peccatoꝛibus:et cũ operantibus iniquitatẽ ne perdas 8 Pſal. 64
10 me.¶Libera me de aquis multis et de manuılioꝛũ alienoꝛũ quoꝛũ os locutũ eſt vanitatẽ:et dex= 9 Pſal. 27
11 tera eoꝛum dextera iniquitatis.¶Perambulabam in innocentia coꝛdis mei:in medio domus mee. 10 Pſal 145
12 ¶Benedicã dñm in omni tẽpoꝛe:ſemper laus eius in oꝛe meo.Item.narrabo nomen tuũ fratribus 11 Pſal. 100



Ayuntamiento de Madrid

12 Pſal. 33 meis:in medio eccleſie laudabo te. Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in con-
13 Pſal. 21 ſpectu timentium eum.

ADVERTE. Vbi dicimus in principio ſexti verſus/ lauabo inter innocẽtes manus meas: Hieronymus ex hebꝛeo habet/ lauabo in innocentia manus meas. quod magis apte de Chꝛiſto dño dici videt. nã qui lauat in innocentia manus ſuas: eas nequaq̄ habet inquinatas. at nichil refert quẽpiam inter innocentes lauare manus ſuas: quas habeat inquinatas. ſine eni iniquitate cucurrit ⁊ direxit. operatiões eni ei9 oẽs: in innocentia facte ſunt. manus autẽ operationes/ et pedes mot9 ſignificant. hoc tamen et illo modo eundẽ ſenſum pꝛetẽdere videntur. ¶ Septimo verſu. vt audiã vocẽ laudis: ex hebꝛeo/ vt clara voce pꝛedicẽ laudẽ. quod/ et id quod ſequitur: impletũ: impletũ eſt ꝑ vocem apoſtoloꝝ et diſcipulorum/ ſuorumq; ſequacium ad noſtram vſq; tempeſtatem.

## GALL.

¶ Pſalmus Dauid pꝛiuſq̄ liniretur. XXVI.

1 Dominus illuminatio mea et ſal9 mea: quem timebo?
2 Dominus pꝛotectoꝛ vite mee: a quo trepidabo?
3 Dũ appꝛopiãt ſup me nocẽtes: vt edãt carnes meas.
4 Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderunt.
5 Si cõſiſtãt aduerſum me caſtra: non timebit coꝛ meũ.
6 Si exurgat aduerſum me pꝛelium: in hoc ego ſperabo.
7 Vnam petij a domino hãc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.
8 Vt videam volũtatẽ dñi: et viſitem templum eius.
9 Quoniam abſcondit me ĩ tabernaculo ſuo: in die malorum\ pꝛotexit me in abſcõdito tabernaculi ſui.
10 In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos.
11 Circuiui ⁊ immolaui ĩ tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo ⁊ pſalmum dicam domino.
12 Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te: miſerere mei et exaudi me.
13 Tibi dixit coꝛ meum exquiſiuit te facies mea: fa-

## ROM.

¶ Pſalm9 Dauid pꝛiuſq̄ liniretur. XXVI.

Dominus illumina tio mea: et ſal9 mea: quem timebo?
Domin9 defẽſoꝛ vite mee: a quo trepidabo?
Dum appꝛopiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt et ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſũ me caſtra\ non timebit coꝛ meum: ſi ſurgat in me pꝛeliũ\ in hoc ego ſperabo.
Vnã petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini\ omnib9 diebus vite mee.
Vt videã volũtatẽ dñi: et pꝛotegar a tẽplo ſancto ei9.
Quoniam abſcondit me ĩ tabernaculo ſuo\ in die malorum pꝛotexit me in abſcõdito tabernaculi ſui: in petra exaltauit me.
Nunc autem exaltauit caput meum ſuper inimicos meos\ circuibo et immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis: cantabo ⁊ pſalmum dicam domino.
Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te: miſerere mei ⁊ exaudi me.
Tibi dixit coꝛ meum queſiui vultum tuũ: vultũ tuũ

## HEB.

¶ Pſalmus Dauid. XXVII

Dominus lux mea ⁊ ſalutare meũ: quem timebo?
Dominus foꝛtitudo vite mee: quem foꝛmidabo?
Dũ appꝛopinquarent michi maligni vt comederent carnem meam: hoſtes mei ⁊ inimici mei ipſi ĩpegerunt et ceciderunt.
Si ſteterint aduerſus me caſtra non timebit coꝛ meũ: ſi ſurrexerit contra me bellum\ in hoc ego confidã.
Vnum petiui a domino hoc requiram: vt habitem ĩ domo domini omnib9 diebus vite mee.
Vt videã pulchꝛitudinem dñi: et attendã tẽplum eius.
Abſcondet eni me in vmbꝛa ſua: in die peſſima abſcondet me in ſecreto tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me\ nunc quoq; exaltauit caput meum ſuper inimicos meos\ qui ſunt ĩ circuitu meo: et immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubili\ cantabo et pſallam domino.
Audi domine vocem meam inuocãtis: miſerere mei et exaudi me.
Tibi dixit coꝛ meum queſiuit vultus meus faciem

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

cīē tuā domine requiram.
14 Ne auertas faciem tuam
a me:ne declines in ira a ſer
uo tuo.
15 Adiutoꝛ meus eſto ne de=
relinquas me:neqꝫ deſpici=
16 as me deus ſalutaris meꝰ.
Quoniam pater meus et
mater mea dereliq̄runt me:
dñs autem aſſumpſit me.
17 Legem pone michi domi=
ne in via tua: et dirige me
in ſemita recta pꝛopter ini=
micos meos.
18 Ne tradideris me in ani=
mas tribulātiū me\qm̄ in=
ſurrexerūt ī me teſtes iniq̄:
et mētita eſt iniquitas ſibi.
19 Credo videre bona domi=
ni:in terra viuentium.
20 Expecta dominum virili=
ter age et confoꝛtetur coꝛ tu
um:et ſuſtine dominum.

ROM.

domine requiram.
Ne auertas faciem tuam
a me:et ne declines in ira a
ſeruo tuo.
Adiutoꝛ meus eſto ne de=
relinquas me:neqꝫ deſpici=
as me deus ſalutaris meꝰ.
Qm̄ pater meus et mater
mea dereliquerunt me:do=
minꝰ autem aſſumpſit me.
Legem michi cōſtitue do=
mine ī via tua:et dirige me
in ſemitam rectam pꝛopter
inimicos meos.
Ne tradideris me in aīas
perſequentiū me:qm̄ inſur
rexerūt in me teſtes iniqui:
et mētita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domi=
ni:in terra viuentium.
Expecta dñm et viriliter
age\et confoꝛtetur coꝛ tuū:
et ſuſtine dominum.

HEB.

tuā domine:et requiram.
Ne abſcondas faciem tuā
a me: ne declines in furoꝛe
tuo a ſeruo tuo.
Auxilium meū fuiſti ne
derelinquas me:⁊ne dimit
tas me deus ſaluatoꝛ meꝰ.
Pater enī meus et mater
mea dereliquerunt me:do=
minus autem collegit me.
Oſtende michi domine vi
am tuam:et deduc me:in ſe
mita recta pꝛopter inſidia=
toꝛes meos.
Ne tradas me aīme tribu=
lantium me\quoniā ſurre=
xerunt cōtra me teſtes falſi:
et apertum mendacium.
Ego autē credo q̄ videam
bona dñi: in terra viuētiū.
Expecta dñm\confoꝛtare
et roboꝛetur coꝛ tuum:et ſu
ſtine dominum.

SUPERIOREM ſextā libꝛi pſalmoꝝ partē/id eſt pſalmos 25. duplici expoſitiuncula/interci=
ſa et cōtinua/ac cōcoꝛdia eloquioꝝ expoſuimus. At de cetero ſatis eſſe videbit (nobis hoc pacto bꝛe
uitati conſulentibus) ſi ſequentes quinqꝫ partes/ſola continua expoſitione declarauerimus. omiſſa
inſup concoꝛdia. nam qui volent interciſā ex pꝛecedentibus ⁊ ex continua facile elicient: et concoꝛdi
am ad ſimilitudinem pꝛecedentiū non magno ſpendio perquirent. ergo nunc cōtinenter poſt titulum
ad expoſitionem continuam pꝛoperemus.

TITULUS. ipſi Dauid. pſalmus de chꝛiſto domino. inducitur dominus ſecundū carnis diſpē=
ſationem de diuinitate loquens.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Chꝛiſtus dñs. Dñs illuminatio mea ⁊ ſalꝰ mea: quē time=
2 bo? diuinitas illumīat me/⁊ ſaluat me:quē timere debeā? Dñs ꝓtectoꝛ vite mee:a q̄ trepidabo? di=
3 uinitas ꝓtegit vitam meā:quē foꝛmidabo? audimus reſponſionē/nichil moꝛtale. Dum appꝛopiāt
ſuper me nocentes: vt edant carnes meas. nullum ergo foꝛmidabo/dum ad me pꝛopinquant aduer=
4 ſarij mei ſontes ⁊ ſcelerati: vt perdant ⁊ conſumāt humanitatē meam. Qui tribulāt me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderūt. iudei/ſcribe ⁊ phariſei/⁊ ſpiritus nequitiarū impulſoꝛes: ipſi impingē
5 tes in me debilitati ſunt ⁊ coꝛruerūt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: nō timebit coꝛ meum. ſi mili=
6 tares copie in me inſurgant/quia diuinitas pꝛotegit vitā meā:nequaqꝫ mente cōcidā. Si exurgat ad
7 uerſum me pꝛeliū: in hoc ego ſperabo. hic verſus pꝛecedentē explicat. Unā petij a dño hanc requi=
ram: vt inhabitē in domo dñi omnibus diebus vite mee. ſponſā eccleſiā petij a deo/hanc ad ſaluan=
dum repetā/quāuis me ſolo relicto in pꝛelio diffugerit/illā inquā repetā: vt habitē in animabus ſan=
8 ctoꝛum ſine fine. Ut videā voluptatē dñi: ⁊ viſitē templū eius. vt percipiā delicias dei mei: ⁊ inha=
9 bitē animas ſanctoꝛū eius. Quoniā abſcōdit me in tabernaculo ſuo: in die maloꝛum pꝛotexit me in
abſcondito tabernaculi ſui. in vmbꝛaculo ſuo/in pꝛotectione ſua. in die poteſtatis tenebꝛarum/in die
10 moꝛtis mee/ vbi voluntarie animā meā poſui: pꝛotexit me in ſecreto diuinitatis ſue. In petra exalta
uit me: ⁊ nūc exaltauit caput meū ſuper inimicos meos. fecit me petrā refugij et lapidem angularem
in ſublimitate edificij ſui: ⁊ nunc etiam eleuauit gloꝛiā et honoꝛificentiā meā ſuper iudeos/ſcribas et
11 phariſeos. Circuiui ⁊ imolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferationis: cantabo et pſalmū dicam
dño. circūdedi altare ⁊ imolaui ī ara crucis hoſtiā laudis/imaculatū humanitatis agnū ad deū patrē
12 vociferantē: pꝛo imolatione mea/hymnū ⁊ laudē deo pꝛonūciabo. Exaudi dñe vocē meam qua cla=

Ayuntamiento de Madrid

mauí ad te:miſerere mei et exaudi me. hic eſt hymnus quē dominus pro immolatione ſua fudit ad
deum patrē/ et que orat/ nobis orat. pater ſuſcipe precē meā quam ad te porrigo qua te inuoco. Tibi 13
dixit cor meū exquiſiuit te facies mea: faciem tuā domine requiram. voluntas mea ad te locuta eſt/
deuotio mea/ mēs mea/ intelligētia mea te reqrit: apertā et reuelatā viſionē tuā dñe efflagitabo. Ne 14
auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a ſeruo tuo. ne deneges michi nudā viſionē tuam: ne diſce-
das a me ſeruo tuo cū ꝑcuties me ī furore/ ī vltione/ ī vīdicta ꝓ pp̄lo tuo. Adiutor meꝰ es tu/ ne de- 15
relinquas me: neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus: adiuua me ad ferēdas penas pro populo/ ꝓ
humano genere ſatiſfactorias/ ne deſtituas me auxilio tuo: neqꝫ aſperneris me et penas meas deus
qui ſaluas me. Qm̄ pater meus et mater mea dereliquerunt me: dñs autē aſſūpſit me. qm̄ populus 16
hebraicus et ſynagoga in qua natus ſum deſtituerunt me: dñs ſuſcepit me/ dñs recollegit me. Legē 17
pone michi domine in via tua: ꝛ dirige me in ſemita recta ꝓpter inimicos meos. oſtēde michi/ oſten
de mēbris meis viā legis tue: dux eſto meis in euāgelica lege/ ꝓpter iudeos qui gratis oderūt me.
Ne tradideris me in animas tribulantiū me/ qm̄ inſurrexerunt in me teſtes iniq: ꝛ mētita eſt iniqui- 18
tas ſibi. ne mortifices me ſecundū deſideriū inimicorū meoꝝ/ calūniantiū me ſeduxiſſe populū tuū/
me velle deſtruere tēplū tuū manufactū: ꝛ ſcelerata conſcientia in ſemetipſa mēdax eſt. Credo vide 19
re bona dñi: in terra viuentiū. certus ſū me viſurū delicias dñi in paradiſo dei mei: in regiōe beatoꝝ.
Expecta dñm viriliter age ꝛ cōfortetur cor tuū: et ſuſtine dñm. ad ſeipſū ꝛ mēbra ſua conſolationem 20
et exhortationē affert. fortiter afflictiones et dolorē paſſionū perfer/ conſoletur in deo anima tua: et
preſtolare dominum/ quia cito liberator aderit/ et videbis bona eius in terra viuentium.

ADUERTE. Primo verſu quē/ ꝛ ſecundo a quo: nō eſſe relatiua/ ſed interrogatiua. ſic enī grece τινα φοβηθησομαι. et απο τινος δειλιασω. reſponſio intelligitur: nullum/ et a nullo ſibi eſſe timendum. neqꝫ quiſquam poterat ei nocere: ſi voluiſſet. et vltro oblatus eſt: ꝛ potuere ſolum quātum ipſe permiſit. ¶ Sexto verſu. in hoc ego ſperabo: hoc refert cor. et eſt ſenſus. ſperabo in corde meo: ſperabit et confidet cor meum. grece enī femininum eſt. et dicitur: εν ταυτη εγω ελπιζω. et nichil eſt precedens quod reſpicere poſſit: niſi quod dictū eſt ου φοβηθησεται η καρδια μου. vbi cardia id eſt cor: femineū eſt. ſed hoc grāmaticā continet difficultatem/ potiuſqꝫ imoratu dignā. ¶ Octauo verſu. legendum: vt videam voluptatem domini/ non voluntatem. nam ex hebreo Hieronymus habet pulchritudinē/ et grecus την τερπνοτητα id eſt ipſam voluptatem/ delectationē ſeu ipſam iocunditatem. et vicinitas vocabuli voluptatis ad voluntatem fecit errorem. id igitur in codicibus eſt emendādum. ¶ Nono verſu/ decimo ꝛ vndecimo: quod dicimus per preteritum abſcondit/ protexit/ exaltauit ꝛ primo loco imolaui: Hieronymus ex hebreo pronunciat futurū. et id decentius. nā de futura paſſione inducit in ſpiritu ꝓpheta Chriſtū loquētem/ ꝛ id etiā in fine vndecimi verſus indicant verba cantabo ꝛ pſalmū dicā. Sed queres cur exaltauit ſecūdo loco in decimo verſu preteritū eſt: ꝛ non futurū? Quia āte paſſionē ſuā dñs exaltatus eſt ſignis/ virtutibus ꝛ miraculis ſuper omnes inimicos ſuos. quē enī inimicorū angeli annunciauerūt/ quē inimicorū q̄ſierunt reges oriētis vt adorarent/ quē inimicoꝝ inumera turba pre admiratione ſecuta eſt? quis inimicoꝝ verbo cecos illuminauit/ ſurdos audire fecit/ mutos loqui/ claudos erexit/ demōes effugauit/ mortuos ſuſcitauit? quis inimicoꝝ in hieruſalē honore regio inductus eſt: clamantibus turbis bn̄dictus qui venit in nomine domini HOSIANNA filio dauid? ſic igitur itelligentiā cape. ꝛ nūc exaltauit caput meū ſuper inimicos meos: ꝛ nunc anteqꝫ patiar/ anteqꝫ imoler/ extulit me honore/ mirificauit me ſuper oēs inimicos meos/ magiſqꝫ oēs inimicos meos. ¶ Pricipiū vndecimi verſus/ vbi dicimus circuiui: ī hebraica tralatione reſpicit finē precedētis ꝟſus ꝛ iīgitur cū inimicis. ¶ Duodecimo verſu. particula qua clamaui: accommodatius ī tralatione hebraica qua clamo. ¶ Terciodecimo ꝟſu. tibi dixit cor meū exq̄ſiuit te facies mea. ſunt q̄ in tralatione noſtra habēt dūtaxat exquiſiuit facies mea/ ſublata te particula. quā nō improbat Hieronymus ad Sūniā et Fretelam. legebāt enim grece εξεζητησε το προσωπον μου σε exquiſiuit facies mea te: at melius inquit exquiſiuit te facies mea. verum nunc grece ita verſus integer σοι ειπεν η καρδια μου κυριον ζητησω εξεζητησε σε το προσωπον μου το προσωπον σου κυριε ζητησω. tibi dixit cor meum dominū querā/ exq̄ſiuit te facies mea: faciē tuā dñe querā. vnde fit vt nō ab re legamus te. attamen ſi ad hebreū cōcinnare vellemꝰ: diceremꝰ. tibi dixit cor meū/ exq̄ſiuit facies mea faciē tuā dñe: et requirā. ꝛ tūc iuſte amoueretur particula te: ꝛ huic intelligētie ꝓpemodū aſtipulat̄ romana editio: q̄ſi id ſētiat ꝓpheta. aīa mea a te petijt vt ipſa q̄ eſt ad tuā imaginē et ſimilitudinē formata faciē tuam q̄ eius veritas eſt ꝛ exēplar exquirat/ id petijt inquā/ id exquiſiuit: ꝛ idipſū adhuc exquirā. ¶ Quintodecimo verſu. adiutor meꝰ eſto. ſūt q̄ habēt es tu: ſed meliꝰ videt̄ eſto/ ex vetuſtis codicibꝰ/ tralatione romana. et ex greco βοηθος μου γενου. ¶ Octauodecimo verſu mentita eſt iniquitas ſibi: ſibi refert iniquitatē. nā grece εαυτη femininū et ſingulare eſt. ¶ Nonodecimo ꝟſu. credo videre pre-

Ayuntamiento de Madrid

ſenti infinitiui modi vſus eſt tranſlatoꝛ pro futuro/credo q videbo/q viſurus ſum. ¶Ultimo verſu. expecta et ſuſtine: idem ſunt. et grecus codex vtrobiq; eodē vocabulo vtitur υπομειρόρ.

## GALL.

¶Huic Dd̄. XXVII.

1 AD te dñe clamabo \
deus meꝰ ne ſileas a
me: neq̄ñ taceas a me ⁊ aſſi
milaboꝛ deſcēdētibꝰ in lacū.
2 Exaudi dñe vocem depꝛe
catiōis mee dum oꝛo ad te:
dum extollo manus meas
ad templum ſanctum tuū.
3 Ne ſimul tradas me cum
pctōꝛibus: ⁊ cū operātibus
iniquitatem ne perdas me.
4 Qui loquuntur pacem cū
pꝛoximo ſuo: mala autem
in coꝛdibus eoꝛum.
5 Da illis ſecundū opa ipſo
rum: et ſecundū nequitiam
adinuentionum ipſoꝛum.
6 Secundū opera manuum
eoꝛum tribue illis: redde re
tributionem eoꝛum ipſis.
7 Quoniam non intellexe
runt opera dñi \ et in opera
manuum eius: deſtrues il
los et non edificabis eos.
8 Bñdictus dñs: qm̄ exau
diuit vocē depcatiōis mee.
9 Dominus adiutoꝛ meus
et ꝑtectoꝛ meꝰ: in ipſo ſpera
uit coꝛ meū et adiutꝰ ſum.
10 Et refloꝛuit caro mea: ⁊ ex
volūtate mea confiteboꝛ ei.
11 Dominus foꝛtitudo ple
bis ſue: ⁊ pꝛotectoꝛ ſaluatio
num chꝛiſti ſui eſt.
12 Saluum fac populum tu
um dñe ⁊ benedic heredita
ti tue: et rege eos et extolle
eos vſq; in eternum.

## ROM.

¶Ipſi Dauid. XXVII.

AD te domine clamabo deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibus in lacum.
Exaudi vocē depꝛecationis mee dum oꝛo ad te: et dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuū.
Ne ſimul tradas me cum pctōꝛibus: ⁊ cū operātibus iniquitatem ne perdas me.
Cū ijs qui loquuntur pacem cum ꝓximo ſuo: mala aūt ſunt in coꝛdibꝰ eoꝛum.
Da illis dñe ſcdm opa eoꝛum: et ſecūdū nequitiā ſtudioꝛū ipſoꝛū retribue illis.
Redde retributionē eoꝛū ipſis: qm̄ nō intellexerūt in opa dñi \ ⁊ in opa manuum eius non conſiderauerunt.
Deſtrue illos: nec edificabis eos.
Bñdictꝰ dñs: qm̄ exaudiuit vocē depꝛecatiōis mee.
Dñs adiutoꝛ meus ⁊ pꝛotectoꝛ meus: ⁊ in ipſo ſperauit coꝛ meū et adiutꝰ ſum.
Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confiteboꝛ illi.
Dominus foꝛtitudo plebis ſue: et pꝛotectoꝛ ſalutarium chꝛiſti ſui eſt.
Saluum fac populum tuum dñe \ et benedic hereditatem tuam: rege eos et extolle eos vſq; in ſeculum.

## HEB.

¶Dauid. XXVIII.

AD te domine clamabo \ foꝛtis meꝰ ne obſurdeſcas michi: ne foꝛte taceate michi \ cōparer ijs q̄ deſcendunt in lacum.
Audi dñe depꝛecationem meam cum clamauero ad te: cū leuauero manus meas ad oꝛaculū ſanctū tuū.
Ne tradas me cū īpijs: et cū operātibus iniquitatem
Qui loquuntur pacē cum amicis ſuis: et eſt malum ī coꝛde eoꝛum.
Da eis ſecūdum opus ſuum et ſecundū malū adinuentionū ſuaꝝ \ iuxta opus manuū ſuarum da eis: redde retributionē ſuā illis.
Quoniam non intelligūt opera domini \ et opus manuum eius: deſtrues eos et non edificabis.
Bñdictus dñs: qui audiuit vocē depcationis mee.
Dominus foꝛtitudo mea et ſcutum meum: in ipſo cōfiſum eſt coꝛ meum ⁊ habui adiutoꝛium.
Et exultauit coꝛ meū: et ī cātico meo confiteboꝛ illi.
Dominus foꝛtitudo mea et robur ſalutarium chꝛiſti ſui eſt.
Salua populū tuum et benedic hereditati tue: et paſce eos et ſubleua eos vſq; ī ſempiternum.

TITULUS. Ipſi Dauid. Pſalmus de Chꝛiſto dño. inducitur Chꝛiſtus ad patrem loquens.
EXPOSITIO CONTINUA. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ ne ſileas a me: nequādo taceas a me ⁊ aſſimilaboꝛ deſcendētibꝰ in lacū. ad te pater vociferabo/pater mi/deus meus ne obtures auditum clamoꝛi meo: ne quādo claudes michi exauditionis tue auditū aſſimiler deſcendētibus in infernum/in perditionē ⁊ interitū q̄bus taces/q̄bus aures tuas claudis/⁊ eos nō audis. Exaudi dñe vocē oꝛationis mee dū oꝛo ad te: dū extollo manus meas ad templū ſanctum tuū. admitte pater de-

Ayuntamiento de Madrid

pꝛecationẽ meã dñ ad te pꝛecẽ fundo: dñ eleuo manus meas ad celũ. Ne ſimul tradas me cũ pecca 3
toꝛibus: et cũ operantibus iniquitatẽ ne perdas me. ne ſimul perdas me cũ legis tranſgreſſoꝛibus ⁊
ne cũ ijs qui iuſtitiã tuã pꝛeuaricãtur/ ſẽpiterne moꝛti ſubdas me. Qui loquuntur pacẽ cum pꝛoxi= 4
mo ſuo: mala autẽ in coꝛdibus eoꝛũ. qui tranſgreſſoꝛes loquuntur ad amicos/ ꝓximos ⁊ meipſum
verba pacifica: ſed cũ pacifice loquuntur/ in coꝛde cogitãt fallere ⁊ perdere. Da illis ſecundũ opera 5
eoꝛũ: ⁊ ſecundũ nequitiã adinuentionũ ipſoꝛũ. iuſte iudex redde eis ſecundũ facta ſua: et redde eis
ſecundũ maliciã aſtutiarũ ſuarũ/ quarũ ipſi ex ſeipſis authoꝛes et inuentoꝛes ſunt. Secundũ opera 6
manuũ eoꝛũ tribue illis: redde retributionẽ eoꝛũ ipſis. hic verſus reſumit quod pꝛecedẽs habet et
ipſum explicat. Qm̃ nõ intellexerũt opera dñi ⁊ in opera manuũ eius: deſtrues illos et non edifica 7
bis eos. quia nõ attenderũt vt intelligerẽt opera patris ⁊ oĩpotentiũ virtutũ eius/ q̃ ante eos opera
tus ſum/ cecos illuminando/ ſurdos audire faciendo/ lepꝛoſos mũdando ⁊ moꝛtuos ſuſcitãdo/ da=
bis eos in interitũ ⁊ in edificio celeſtis hieruſalẽ nõ aptabis eos. Bñdictus dñs: qm̃ exaudiuit vocẽ 8
depcationis mee. benedictus celeſtis pater meus: qm̃ nõ obturabit aures ſuas cũ oꝛauero ad eũ/ nõ
tradet/ nõ perdet me cũ operantibus iniquitatẽ/ iuſtũ iudiciũ faciet inimicoꝛũ meoꝛũ/ qui in opera
eius itelligere noluerunt. Dñs adiutoꝛ meus ⁊ ꝓtectoꝛ meus: et in ipſo ſperauit coꝛ meũ et adiut⁹ 9
ſum. pater meus celeſtis auxiliatoꝛ ⁊ defenſoꝛ meus: ⁊ in ipſo confiſa eſt anima mea/ et ſenſi eius ad
iutoꝛium. Et refloꝛuit caro mea: ⁊ ex voluntate mea confiteboꝛ ei. ⁊ exultãs ſpiritu/ caro mea exhi= 10
larata eſt: et tota animi alacritate laudes eius concinã. Dñs foꝛtitudo plebis ſue: et ꝓtectoꝛ ſalua= 11
tionum Chꝛiſti ſui eſt. celeſtis pater meus robur eſt credentiũ in ſe: ⁊ defenſoꝛ eoꝛũ qui per Chꝛiſtũ
ſuum ſaluantur. Saluũ fac populũ tuũ dñe/ ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vſq; 12
in eternum. ſalua eos qui per me in te credũt/ infunde benedictionẽ tuã iis quos per ſalutes Chꝛiſti
tui poſſidebis: et paſce eos et ſublima eos ſine fine atq; in perpetuum.

ADUERTE. Pꝛimo verſu. ne ſileas: Hieronym⁹ ex hebꝛeo ne obſurdeſcas/ qḋ eſt magis pꝛo= pꝛium. ſed hec methaphoꝛa ne ſileas/ ne taceas tracta eſt: quia cum quis pꝛecantem audire nõ vult/ tacet/ fingens ſe non audire ⁊ obſurdeſcere. quare in noſtra tralatione: bis eſt locus methaphoꝛe/ et in hebꝛaica ſemel. ¶ Et in eodem pꝛimo verſu. qḋ ſubiungitur nequãdo taceas a me et aſſimilaboꝛ deſcendentibus in lacum: [redacted]. ⁊ ſiue et/ apponatur ſiue non/ rectius diceretur aſſimilet. qḋ ex hebꝛaica tralatione cognoſcitur: vbi Hieronymus habet loco huius/ ne foꝛte tacẽte te comparer iis qui deſcendunt in lacum. cum autem apponitur ⁊: verbum pꝛecedens taceas quod copulat oſtẽ dit rectius eſſe dicendum et aſſimiler. ⁊ tunc ſenſus intelligibilioꝛ: ⁊ ſermo melioꝛ. [redacted]. ¶ Septimo verſu: et in opera manu um eius: ex hebꝛeo ſine pꝛepoſitione et opus manuum eius. quod refertur ad ſuperius verbum/ in= telligunt. quod ſignificare videtur: non cognoſcunt Chꝛiſtũ/ filiũ ſcilicet dei incarnatũ/ opus manuũ patris. et diſtinctionis punctus melius ponitur poſt eius: vt id totum in opera manuũ eius: in ver= bum pꝛecedens intellexerunt reſpiciat. non autem iungatur cũ deſtrues: vt paſſim fieri ſolet. cui aſti pulatur romana tralatio/ in qua dicitur: et in opera manuũ eius nõ cõſiderauerũt. ¶ Decimo verſu. et refloꝛuit caro mea. violẽte trahit id ad reſurrectionẽ: ſed potius de hilareſcẽtia ex exultatione ſpi ritus intelligendũ eſt. quod particula ex hebꝛeo illi reſpondens/ gauiſũ eſt coꝛ meũ: declarat. ⁊ Chꝛi ſti in terra verſantis ⁊ citra paſſionem: hec diuina laus pꝛophete in ſpiritu monſtrata eſt (quod ter= tius verſus et ſequẽtes indicãt) non autem expleta moꝛte et reſurrectione peracta.

¶ Pſalm⁹ Dḋ ĩ ↄſũmatiõe tabernaculi. XXVIII.

1 Afferte dño filij
dei: afferte domi=
no filios arietũ.
2 Afferte domino gloꝛiam
et honoꝛẽ\ afferte dño gloꝛi
am nomini ei⁹: adoꝛate do
minũ in atrio ſancto eius.
3 Uox dñi ſuper aquas\ de=
us maieſtatis intonuit: do
minus ſup aquas multas.
4 Uox domini in virtute:

¶ Pſalm⁹ Dḋ ĩ ↄſũmatiõe tabernaculi. XXVIII

Afferte domino filij
dei: afferte domino
filios arietum.
Afferte domino gloꝛiam
et honoꝛem: afferte domino
gloꝛiam nomini eius.
Adoꝛate dñm in aula ſã=
cta eius\ vox dñi ſup aquas
de⁹ maieſtatis ĩtonuit: do=
minus ſup aquas multas.
Uox dñi in virtute: vox

¶ Pſalmus Dauid. XXIX.

Afferte domino fili=
os arietũ: afferte do
mino gloꝛiã et imperium.
Afferte domino gloꝛiam
nomini eius: adoꝛate dñm
in decoꝛe ſancto.
Uox dñi ſup aquas deus
gloꝛie intonuit: dominus
ſuper aquas multas.
Uox domini in foꝛtitudi=
ne: vox domini in decoꝛe.

Ayuntamiento de Madrid

vox domini i magnificētia

5 Vox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominus cedros libani.

6 Et cōminuet eas tanq̄ vitulū libani: ⁊ dilectus quēadmodū filius vnicorniū.

7 Vox domini intercidētis flāmā ignis\vox domini cōcutientis deſertū: ⁊ cōmouebit domin⁹ deſertū caddes.

8 Vox domini preparantis ceruos et reuelabit condenſa: et in templo eius omnis dicet gloriam.

9 Dominus diluuiū inhabitare facit: ⁊ ſedebit dominus rex in eternum.

10 Dominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace.

domini in magnificentia.

Vox domini confringentis cedros\ ⁊ confringet dominus cedros libani: ⁊ cōminuet eas tanq̄ vitulum libani\ et dilectus ſicut filius vnicornuorum.

Vox domini intercidētis flāmā ignis\vox domini cōcutiētis ſolitudinē: ⁊ cōmouebit dn̄s deſertū caddes.

Vox domini preparantis ceruos\et reuelabit condenſa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitat: et ſedebit domin⁹ rex in eternum.

Domin⁹ virtutem populo ſuo dabit: et benedicet populum ſuum in pace.

Vox domini confringens cedros: et confringet dominus cedros libani.

Et diſperget eas quaſi vitulus libani: et ſarion quaſi filius rhinocerotis.

Vox domini diuidēs flāmas ignis\vox domini parturire faciens deſertū: parturire faciet dominus deſertum caddes.

Vox domini obſtetricans ceruis et reuelans ſaltus ⁊ in templo eius omnis loq̄tur gloriam.

Dominus diluuium inhabitat: et ſedebit domin⁹ rex in eternum.

Dn̄s fortitudinem populo ſuo dabit: dn̄s benedicet populo ſuo in pace.

TITULUS. Pſalmus dauid. cāticū de Chriſto ſecundū diuinitatē. ꝓpheta loq̄tur in ſpiritu.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Afferte dn̄o filij dei: afferte dn̄o filios arietum. adducite fi=
2 lij regenti: inducite in eccleſiam filios ex doctrina apoſtolorum et prophetarum. Afferte domīo glo
riam et honorem/ afferte domino gloriā nomini eius: adorate dominū in atrio ſancto eius. adducite
qui dominū glorificent et honorent/ adducite qui glorificent nomen dn̄i: adorate patrē in ſpiritu pu=
3 ro. Vox domini ſuper aquas/ deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas. verbum do
mini ſuper aquas in ſanctificationem regenerationis/ deus pater per filium ſuum locutus eſt: domi=
4 nus ſuper populos multos per agnitionem ſui. Vox domini in virtute: vox domini in magnificen=
5 tia. verbū dei omnipotēs ⁊ efficax: v̄bū dei in perfecto decore. Vox dn̄i cōfrigētis cedros: et confrin
get dn̄s cedros libani. verbū dn̄i cōfringens altitudines poteſtatū: ⁊ cōteret Chriſtus dn̄s regnum
6 et principatus iudee. Et cōminuet eas tanq̄ vitulū libani: et dilect⁹ quēadmodū filius vnicorniū. ⁊
verbū dn̄i conteret altitudines principatuū per imolationē ſuam tanq̄ is qui vt vitul⁹ immolatus
7 eſt in iudea: et vt dilectus vnice patri/ ceu filius vnicornium. Vox domini intercidentis flammam
ignis/ vox dn̄i concutientis deſertum ⁊ cōmouebit dn̄s deſertū caddes. verbum domini diſpertiēs
ſpiritum ſanctum in linguis igneis/ verbum dn̄i ſteriles animos pena et dolore afficiens vt operen=
8 tur bonum: et concutiet Chriſtus dn̄s ſteriles iudeos quibus lex ſancta data eſt ī caddes. Vox dn̄i
preparantis ceruos et reuelabit cōdenſa: et in templo eius omnes dicent gloriā. verbū dn̄i ſpiritua=
les ⁊ ad alta mente conſcēdētes/ a pena liberās ⁊ dolore/ ⁊ manifeſtabit eis ſaltus et tuta in quibus
9 ſe ſaluent loca: ⁊ illi vniuerſi in mēte ſua glorificabūt eū. Dn̄s diluuiū inhabitare facit: et ſedebit do
minus rex in eternū. Chriſtus dn̄s inhabitabit mentes per aquas dilutas ⁊ ſaluatas: ⁊ Chriſtus do
10 minus ſedebit in throno cum patre/ rex omniū in perpetuū. Dominus virtutem populo ſuo dabit:
dn̄s benedicet populo ſuo in pace. Chriſtus dn̄s populo ſuo/ quē per alluuia aquaꝝ ſaluauit/ robur
elargietur ⁊ vigorē quo multiplicabitur/ creſcet et augebitur. Chriſt⁹ dn̄s benedictionem dabit po=
pulo ſuo/ populo regenerato/ in ſpirituali mentis quiete et tranquillitate.
ADUERTE. Quinto verſu. vox dn̄i ꝯfringentis cedros: rectius vt ex hebreo ꝯfringens. q̄cūq̄ eis q̄
filius facit: eadem dicatur ⁊ pater facere/ ⁊ contra. ⁊ dn̄i primo loco: nota patris eſt. ſecūdo vero lo=
co ⁊ dominus confringet cedros libani: nota filij. explicat eni ſpecialiter/ quod prius dictū eſt: vox
dn̄i confringens cedros. vox eni dn̄i hic: de qua propheta: ea eſt de qua et pſalmo 94 verſu 8 habe=
tur. que et alibi ſermo dicit̄. vt hic. cū eni quietum ſilentium cōtinet omnia/ et nox in ſuo curſu medi=
um iter haberet: omnipotens ſermo tuus dn̄e exiliens de celo a regalibus ſedibus / dur⁹ debellator
in mediā exterminij terrā proſiliuit. ¶ Sexto verſu. ⁊ cōminuet eas tanq̄ vitulum libani: ex hebreo

Ayuntamiento de Madrid

dicendũ videtur tanq̃ vitulus. nã vox dñi (que et verbũ et filius) vitulo cõparatur: ob imolationem ſuam factam in cruce / per quam principatus et poteſtates deſtruxit. adde quod et copulatio et dilectus: idẽ innuere videtur. ¶ In eodẽ ſexto verſu. vt filius vnicorniũ: ex hebreo quaſi filius rhinocerotis. vbi nõ de vnicorne ſed de rhinocerote id eſt naricorne expreſſũ eſt. nã vnicornis in malam partem ex pſalmo 21 capi ſolet: at naricornis hic in bonã partẽ. q̃ ex hiſtorijs pugnat aduerſꝰ elephantẽ et necat: qui in ſacris litteris Behemoth appellatur / et per quẽ figuratur diabolus. et ex hoc loco ſingularem quendã et precipuũ amorem gerere noſcuntur rhinocerotes ad fetus ſuos: vt is amor dilectioni celeſtis patris ad filium ſymbolice cõparetur. Necq̃ vnicornẽ et rhinocerotem idem animal eſſe crediderim: ſi vnicornis ab vnico cornu dicatur. nã rhinoceros q̃ et naricornis: duo gerit. vnum in nare et alterũ quod ſuperne erũpit exiguũ quidẽ / ſed (vt volũt) validiſſimũ: vt de quo ſcribaſ. Naq̃ grauẽ cornu gemino ſic extulit vrſũ: Iactat vt ĩpoſitas taurꝰ in aſtra pilas. At (authore Plinio) mionoceros id eſt vnicornis: vnico cornu eſt / media frõte cubitorũ duorꝫ eminẽte. ¶ Septio verſu. vox domini intercidentis flammã ignis / vox domini concutientis: rectius ex hebreo intercidens et concutiens / et intelligentia prõptior. et vt in quinto verſu: ita vt hic domini pro patre / et dominus pro filio deſumitur. ¶ Octauo verſu. vox domini preparantis ceruos: rectius preparãs ex hebreo. qđ etiam et hoc loco grecus codex habet vbi dicit. Φωρη κυριου κατ αρτιζομ ερη id eſt vox domini preparans et non preparantis. et aptius etiam diceretur ceruas. nam quod ſuperiore verſu dicitur concutiens et cõmouebit: ex hebreo reſpondet parturire faciens et parturire faciet. quod ſignificat faciens et faciet eſſe in dolore pariendi. et quod hic dicitur preparans: ex hebreo reſpondet obſtetricans. quod ſignificat adiuuans partum / et ſoluens a dolore pariendi. quod quidem ad ceruas: non ad ceruos ſpectat. et mirifice de parturitione et partu continuatur ſermo ex hebreo. Et ex hiſtoria cognoſcuntur cerue hanc habere proprietatem. vt facilem partum habeant. ſi quidem ante partum ſe purgant herba quadam que ſeſelis dicitur: et ita faciliore vtuntur vtero. et a partu duas herbas ſumunt: que aros et ſeſelis appellantur / omni ex parte et precedentes et ſubſequentes leuantes dolores. ſed quis hanc obſtetricationem ceruas edocuit: niſi verbum domini / per quod condita ſunt vniuerſa / et mirificis ſapientie ſue veſtigijs obſignata: inſuper cerue editos partus exercent curſu: et fugam meditari docent. ad prerupta ducunt: ſaltumq̃ (vt dicit hiſtoria) monſtrant. et quis hec monſtrauit / quis edocuit: niſi verbum dei artifex omnium? et huic alludit quod continuo ſubiungitur / et reuelabit condenſa: vbi ex hebreo et reuelans ſaltus. Et cum Hieronymus dicit obſtetricãs ceruis: certum eſt feminas intelligere / etſi ceruis ad ceruos et ceruas commune ſit. Et cum grecꝰ codex habet Φωρη κυριου κατ αρτιζομ ερη ελαφουσ: eque ceruas vt ceruos vti potuiſſet. nã ελαφοσ promiſcui generis eſt ad ceruum aut ceruam ſignificandam. et re vera ceruas erat vertẽdum. ¶ Nono verſu et decimo. dominus pro filio dicitur. et rectius ex hebreo dici videtur inhabitat: q̃ habitare facit. ſiquidem ipſe per ſe dignatur mentes purificatas / et alluuione aquarum ſanctificatas inhabitare: cui cum eterno patre et ſancto ſpiritu / ſit omnis honor in ſempiterna ſecula. Amen.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmꝰ cãtici in dedicatiõe domꝰ Dauid. XXIX | ¶ Pſalmꝰ cãtici ĩ dedicatiõe domꝰ Dauid. XXIX | ¶ Pſalmꝰ cãtici ad dedicationẽ domꝰ dauid. XXX |
| 1 | Exaltabo te domine quoniã ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me. | Exaltabo te domine quoniã ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me. | Exaltabo te domine quoniã ſaluaſti me: et nõ dilataſti inimicos meos ſuper me. |
| 2 | Domine deꝰ meus clamaui ad te: et ſanaſti me. | Domine deus meus clamaui ad te: et ſanaſti me. | Domine deus meus clamaui ad te: et ſanaſti me. |
| 3 | Domine eduxiſti ab inferno animã meã: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum | Domine abſtraxiſti ab inferis animã meam: ſaluaſti me a deſcendentibꝰ in lacũ. | Domine eduxiſti ex inferno animã meã: viuificaſti me ne deſcenderem in lacũ. |
| 4 | Pſallite domino ſancti eius: et confitemini memorie ſanctitatis eius. | Pſallite domino ſãcti eiꝰ: et confitemini memorie ſãctitatis eius. | Cãtate domino ſancti eiꝰ: et confitemini memorie ſanctitatis eius. |
| 5 | Qm̃ ira in indignatione eiꝰ: et vita ĩ volũtate eius. | Qm̃ ira in indignatione eiꝰ: et vita ĩ volũtate ipſiꝰ. | Qm̃ ad monumẽtũ eſt ira eiꝰ et vita ĩ repropiciatõe eiꝰ |
| 6 | Ad veſperum demorabi- | Ad veſperum demorabi- | Ad veſperum commora- |

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | tur fletus: ⁊ ad matutinū letitia. | tur fletus: et ad matutinum letitia. | bitur fletus: ⁊ in matutino laus. |
| 7 | Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum. | Ego autē dixi in mea abūdantia: non mouebor in eternum. | Ego autem dixi in abundantia mea: non commouebor in ſempiternum. |
| 8 | Domine in volūtate tua p̄ſtitiſti decori meo virtutem | Domine in bona volūtate tua preſtitiſti decori meo virtutē: | Domine in volūtate tua ſtatuiſti monti meo fortitudinem: |
| 9 | Auertiſti faciē tuā a me: ⁊ factus ſum conturbatus. | auertiſti faciem tuā a me\ ⁊ factus ſum cōturbat⁹ | abſcondiſti faciē tuā a me\ ⁊ factus ſū cōturbat⁹. |
| 10 | Ad te dn̄e clamabo: et ad deum meum deprecabor. | Ad te domine clamabo: et ad deū meū deprecabor: | Ad dominū clamabo: ⁊ dominum deprecabor. |
| 11 | Que vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendero in corruptionem? | que vtilitas in ſāguine meo\ dū deſcendo in corruptionem? | Que eſt vtilitas in ſanguine meo: cum deſcēdero ī corruptionem? |
| 12 | Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam? | Nunquid confitebitur tibi puluis: aut ānūciabit veritatem tuam? | Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam? |
| 13 | Audiuit dominus et miſertus eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus. | Audiuit dominus et miſertus eſt michi: domin⁹ factus eſt adiutor meus. | Audi domine et miſerere mei: dn̄e eſto adiutor. |
| 14 | Conuertiſti planctū meum in gaudium michi\conſcidiſti ſaccū meum: et circundediſti me letitia. | Conuertiſti planctū meum in gaudiū michi \ conſcidiſti ſaccum meum \ et precinxiſti me letitia: | Conuertiſti planctū meum in chorum michi ſoluiſti ſaccum meum: et accinxiſti me letitia. |
| 15 | Ut cātet tibi gloria mea et nō cōpungar dn̄e deus me⁹ in eternum confitebor tibi. | vt cantem tibi gloria mea et non compungar. Domine deus me⁹: ī eternum confitebor tibi. | Ut laudet te gloria: ⁊ non taceat. Domine deus meus: in ſēpiternum confitebor tibi. |

TITULUS. Pſalmus cantici pro dedicatione domus Dauid. pſalmus letitie pro īmutatione/
pro innouatione corporis Chriſti in immortalem gloriam. Pſalmus de Chriſto dn̄o. Propheta in
ſpiritu inducit Chriſtum ad patrem.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exaltabo te dn̄e quoniā ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos
meos ſup me. magnificabo te pater ſupimmēſe/ quia ſaluaſti/ quia ſuſcitaſti me: nec affeciſti diu vo=
2 luptati iudeos ⁊ ſpiritus nequitiaꝝ ſup mea morte. Dn̄e deus meus clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me. vo
3 ciferaui ad te pater eterne: ⁊ ſuſcitaſti me. Dn̄e eduxiſti ab inferno animā meā: ſaluaſti me a deſcendē
tibus in lacū. reuocaſti eterne pater animā meā de inferorū ergaſtulo in regionē ſuperam. de morte ī
4 vitam: eripuiſti me a damnatione eoꝝ/ qui demergūtur in inferni profundū. Pſallite domino ſancti
eius: et confitemini memorie ſanctitatis eius. laudate puri/ mundi ⁊ incontaminati patrem celeſtem:
5 habete memoriam ſanctificationis eius/ qua me ſuſcitauit ⁊ vos ſanctificauit. Quoniā ira in īdigna=
tione eius: ⁊ vita in voluntate eius. confitemini memorie ſanctificationis eius/ quoniam pater iraſci
6 non vult: ⁊ vt me ſuſcitauit/ ita et vos in vitam ſuſcitare vult eternā. Ad veſperū demorabitur flet⁹
et ad matutinū letitia. in occaſu terrene vite triſtitia occupabit: et excitatione a ſomno mortis facta/
7 gaudiū manebit ſempiternū. Ego autē dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum. ego dixi ī
8 plenitudine diuinitatis qua cū vnitus ſū: non diſſociabor/ non ſeparabor in perpetuum. Domine in
voluntate tua: preſtitiſti decori meo virtutem. eterne pater ſecundū bone volūtatis tue placitū: vniſti
9 humanitati mee verbū tuū/ ſapientiā tuā et virtutē. Auertiſti faciē tuam a me: ⁊ factus ſū cōturbat⁹
abſentaſti parumper teipſum/ tuam diuinitatem et me michi reliquiſti: ⁊ in triſtitia et in deſolatiōe ſū
10 abſorpt⁹. Ad te dn̄e clamabo: et ad deū meū deprecabor. ad te pater vociferabo: ⁊ ad te patrem de
11 um meū p̄ce mea cōteſtabor. Que vtilitas in ſanguine meo: dū deſcēdero in corruptionem? quid af=
12 feret fructus mors mea/ et ſanguinis effuſio: ſi vt ceteri homines morte reſoluar in cinerē? Nūquid
confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatē tuā? nūquid cinis laudes tuas concinet: aut annun



Ayuntamiento de Madrid

elabit populis verbũ tuũ/et ſapiẽtiam tuam? Audiuit dominus et miſertus eſt mei: dñs factus eſt 13
adiutor meus. pater exaudiuit me/miſericordiã ſuã largitus: pater factus eſt auxiliator meus. Cõ= 14
uertiſti planctum meũ ĩ gaudiũ michi/conciſiſti ſaccũ meum: ⁊ circundediſti me leticia. tu pater con
uertiſti meſticiã meã in conſolationem/abſtuliſti mortalitatẽ: et induiſti me immortalitate ⁊ leticia ſẽ
piterna. Ut cantet tibi gloria mea et non compungar: dñe deus meus in eternum confitebor tibi. ſic 15
pater immenſe circundediſti me leticia/ vt te laudare teneatur immortalitas mea/ neq; me vnq; peni
teat: pater eterne deus meus in perpetuum pſallam tibi/laudabo te ſine fine.
ADUERTE. Circa titulũ. Cum quippiã de non ſacro fit ſacrũ/de innobili nobile et glorioſum/
de mortali imortale/de paſſibili impaſſibile/de corruptibili incorruptibile: id dedicatio/innouatio/
et imutatio dicit. qð greci ενκαινισμον id eſt dedicationẽ et inouationẽ etiam dicunt. ενκαινιζω
enim innouo ſignificat. hinc illud intelligitur: quod deifer Paulus ad Corinthios ait. omnes quidẽ
reſurgemus: ſed nõ omnes immutabimur. quomodo enĩ imutabuntur/dedicabuntur innouabunt q;
ij quorum corpora non ſancta/non fient ſancta/ ⁊ ignobilia/glorioſa non fient et nobilia/et mortalia/
non fient immortalia. que enim ſemper in morte erunt: quo pacto immortalia ſunt? et que in infinibi=
li pena/ſempiternoq; tormento: quo modo impaſſibilia? ⁊ ſolum eorum qui in reſurrectione Chriſti=
formes erunt: corpora dedicabuntur/innouabunturq; atq; imutabuntur. ¶ Tertio verſu. Quod di=
citur in tralatione hebraica viuificaſti me ne deſcenderem in lacum: non negat deſcenſum ad inferos
nam prima particula dicens. domine eduxiſti de inferno animam meam: teſtatur deſcenſum. qui
enim fit vt educatur/extrahaturq; quiſpiam de ſpelunca: qui in eam non deſcenderit? ſed dicit viui=
ficaſti me/ſuſcitaſti me/ innouaſti vitam meam: ne deſcendiſſem in lacum / vt infeliciſſimi hominum
qui in eam cum deſcendunt non amplius viuificantur. quod alij expreſſerunt dicentes: ſaluaſti me
a deſcendentibus in lacum. ¶ Octauo verſu. preſtitiſti decori meo virtutem: ex hebreo ſtatuiſti mõ=
ti meo fortitudinem. per quod deifica Chriſti humanitas oſtenditur. eſt enim lapis ille abſciſus de
monte ſine manibus: qui (vt inquit Daniel propheta) factus eſt mons magnus / et impleuit totam
terram. et de quo pſalmo. 67. mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo: etenim dominus ha
bitabit in finem.

¶ In finẽ ps Dd. XXX.

1 IN te dñe ſperaui non
cõfundar ĩ eternum:
in iuſticia tua libera me.
2 Inclina ad me aurẽ tuã:
accelera vt eruas me.
3 Eſto michi in deum prote
ctorem \ et in domum refu=
gij: vt ſaluum me facias.
4 Quoniam fortitudo mea
et refugium meum es tu: et
propter nomen tuum dedu
ces me et enutries me.
5 Educes me de laqueo hoc
quem abſconderunt michi:
qm̃ tu es protector meus.
6 In manus tuas commen
dabo ſpiritũ meũ: redemiſti
me domine deus veritatis.
7 Odiſti obſeruantes vani=
tates: ſuperuacue.
8 Ego autem in domino ſpe
raui: exultabo et letabor in
miſericordia tua.
9 Quoniã reſpexiſti humili

¶ In finẽ ps Dd. XXX.

IN te domine ſperaui
non confundar ĩ eter=
num: in tua iuſticia libera
me et eripe me.
Inclina ad me aurẽ tuã:
accelera vt eripias me.
Eſto michi in deum prote
ctorem \ et in locum refugij:
vt ſaluum me facias.
Qm̃ firmamẽtũ meum et
refugium meum es tu: et p
pter nomen tuum dux mi=
chi eris et enutries me.
Et educes me de laq̃o iſto
quẽ occultauerũt michi: qm̃
tu es ptector me⁹ dñe ĩ ma
nus tuas ꝯmẽdo ſpm̃ meũ.
Redemiſti me domine de
us veritatis: odiſti obſeruã
tes vanitatem ſuperuacue.
Ego autem in domio ſpe=
raui: exultabo et letabor in
tua miſericordia.
Quia reſpexiſti humili=

Uictori ps Dd. XXXI.

IN te domine ſperaui
nõ cõfundar ĩ eternũ:
in iuſticia tua ſalua me.
Inclina ad me aurem tu=
am: velociter libera me.
Eſto michi in lapidem for
tiſſimum \ ⁊ in domum mu
nitam: vt ſalues me.
Quia petra mea et muni=
tio mea tu es: et propter no
men tuum dux meus eris \
et enutries me.
Educes me de reti quod
abſconderunt michi: quia
tu fortitudo mea es.
In manu tua commẽda=
bo ſpiritum meũ: redemiſti
me dñe deus veritatis.
Odiſti: cuſtodientes vani
tates fruſtra.
Ego autem in dño confi=
ſus ſum: exultabo ⁊ letabor
in miſericordia tua.
Quia vidiſti afflictionem

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

tatem meam: ſaluaſti de ne
ceſſitatibus animam meã.
10 Nec concluſiſti me in ma=
nibus inimici: ſtatuiſti ĩ lo
co ſpacioſo pedes meos.
11 Miſerere mei dñe quoniã
tribuloꝛ: conturbatus eſt in
ira oculus meꝰ\anima mea
et venter meus.
12 Quoniam defecit in dolo
re vita mea: et anni mei in
gemitibus.
13 Infirmata eſt in pauper=
tate virtus mea: ⁊ oſſa mea
conturbata ſunt.
14 Super omnes inimicos
meos factus ſum oppꝛobꝛi=
um vicinis meis valde: ⁊ ti
moꝛ notis meis.
15 Qui videbãt me\foꝛas fu
gerunt a me: obliuioni da=
tus ſũ tãq̃ moꝛtuꝰ a coꝛde.
16 Factus ſum tanq̃ vas ꝑ=
ditum: quoniam audiui vi
tuperationem multoꝛũ cõ=
moꝛantium in circuitu.
17 In eo dũ ꝯuenirent ſimul
aduerſum me: accipere ani=
mam meam cõſiliati ſunt.
18 Ego autem in te ſꝑaui do
mine\dixi deꝰ meꝰ es tu: in
manibꝰ tuis ſoꝛtes mee.
19 Eripe me de manu inimi
coꝛum meoꝛum: et a perſe=
quentibus me.
20 Illuſtra faciem tuam ſup
ſeruum tuum\ſaluum me
fac in miſericoꝛdia tua do=
mine non confundar quo=
niam inuocaui te.
21 Erubeſcant impij et dedu
cantur in infernum: muta
fiant labia doloſa.
22 Que loquũtur aduerſus
iuſtum iniquitatem: in ſu=
perbia et in abuſione.

**ROM.**

tatẽ meã\ſaluã feciſti de ne
ceſſitatibꝰ aĩam meam: nec
cõcluſiſti me ĩ manu ĩimici
Statuiſti in loco ſpacioſo
pedes meos: miſerere michi
dñe quoniam tribuloꝛ.
Conturbatus eſt in ira o=
culus meus: anima mea et
venter meus.
Quoniam defecit in dolo
re vita mea: et anni mei in
gemitibus.
Infirmata eſt in pauper=
tate virtus mea: et oſſa mea
conturbata ſunt.
Super omnes inimicos
meos factus ſum oppꝛobꝛi=
um vicinis meis nimium:
et timoꝛ notis meis.
Qui videbant me foꝛis fu
giebant a me: excidi tãquã
moꝛtuus a coꝛde: et factus
ſum ſicut vas perditum.
Quoniam audiui vitupe
rationem: multoꝛum circũ
habitantium.
In eo dũ cõgregarent oẽs
ſimul aduerſũ me: vt accipe=
rent aĩam meã cõſiliati ſũt.
Ego vero ĩ te ſꝑaui dñe
dixi tu es deus meꝰ: in ma=
nibus tuis tempoꝛa mea.
Libera me et eripe me de
manibus inimicoꝛũ meoꝝ:
et a perſequentibus me.
Illumina faciẽ tuã ſuper
ſeruum tuum\et ſaluum
me fac in tua miſericoꝛdia
domine non cõfundar quo
niam inuocaui te.
Erubeſcant impij ⁊ dedu
cantur in infernum: muta
efficiantur labia doloſa.
Que loquũtur aduerſus
iuſtum iniquitatem: in ſu=
perbia et contemptu.

**HEB.**

meam: et cognouiſti tribu=
lationes anime mee.
Et non concluſiſti me in
manibus inimici: poſuiſti
in latitudine pedes meos.
Miſerere mei domine qm̃
tribuloꝛ: caligauit in furo=
re oculus meꝰ\anima mea
et venter meus.
Quia cõſumpte ſunt ĩ me
roꝛe vite mee: ⁊ anni mei in
gemitu.
Infirmata eſt ĩ iniquita=
te foꝛtitudo mea ⁊ oſſa mea
contabuerunt.
Apud omnes hoſtes me=
os factus ſum oppꝛobꝛium
et vicinis meis nimis: et ti
moꝛ notis meis.
Qui videbant me in plate
is fugiebant me\obliuioni
traditus ſum quaſi moꝛtu
us a coꝛde: factus ſum qua
ſi vas perditum.
Audiui enim oppꝛobꝛiuꝫ
multoꝛum: congregationẽ
in circuitu.
Cum inirent conciliũ ad=
uerſum me: et vt auferrent
aĩam meam cogitauerunt.
Ego autem in te ſperaui
dñe\dixi deus meus es tu:
in manu tua tempoꝛa mea.
Libera me de manu ĩimi=
coꝛum meoꝛum: ⁊ perſequẽ
tium me.
Oſtende faciem tuam ſup
ſeruũ tuũ ſalua me ĩ miſeri
coꝛdia tua: domine ne con=
fundar quia inuocaui te.
Confundãtur impii et ta
ceant in inferno\muta fiãt
labia mendacij.
Que loquũtur contra iu=
ſtum vetera: in ſuperbia et
deſpectione.



Ayuntamiento de Madrid

## GALL.

23 Quã magna multitudo
dulcedinis tue dñe: quam
abſcondiſti timentibus te.
24 Perfeciſti eis q̃ ſperãt ĩ te:
in conſpectu filiorũ hoĩm.
25 Abſcondes eos in abſcon-
dito faciei tue: a conturba-
tione hominum.
26 Proteges eos in taberna-
culo: a contradictione lin-
guarum.
Benedictus dñs quoniã
27 mirificauit miam ſuam mi
chi: in ciuitate munita.
28 Ego autem dixi in exceſſu
mentis mee: ꝓiectus ſum
a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudiſti vocẽ orati
29 onis mee dũ clamarẽ ad te.
30 Diligite dominum omẽs
ſancti eius \ quoniam veri-
tates requiret dominus: et
retribuet abundanter faciẽ
tibus ſuperbiam.
31 Viriliter agite et conforte
tur cor veſtrum: omnes qui
ſperatis in domino.

## ROM.

Quã magna multitudo
dulcedĩs tue dñe \ quã abſcõ
diſti timentibꝰ te: ⁊ ꝑfeciſti
eã ſperãtibus ĩ te \ in conſpe
ctu filiorum hominum.
Abſcondes eos in abſcon
dito vultus tui: a conturba
tione hominum.
Proteges eos in taberna-
culo tuo: a contradictione
linguarum.
Benedictus dñs: quoniã
mirificauit miſericordiam
ſuã in ciuitate circũſtantie.
Ego autem dixi in pauo-
re meo: ꝓiectus ſum a vul-
tu oculorum tuorum.
Ideo exaudiſti vocem de-
precationis mee: dum cla-
marem ad te.
Diligite dñm oẽs ſcti eiꝰ \
qm̃ veritatẽ requiret dñs:
et retribuet ijs qui abũdan
ter faciunt ſuperbiam.
Viriliter agite et conforte
tur cor veſtrum: omnes qui
ſperatis in domino.

## HEB.

Quam multa eſt bonitas
tua \ qnam abſcondiſti ti-
mentibus te: operatꝰ es ſpe-
rantibus in te \ in conſpectu
filiorum hominum.
Abſcõdes eos in protectio
ne vultꝰ tui: a duritia viri.
Abſcondes eos in vmbra:
a cõtradictione linguarum
Benedictus dominus qui
mirabilem fecit miſericor-
diam ſuam michi: in ciuita
te munita.
Ego autem dixi in ſtupo-
re meo: ꝓiectus ſum de con-
ſpectu oculorum tuorum.
Ergo ne audiſti vocem de
precationis mee: cum cla-
marem ad te?
Diligite dominum omẽs
ſancti eius \ fideles ſeruat
dominus: et retribuet ijs
qui ſatis operantur ſuper-
biam.
Confortamini et robore-
tur cor veſtrum: omnes qui
expectatis dominum.

TITULUS. Ad victoriã pſalmus David. Pſalmus de Chriſto dño ĩducit ꝓpheta Chriſtũ do
minum ſecundum diſpenſationem carnis aſſumpte: patris auxilium implorantem.
EXPOSITIO CONTINUA. In te dñe ſperaui nõ cõfundar in eternũ: in iuſticia tua libe 1
ra me. ĩ te pater cõfiſus ſum nõ erubeſcã / nõ cõfuſione operiar in perpetuũ: in eq̃tate tua / ĩ iuſto tuo
iudicio ab ĩpendentibus malis erue me. Inclina ad me aurẽ tuã: accelera vt eruas me. ꝓbe te preci 2
bus meis exorabilẽ: feſtina vt liberes me. Eſto michi in deum ꝓtectorem et in domũ refugij: vt ſal- 3
uum me facias. eſto michi in murũ munitiſſimum ⁊ in aſylũ: vt me ſalues. Quoniã fortitudo mea et 4
refugium meũ es tu: ⁊ propter nomẽ tuũ deduces me ⁊ enutries me. eſto michi protectio et refugij
portus / quoniam tu eterne pater robur meũ et confugiũ meum es: ⁊ quia tu pater es / et bonus / ⁊ tu
miſericors / liberabis me et fouebis me. Educes me de laqueo hoc quẽ abſconderũt michi: quoniã 5
tu es protector meus. expedies / liberabis me de retiaculo mortis / quẽ occulte et per inſidias inten-
tarunt michi: quoniã tu pater / es defenſor meus. In manus tuas dñe cõmendo ſpiritum meũ: rede- 6
miſti me dñe deus veritatis. ego moriens et tradens ſpiritũ / illũ in manuũ tuarũ cuſtodia / in iuſtitia
et miſericordia tua cõmitto: me a peccato preſeruaſti dñe deus / pater verax. Odiſti obſeruantes va- 7
nitates: ſuperuacue. peroſus es vanitatibus inſiſtentes / et que ſunt legi tue ⁊ ſaluti ſue aduerſa: neq̃
eis quicquam poſſunt prodeſſe. Ego autem in domino ſperaui: exultabo et letabor in miſericordia 8
tua. ego autẽ in deo patre meo veraci fiduciã meam repoſui: gaudebo ⁊ exhilarabor in ea quam mi-
chi ⁊ meo generi exhibiturus es / miſeratione tua. Quoniam tu reſpexiſti humilitatẽ meam: ſaluaſti 9
de neceſſitatibus animã meã. quoniã attendiſti humiliationẽ ⁊ abiectionẽ michi inflictã: liberaſti de
anguſtijs et ergaſtulo mortis vitã meã. Nec cõcluſiſti me in manibꝰ inimici: ſtatuiſti in loco ſpacio- 10
ſo pedes meos. nec coartaſti aĩam meã in poteſtate inimici / principis mundi huius / aduerſarij mei:
poſuiſti motus meos / vias meas (procul hoſte repulſo) ſpacioſas ⁊ amplas. Miſerere mei domine 11
quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus / anima mea et venter meus. pater miſericors

Ayuntamiento de Madrid

pater propicie/ cōpatere michi quoniā anguſtia premor videns vltiones tuas apud inferos: cōmotꝰ
eſt in viſione mulcte illius mentis mee aſpectus/ ſpiritus meus in ſpectaculo illo conturbatus eſt/ et
12 tota viriū mearū capacitas. Quoniam defecit in dolore vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus. tribulor ⁊
anguſtia premor/ quia pro miſeris hominibus ſaluandis/ ſublata eſt in meſtitia anima mea: et etas
13 mea ſublata eſt ī luctibꝰ. Infirmata eſt in pauptate virtus mea: ⁊ oſſa mea conturbata ſunt. et fortitu
do mea multitudine peccatorū hominū debilitata eſt/ ⁊ inferior apparet (vt q̄ pleroſqꝫ non redimat)
14 paſſio mea: et vires mee ſunt ꝯquaſſate. Sup oēs inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis me
is valde: et timor notis meis. apud vniuerſos aduerſarios meos pontifices/ ſcribas et phariſeos op
probrio et irriſioni datus ſum / valde factus ſum ſcandalum iudeis inter quos natus ſum: et factus
15 ſū formido ⁊ pauor apoſtolis ⁊ diſcipulis meis. Qui videbant me foras fugerūt a me: obliuiōi datꝰ
ſū tanqꝫ mortuꝰ a corde. noti mei q̄ intuebātur me ab hoſtibꝰ cōprehēſum ⁊ imaniter attrectatū/ ꝓcul
16 a me fugā corripuerūt: ex mēte eorū excidi/ vt is cuiꝰ nulla āpliꝰ ſubit recordatio. Hactꝰ ſū tāqꝫ vas
perditum: quoniā audiui vituperationē multorū cōmorantiū in circuitu. exiſtimatus ſum funditus
periiſſe vt fictile confractū ⁊ irrecuperabile: quoniā patuerūt michi improperia vndiqꝫ congregato-
17 rum conſpirantium in me. In eo dū cōuenirent ſimul aduerſū me: accipere animā meam conciliati
18 ſunt. eo vſqꝫ dū conſentirēt ſimul contra me: conſiliū inierunt vt auferrent vitā meā. Ego autem ī te
ſperaui dn̄e/ dixi deus meus es tu: in manibus tuis ſortes mee. ego in te confidi O pater eterne/ in-
19 uocaui te deū patrē: proteſtatus ſū in poteſtate tua eſſe fatū meū/ viteqꝫ imperium. Eripe me de ma
nu inimicorū meorū. et a perſequentibus me. hi tres ſequētes verſus adhuc reſpiciūt ſuperiorē par
ticulam dixi. dixi pater libera me de poteſtate hoſtiū meorū: ⁊ ab iis qui infeſtant me ⁊ perſecutioni-
20 bus affligunt me. Illuſtra faciem tuā ſuper ſeruū tuū/ ſaluū me fac in miſericordia tua dn̄e: non con-
fundar quoniam inuocaui te. dixi reſplendeat facies tua ſuper me/ qui tuus ſeruꝰ ſum/ ſaluet me mi-
21 ſeratio tua: non obruar confuſione/ quia pater eterne inuocaui te. Erubeſcāt impii et deducantur in
infernū: muta fiant labia doloſa. dixi confundantur ſcelerati qui in te delinquunt/ qui te cōtemnunt/
22 et deuoluantur in barathrū: elinguia fiant ora mendacia. Que loquuntur aduerſus iuſtum iniquita
tem: in ſuperbia et abuſione. muta fiant/ elinguia ⁊ conticentia ora que aſtruūt cōtra innocentem mē
23 dacium/ et falſa impingūt crimina: in elatione animi ſui/ contēptu/ atqꝫ paruipenſione. Quamma-
gna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quā abſcondiſti timētibus te. hic ſermo ſecūdū ſe intelligitur/ nō
ſuperiora reſpiciens/ ſed futurorū ſanctorū ⁊ martyrū prophetiā continens/ quāta eſt copia ſuauiſſi-
me bonitatis tue pater imenſe: quā in theſauris tuis reconditā ſeruas iis/ qui in timore et reuerentia
24 obſeruāt/ colūt et venerantur te. Perfeciſti eis qui ſperant in te: in conſpectu filiorū hominū. quāta
copia ſuauitatis tue/ quā preparaſti iis qui confidūt in te/ videntibus etiā peccatoribus ⁊ perſecuto
25 ribus eorū. Abſcondes eos in abſcondito faciei tue: a conturbatione hominū. ꝓteges eos ī ſecreto
26 benignitatis tue: a ſeuitia perſecutorū. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione liguarū.
27 tutaberis eos in vmbraculo ꝓtectionis tue: a ſermonibus cōtradicētiū. Benedictus dn̄s qm̄ mirifi-
cauit miſericordiā ſuā michi: in ciuitate munita. benedictus pater meus / quia mirabilē largitus eſt
28 miſerationē ſuā michi: in celeſti hieruſalē/ in ciuitate inexpugnabili/ fortiſſima/ ⁊ tutiſſima. Ego au-
tem dixi in exceſſu mētis mee; proiectus ſum a facie oculorū tuorū. ego dixi O pater eterne/ in trāſi-
29 tu meo/ in paſſione mortis mee derelictū me eſſe a te. Ideo exaudiſti vocē orationis mee: dum cla-
marem ad te. hanc ob humiliationē acceptaſti precē meam: dum orarem ad te / ita ⁊ meos in exceſſu
30 ſuo humiliatos et derelictos/ exaudies dū clamabunt ad te. Diligite dominum omnes ſancti eius/
quoniā veritatē requiret dn̄s: ⁊ retribuet abundāter facientibus ſuperbiā. amplectimini tota chari-
tate patrē/ omnes pure victuri/ quoniā veracē vitā examinabit pater meus: et vlciſcetur abundāter
31 in eos/ qui in contēptu et ſuperbia viuunt. Viriliter agite ⁊ confortetur cor veſtrū: oēs qui ſperatis
in dn̄o. fortiter dimicate/ ſuſtinete/ iualeſcite ſpiritu: oēs qui ſpem veſtrā collocatis ī deo patre meo.
ADVERTE. Tercio verſu. eſto michi in deum ꝓtectorē: ex hebreo eſto michi in lapidem fortiſſi
mum. quod quarti verſus vtrobiqꝫ principiū reſpicit. illic quoniā fortitudo mea: hic quia petra mea
vt illic particula ⁊ in domū refugii/ reſpicit ⁊ refugiū meū: ⁊ hic particula ⁊ in domum munitam/ re-
ſpicit et munitio mea. lex igitur analogie poſcebat vt diceretur: eſto michi in lapidem aut in deū for-
tiſſimum. ſed interpretes primum mutātes metaphorā: pariter ⁊ proportionē confuderūt. relinquē-
tes autē ſecundā: ſeruauerūt ⁊ proportionē. ſi enī ſeruare ſtuduiſſent in conuerſione/ interpretatione
qꝫ ſua/ dixiſſent in principio quarti verſus/ quoniam protectio mea / et id fuiſſet quadrantius. atta-
men nichil intelligentie preiudicatū eſt: et ſi neglecta ſit ꝓportio. ¶ Sexto verſu. ī manus tuas dn̄e
cōmendo ſpiritū meū. pſalmodia romana habet cōmendo: Hieronymus ex hebreo commendabo ⁊
ſeptuaginta ſimiliter in greco παραθησομαι futurum cōmendabo. in noſtra autē tralatione nunc
cōmendo/ interdū etiā reperit̄ cōmendabo. Et ꝙ cōmēdo legamus: id arbitror a romana pſalmodia



Ayuntamiento de Madrid

mutuatū: aut ob euangelij reuerētiam ita a patribus obſeruatū/ retinemus. ¶ Eodē ſexto verſu. redemiſti me dñe deus veritatis: illud redemiſti aliter de Chriſto/ aliter de nobis accipiendū. nam pater per ſeipſū/ Chriſtum redemit: ipſum creando immunē ab omni peccato / iuxta Eſaie oraculum hec dicit dominus creans te iacob ⁊ formans te iſrael. noli timere: quia redemi te/ et vocaui te nomine tuo. meus es tu. que prophetia de Chriſto domino eſt. at redemit nos per filiū ſuum: qui vere languores noſtros tulit et labores noſtros portauit/ et cuius liuore ſanati ſumus. ¶ Undecimo verſu. ꝙ propheta poſt commendationē ſpiritus ſui in morte / inducit rurſus Chriſtū clamantem miſerere mei dñe qm̄ tribulor: ſunt qui volunt dominū nō ſolū portaſſe pro nobis dolores mortis terrene/ ſed etiā dolores inferni in anima ſuſtinuiſſe. vt Adam (qui ſecundā mortē in ſua trāſgreſſione īcurrerat) ⁊ Ade poſteritatē: a doloribus ſecūde mortis eriperet. quod ſenſit Cuſa ī ſuis ſermonibus/ adducta ad hoc hac Petri in Actis ſententia/ vbi de Chriſto ait: quē deus ſuſcitauit (ſolutis doloribꝰ īferni) iuxta quod impoſſibile erat teneri illū ab eo. Sed hec ſentētia Cuſe: ipſo primo intuitu michi viſa eſt nō modo extranea/ ſed et ſtupenda et horrēda. et incipio ſolicitius cogitare. euoluo codicē grecū: an forte ex hoc loco aut trahi aut ſuſpicari poſſet argumentum. et inuenio ſcriptum ον θεοσ ανεστησε λυσασ τασ οδυνασ τού θανατου καθοτι ουκ ην δυνατον κρατεσθαι αυτον υπαυτου. id eſt quem deus reſuſcitauit/ ſoluens dolores mortis: qm̄ non erat poſſibile ipſum teneri ab ea. vbi quod apud nos infernus/ et hic θανατοσ id eſt mors: ex vocabulo reſuſcitauit / idem velle certum eſt. et video Antiſtitē et Cardinalē Cuſā hic poſſe dicere. quid eſt quē deus reſuſcitauit / deꝰ inquā ſoluens dolores mortis/ niſi amouens dolores mortis ſiue (vt apud latinos legimus) inferni? Et ꝙ de eodē loquaꝛ et non de alio: ſequēs ſermo indicare videꝛ/ quia non erat poſſibile ipſū teneri ab ea. ſi enī de alijs diceret quoꝝ dolores ſoluiſſet deus: nequaꝙ̄ de eodē cōtinuaſſet ſermonē / ſed potius ſubiunxiſſet/ quia nequaꝙ̄ teneri potuerunt ab ea. hec pro ſe forſitan aliquo pacto facere: exiſtimet Cuſa. Ceterum poſtea lego Hieronymū ſuper pſalmi. 141. vltimos verſus. Intende ad deprecationē meam: quia humiliatus ſum nimis. Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuꝑ me Educ de cuſtodia animā meā. a patre (inqͭ) ſe educi de inferni clauſtris poſtulat. vbi michi viſus eſt Hieronymū propemodū idē ſenſiſſe: qui hunc pſalmum de Chriſto dño interpretatur. Alioqui niſi moleſtus illi fuiſſet carcer inferni: quomodo propheta in ſpiritu/ in perſona eius diceret. libera me a perſequentibus me: quoniam confortati ſunt ſuper me/ continuo ſubiungens (vt in tralatiōe hebraica habet Hieronymus) educ de carcere animā meā? Lego etiā pſalmo. 17. circūdederūt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis cōturbauerūt me. dolores inferni circundederūt me: preoccupauerunt me laquei mortis. ſecundū autē veritatē hebraicā. circundederunt me funes mortis: et torrētes diaboli terruerūt me. funes inferni circundederūt me: preuenerūt me laquei mortis. que de Chriſto dicta: proculdubio intelligūtur. et pſalmo. 114. circūdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. ſecundū veritatē hebraicā. circūdederunt me funes mortis: et munitiones inferni inuenerunt me. et pſalmo. 87. qui ſecundū Hieronymū paſſionis dominice continet ſacramēta: legimus quia repleta eſt malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacū: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. poſuerūt me ī lacu inferiori: in tenebroſis et in vmbra mortis. ſuper me confirmatus eſt furor tuus: et omnes fluctꝰ tuos induxiſti ſuꝑ me. et ijs verſibus: reſpondet ex hebreo. quia repleta eſt malis anima mea: et vita mea ad infernum deſcendit. reputatus ſum cum deſcendentibus in lacū: factus ſum quaſi homo inualidus inter mortuos liber. poſuiſti me in lacu nouiſſimo: in tenebroſis et in profundis. ſuper me confirmatus eſt furor tuus: et cunctis fluctibus tuis afflixiſti me. et circa finem eiuſdē pſalmi. in me tranſierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. circūdederūt me ſicut aqua tota die: circundederūt me ſimul. que vniuerſa/ et nonnulla alia in pſalmis: dominū glorie/ moleſtia etiam apud inferos ea ex parte/ eaꝙ̄ ex natura qua paſſibilis erat/ non omnino caruiſſe/ oſtēdere vidētur. Qui ſi quicꝙ̄ paſſus eſt: quia voluit/ quātū voluit/ et vt voluit paſſus eſt. et cum voluit ſe victorē exhibuit. et expolians principatus et poteſtates (vt deiſer inquit Paulus) exemplū ignominie fecit illos ī fiducia. nec iniuria. nā qui peccatū nō fecerat: ſolus erat īter mortuos liber/ libertate ſua et authoritate vſus quādo illi placitū fuit. et nō vt ceteri qui patiuntur: non quia volunt/ quantū volunt/ et vt volunt/ et qui ſpe in doloribus decidunt et deſtituūtur. ipſe aūt nūꙙ̄ ſpe vllatenus excidit: ſicut ſcriptū eſt. ego autem ſemper ſperabo. et ipſe quicquid pateretur: nunꙙ̄ a laude ceſſauit. et adijciā inquit ſuper omnē laudē tuā. et paulo infra dicit. quātas oſtendiſti michi tribulationes multas et malas/ et cōuerſus viuificaſti me: et de abyſſis terre iterū reduxiſti me. Sed hic patiēdi modus ꝗſꝗs apud inferos fuerit/ et apud quoſcūꙙ̄ fuerit: eꝗ̄ nos latet vt beatorū delectādi modꝰ. At hic forſitā ꝗſpiā dicet: abſit hoc a Chriſto/ vt quicꝙ̄ apud inferos paſſus ſit/ vllaue deifice eiꝰ anime īflicta ſit afflictio. nā ⁊ eiꝰ verba pene nouiſſima fuere: conſumatū eſt. conſummata igiꝛ erant omnia de eo. At reſpōdebit forte ꝗſpiā

Ayuntamiento de Madrid

pene corporales omnes/conſūmate erant/fineq; habebāt:ſed nondū deſcenderat ad inferos/ nondū reſurrexerat/nondum ad celos aſcenderat/et nondū alium paracletum miſerat ſupra diſcipulos:que nichilominus ſaluti noſtre neceſſaria relinquebantur implenda. Et inſuper fuerunt qui contumeliā crucis de deifico eius corpore negauerunt:quaſi rem indignā Chriſto/deoq; et dei verbo.ſed id duntaxat iis viſum eſt:qui virtutē crucis/et eius ſacramentū non agnouerunt/et qui poſt ſuum ſenſū ambulantes euanuerunt in cogitationibus ſuis.eque illis forte timendū/ne poſt ſuos ſenſus ambulent: qui Chriſto dño ad inferos deſcendenti/terrores/cruciatus/gemitus/et penas tenebroſi lacus aſpectanti/omnes animi moleſtias tollunt.nam prophetias/que ipſum terrefactū/conturbatum et afflictum ſonare vel expreſſe videntur:ſuo ſenſu ad aliena torquere periculoſum eſt. et tantūdem timere debet qui eiuſmodi eſt:ne Chriſtus dñs ea ſententia qua et petrū/eum feriat et arguat dicens. vade poſt me ſathana/ſcandalum es michi:quia non ſapis que dei ſunt/ſed ea que hominum.iudicia profecto dei et eorum modus/ſunt nobis abſcondita:niſi quantū per ſe aut ſuos dignatur aperire.Chriſtum dominum paſſum/crucifixum/mortuū/deſcendiſſe ad inferos/reſurrexiſſe a mortuis/ad celos aſcendiſſe/ex euangelio didicimus: cetera etiam que in euangelio expreſſa non ſunt / ex prophetis ſunt accipienda.At ſi ita eſt ꝙ Chriſtus dominus non ſolū pro nobis temporalem mortē/ſed et mortis ſecunde (quam noxio fructus morſu primus parens incurrerat) dolores et terrores ſuſtinere voluerit/ vt nos a doloribus illis et terrifico illo ſenſu liberaret/et immortalitati etiā ſecundū corpus in fine reſtitueret/ſi ipſe qui ſolus liber erat / ſe pro ſeruo ſecreta diſpenſatione vt captiuum exhibuit et qui iuſte teneri non potuit eum liberaret qui iuſte detinebatur / et tyrannus ius detinendi perderet / qui iniuſte detinere voluit.indetentibilem/ſi inquam hec ita iuſticie diuine prouiſione fieri oportuit ꝙ miſeros nos reputare debemus/ꝙ ingratos/ꝙ merite mulcte reos/pro quibus oportuit tot/tantaq; innocentem Chriſtū pati/ vt nos nocentes et mortuos viuificaret? Que dicta ſint:nō quia iſta ex me aſſerere velim.ſed vt alii/prophetarum ſenſa profundius exquirant:aut potius a deo (quod ſatius eſt) eorum intelligentiam poſtulent.Nam eā ſolam quā ſpiritus ſanctus intendit/quecūq; ea ſit: aſſerere et credere volo/illam ſolam amplector/illi ſoli adhereo. Attamen inferorum et mortis contritori/ victori/ſpoliatori et magnifico triumphatori/ viuificatori noſtro:honor/decus/gratiarum actio/gloria poteſtas et imperiū/per imenſa ſeculorū ſecula.Amen.¶ Terciodecimo verſu.infirmata eſt/i paupertate virtus mea:ex hebreo infirmata eſt in iniquitate fortitudo mea.quod intelligendum eſt:non de ſua qui peccatū non fecit/nec eſt inuentus dolus in ore eius/ſed humani generis quam ſua morte innocens agnus piauit. de quo Eſaias ait.et poſuit dñs i eo iniquitatē omnium noſtrum:oblatus eſt quia ipſe voluit/et non aperuit os ſuum.¶ Quintodecimo verſu.qui videbant me / foras fugerunt a me.rectius foris vt iungatur cum videbant/non cū fugerūt:ex tralatione romana vbi et foris habetur.et ex hebreo: vnde legimus qui videbant me in plateis/fugiebant me.vbi id in plateis: manifeſtum eſt cum videbant non cum fugiebant debere connecti:et adhuc rectius ex vtraq; tralatione et ex ſermonis proprietate:legeremus in verſu noſtro fugiebant ꝙ fugerunt/et etiam ex greco εφυγον.
¶ Uiceſimoprimo verſu.erubeſcant impii et deducantur in infernū:muta fiant labia doloſa:hoc prenoſignatiue/non imprecatiue aut optatiue intelligi volunt.quare vt id intelligeretur: commodius forte legeremus per indicatiuū.erubeſcent impii et deducentur in infernū:muta fient labia doloſa. ſic enim dñs cū fleuit ſuper hieruſalē dicebat.venient dies in te:et circundabunt te inimici tui vallo:et circūdabunt te et coanguſtabunt te vndiq;:et ad terram proſternent te/et filios tuos qui in te ſunt / et non relinquent in te lapidē ſuper lapidē:eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tue.non dixit veniāt inimici tui circundent te/coanguſtent te vndiq;/proſternant te et filios tuos et eiuſmodi: ſed venient circūdabunt/coanguſtabūt/proſternēt.Et quomodo etiā imprecaretur/aut optaret eis mala: qui pro illis orat? et pro tranſgreſſoribus (inquit Eſaias) rogauit.et qui docuit nos/pro iis orare qui perſequūtur et calūniātur nos.Et ferme pſalmus 108.maxima pro parte ita legēdus eſſet vt prophetia non imprecatio videretur.in bonis enim optatio locum habet:optare autē aut iprecari mala/perfectio euangelica vetat/que eſt adimpletio et cōſumatio legis.predicere autē nō annūciare nō vetat.Sic dñs noſter ſcribis et phariſeis et iudeis ve vobis inquit ſcribe et phariſei/ve homini illi nō imprecās/nō optās: ſed miſeriā illorum illis aperiens / quo magis reſipiſcerent/et veniam mererentur.¶ Uiceſimoſeptimo verſu.vbi dicimus in ciuitate munita:tralatio romana habet in ciuitate circunſtātie.quod euenit quia interpres vocabulū περιοχησ.quod hoc in loco habetur vertit circūſtantie.quod munitionē potius ſignificat.quare magis vertendū erat munitionis ꝙ circūſtantie:quam περιστασιν dicunt.

Ipſi dd itellectus. XXXI.
1 BEati quorum remiſſe ſunt iiquitates:et

¶ Intellectus dd. XXXI.
BEati quorum remiſſe ſunt iniquitates et

¶ Dd eruditio. XXXII
BEatus cui dimiſſa eſt iniquitas: et abſcon-



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

quoꝛum tecta ſunt peccata.
2 Beatus vir cui non impu-
tauit dominus peccatũ: nec
eſt in ſpiritu eius dolus.
3 Quoniam tacui inueterа-
uerunt oſſa mea: dum cla-
marem tota die.
4 Quĩ die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua con
uerſus ſum in erumna mea
dum configitur ſpina.
5 Delictum meum cognitũ
tibi feci: ⁊ iniuſtitiam meã
non abſcondi.
6 Dixi confitebor aduerſũ
me iniuſticiam meam do-
mino: et tu remiſiſti impie-
tatẽ peccati mei. Semper.
7 Pꝛo hac oꝛabit ad te omñis
ſanctus: in tẽpoꝛe opoꝛtuno
8 Ueruntamen in diluuio
aquarum multarum: ad eũ
non appꝛoximabunt. Sẽp.
9 Tu es refugiũ meum a tri
bulatione que circundedit
me: exultatio mea erue me a
circundantibus me.
10 Intellectum tibi dabo et
inſtruam te in via qua gra-
dieris: firmabo ſuper te ocu
los meos.
11 Nolite fieri ſicut equus et
mulꝰ: q̃bus nõ eſt intellectꝰ
12 In camo ⁊ freno maxillas
eoꝛum conſtringe: qui non
appꝛoximant ad te.
13 Multa flagella peccatoꝛis:
ſperantem autem in domĩo
miſericoꝛdia circundabit.
14 Letamini in domino ⁊ ex
ultate iuſti: ⁊ gloꝛiamĩ om-
nes recti coꝛde.

**ROM.**

quoꝛum tecta ſunt peccata.
Beatus vir cui non impu
tauit dominus peccatũ: nec
eſt in oꝛe eius dolus.
Quoniam tacui inuetera
uerunt omnia oſſa mea: dũ
clamarem tota die.
Quĩ die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua: cõ-
uerſus ſum in erumnã dũ
confringitur ſpina.
Delictum meum cognitũ
tibi feci: ⁊ iniuſticias meas
non operui.
Dixi p̃nũciabo aduerſus
me iniuſtitias meas domi-
no: et tu remiſiſti impietatẽ
coꝛdis mei. Dp̃.
Pꝛo hac oꝛabit ad te omñis
ſãctus: in tẽpoꝛe opoꝛtuno:
verũtamen ĩ diluuio aqua-
rum multarum: ad eum nõ
appꝛoximabunt.
Tu es michi refugiũ a pꝛeſ
ſura que circundedit me: ex
ultatio mea redime me a cir
cundantibus me. Dp̃.
Intellectum dabo tibi et
inſtruam te in via hac qua
ingredieris: firmabo ſuper
te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus et
mulꝰ: q̃bus non eſt ĩtellectꝰ
In freno ⁊ camo maxillas
eoꝛum conſtringes: qui non
appꝛoximant ad te.
Multa flagella peccatoꝛũ:
ſperantes autẽ in dñ̃o miſe
ricoꝛdia circundabit.
Letamini in domino ⁊ ex
ultate iuſti: et gloꝛiamĩ om
nes recti coꝛde.

**HEB.**

ditum eſt peccatum.
Beatus homo cui non im-
putauit dñ̃s iniquitatẽ: nec
eſt in ſpiritu eius dolus.
Quia tacui attrita ſunt oſ
ſa mea: in rugitu meo tota
die.
Die enĩ ⁊ nocte grauatur
ſup me manus tua: verſatꝰ
ſum in miſeria mea cũ exar
deſceret meſſis iugiter.
Peccatum meum notum
facio tibi: et iniquitatẽ meã
non abſcondo.
Dixi confitebor ſcelus me
um dño: et tu dimiſiſti ini-
quitatẽ peccati mei. Sela.
Pꝛo hac oꝛat omnis miſe-
ricoꝛs ad te \ tempus inueni
ens: vt cum inundauerint
aque multe \ ad illum non
accedant.
Tu es pꝛotectio mea \ ab
hoſte cuſtodies me: laus
mea ſaluans circundabis
me. Sela.
Docebo te ⁊ monſtrabo ti-
bi viam per quam ambu-
les: cogitabo de te oculo
meo.
Nolite fieri ſicut equus et
mulus: quibus non eſt in-
telligentia.
In camo ⁊ freno maxillas
eoꝛum conſtringe: qui non
accedunt ad te.
Multi doloꝛes impij: con-
fidentem autem in domino
miſericoꝛdia circundabit.
Letamini in domino ⁊ ex
ultate iuſti: et laudate om-
nes recti coꝛde.

TITULUS. Eruditio Dauid. eruditio Dauid: inſtructio pꝛo penitentibus / in ſpiritu mõſtrata Dauid. pꝛopheta loquitur in perſona penitentis.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniq̃tates: et quoꝛũ tecta ſunt pctã
beati / pꝛocul a miſeria dãnationiſq; periculo / quibus deus traſgreſſiones legis dimiſit: et beati qui-
2 bus abſcondita et deleta ſunt delictã. Beatus vir cui non ĩputauit dñ̃s peccatum / nec eſt in ſpiritu

Ayuntamiento de Madrid

eius dolus.ſecurus eſt a miſeria et periculo moꝛtis ſecunde/cui (et ſi peccauit) dñs qđ peccauit non
imputauit/quia dolorem coꝛdis/et oꝛis confeſſionem pꝛo ſatiſfactione (que ſua eſt in nos benigni=
tas) deus ſuſcepit: et beatus ille cui nulla fraus expiationis peccati in anima eius inuenta eſt/ſed ve
re quod peccauerit doluit/et qui ſe oꝛe et animo accuſauit/reumqꝫ agnouit. Hactenus pꝛopheta de
3 beatis.nunc peccatoꝝ perſonam agit: qui tamen dei miſericoꝛdia ad vitam ſunt reſpiraturi. Quoni
am tacui inueterauerunt oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.quoniã peccata mea nec dimiſſa nec abſcon=
dita/nec que non imputat dñs quia ſilui/quia non me coꝛde et oꝛe accuſaui in ſimplicitate ſpiritus/
omnes vires mee elanguerunt/omnes inoꝛdinate ſunt/miſer a deo factus ſum: vt pꝛe afflictione mẽ
4 tis ſaucie/rugirẽ abſqꝫ ceſſatione. Quoniã die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus
ſum in erumna mea dum configitur ſpina.quoniã timoꝛ vindicte tue ſuper me grauis factus eſt: dũ
5 pungit/dum moꝛdet/dum ſtimulat me cõſcientia mea. Delictũ meũ cognitũ tibi feci. et iniuſticiam
meam non abſcondi.dum ſic rugio/dum impatientia miſere vite mee ſuperatus eiulo coꝛde/pecca=
tum meũ tibi nudaui: ⁊ tranſgreſſionem in te factam non amplius celaui/non amplius diſſimulaui.
6 Dixi confiteboꝛ aduerſũ me iniuſticiã meã dño: ⁊ tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. intra meipſum
cogitaui dicens/coꝛde et oꝛe ſine dolo meipſũ iniuſticie mee accuſabo coꝛã dño/cõtra meipſum ero:
7 et tu clemẽtiſſime deus/pꝛeueniens dimiſiſti in te piaculi mei male contractã offenſã. Pꝛo hac oꝛa=
bit ad te omnis ſanctus: in tẽpoꝛe opoꝛtuno.pꝛo remiſſione peccati intercedet ad te omnis ſanctus/
miſerationis ⁊ clemẽtie tue imitatoꝛ: dũ occaſionẽ dabit peccatoꝛ atterẽdo/gemendo/et ſine fictione
8 coꝛde et oꝛe ſe accuſando. Verũtamen in diluuio aquarũ multarum: ad eũ non appꝛoximabunt. at=
tamen ſancti et miſericoꝛdes dei ad eum pꝛo dimiſſione impietatis peccatoꝛis tunc ſupplices nõ adi
bunt: cũ inundatione peccatoꝛum multoꝛum peccatoꝛ obꝛuitur: ſed cũ emergere nititur/et malũ ſuũ
agnoſcit/⁊ deo denudat/⁊ cũ iã aperte et ſine dolo iniuſticiã ſuã confitetur. tunc enim tẽpus opoꝛtu
9 num/tunc deus inuenitur/tunc acceditur ad eum. Tu es refugium meũ a tribulatione q̃ circũdedit
me: exultatio mea erue me a circundantibus me.tu deus qui michi offenſã ĩ te donaſti/relaxaſti remi
ſiſti/es confugiũ meũ a miſeria que me circũuallauit: et tu in quo ex triſticia et meroꝛe confecti ſpiri=
tus letitiã et conſolationẽ ſũ aſſecutus/eripe me ne recidã in peccatum / eripe inquã a turba hoſtium
10 circũeũtiũ me. Intellectũ tibi dabo ⁊ inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos
meos.audit ꝓpheta in ſpiritu reſponſũ dei ad petitionẽ peccatoꝛis (iã dimiſſo dei miſeratione pec=
cato) per gratiã inuocanti/et magnũ auxiliũ quod pollicetur benigniſſimus deus reſpirantibus ad
vitam/et q̃ꝫ magna circa nos dei cura et benignitas.⁊ ſequẽtia ſũt dei ṽba.infundam/indulgebo tibi
amodo purã agnitionẽ boni a malo/per quam liberari poſſis ab hoſtibus / et ne recidas docebo te
qua via ſis inceſſurus/dabo tibi pꝛecepta que tibi ſint pꝛo via: te iugiter aſpiciam / tibi iugis aſſiſtet
11 pꝛouidẽtia mea/ne ruas in iniuſticie miſeriam ⁊ beatitudinem perdas recuperatã. Nolite fieri ſicut
equus ⁊ mulus: quibus non eſt intellectus.o homĩes quos agnitionẽ boni/maliqꝫ donaui/nolite aſ=
ſimilari pecudibus non ratione ſed perturbationũ impetu ad omnes illecebꝛas ruẽtibus: quib⁹ nõ
12 ineſt bonoꝛũ maloꝛũqꝫ diſcretio/et quas intelligentia non ſum dignatus. In chamo et freno maxil=
las eoꝛum conſtringe: qui non appꝛoximant ad te. verba pꝛophete. in capiſtro / lupatis et frenis et
duro ſeruitutis iugo o deus totius boni venieqꝫ largitoꝛ/pꝛeme/vinci et coerce eos qui vt bꝛuta vi=
13 uunt: ⁊ ad te/ſecundũ rationẽ ⁊ intellectũ (que illis indulſiſti) viuentes nõ accedunt. Multa flagella
peccatoꝛis: ſperantẽ autẽ in dño miſericoꝛdia circundabit.audit deũ reſpondentẽ/non ſolũ dura ſer
uit⁹ pꝛemet peccatoꝛem qui viuẽs aſſimilatus eſt pecudi/mentis rationiſqꝫ experti/ſed eũ ſupplicia
manent eterna: et cõtra.eũ qui intelligentiã ſecutus/fiduciam totius boni in deo collocat / miſeratio
14 mea in vita eterna coꝛonabit. Letamini in dño et exultate iuſti: et gloꝛiamini omnes recti coꝛde.
hic verſus et deo et pꝛophete communis eſſe poteſt. O iuſti et expiati a peccato veniaqꝫ dignati/leti
tia et exultatio veſtra ſit in dño/⁊ nõ moꝛe rationis expertiũ in rebus caducis: et O vos vniuerſi qui
rectã habetis animã/et non ad deuia peccatoꝝ incuruã/gloꝛia et iocunditas veſtra ſit in domino.
ADVERTE. Primariã huius pſalmi intelligẽtiã appꝛehẽſu difficilẽ.quo factũ eſt vt paulo pl⁹
q̃ꝫ in ceteris ad aperiendũ ſenſum fuerit ĩmoꝛandũ. ¶ Pꝛimo verſu.beati quoꝝ remiſſe ſunt iniqui=
tates.quod pluraliter hic dicitur ex hebꝛeo ſingulare reſpondet/beatus cui dimiſſa eſt iniquitas. et
Paulus ad romanos interpꝛetatione ſeptuaginta eſt vſus: dicens. et dauid dicit beatitudinẽ hoĩs
cui deus accepto fert iuſticiã ſine operib⁹ quod ſecundũ verſũ reſpicit.⁊ ſubnectit duos pꝛimos ver
ſus ꝓphete. Quid enĩ fecit quis in miſeria conſtitutus flens ⁊ eiulans/alicuius opem requirens: vt
hic eum eximat ab illa neceſſitate/de quo nunq̃ꝫ eſt bene meritus? ſi eximit: ſola gratia eximentis eſt
et miſericoꝛdia/non lachꝛimantis/non poſcentis opem meritũ/non opera.ita et cum deus poſtulan
tem opem et errata ſua confitentẽ: iuſtificat impiũ: hec eſt ſanctiſſimi Pauli viuifica ſẽtẽtia. ¶ Vl=
time particule quarti verſus dũ configitur ſpina: ex hebꝛeo reſpondet/cum exardeſceret meſſis iugi=



Ayuntamiento de Madrid

ter. quod ad hanc trahitur intelligentiã. manus dñi die ac nocte / vltionis / dãnationiſq; motu grauis facta eſt ſuper me: dum peccata mea ad maturitatẽ veniſſent eternis incendijs parata / et me iam continuo exurentia. ¶ Ultime item particule noni verſus / erue me a circundantibus me: reſpondet ex hebreo / ſaluans circundabis me. vbi circundatio: non ad hoſtes et nequitias inſidiantes peccantib⁹ ſed ad deum ſpectat. quare ſi noſtra / tralationi hebraice concilianda foret / dicendũ eſſet: erue me circundans me. vtrobiq; tamen intelligentia bona.

### In finẽ pſ. dd. XXXII.

1 Exultate iuſti in dño: rectos decet laudatio
2 Cõfitemini domino in cithara: in pſalterio decẽ chordarum pſallite illi.
3 Cãtate ei cãticũ nouũ: bñ pſallite ei in vociferatione.
4 Quia rectũ eſt verbũ dñi: et omnia opera eius in fide.
5 Diligit miſericordiam et iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.
6 Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
7 Congregans ſicut in vtre aquas maris: ponens ĩ theſauris abyſſos.
8 Timeat dñm oĩs terra: ab eo autẽ commoueãtur oĩs inhabitantes orbem.
9 Quoniam ipſe dixit et facta ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt.
10 Dominus diſſipat cõſilia gentiũ reprobat autẽ cogitationes populorum: et reprobat conſilia principum.
11 Conſiliũ aũt dñi ĩ eternũ manet: cogitationes cordis ei⁹ ĩ gñatiõe et generationẽ.
12 Beata gens cuius eſt dñs deus eius: populus quẽ elegit in hereditatem ſibi.
13 De celo reſpexit domin⁹: vidit omnes filios hoĩm.
14 De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes q̃ habitant terram.
15 Qui finxit ſigillatim cor-

### In finẽ pſ. dd. XXXII.

Gaudete iuſti ĩ domino: rectos decet collaudatio.
Cõfitemini domino in cithara: in pſalterio decẽ chordarum pſallite ei.
Cãtate ei cãticũ nouũ: bñ pſallite ei in iubilatione.
Quia rect⁹ eſt ſermo dñi: et omnia opera eius in fide.
Diligit miſericordiã et iudiciũ / miſericordia domini plena eſt terra: verbo dñi celi firmati ſũt / et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
Congregans ſicut in vtre aquas maris: ponens ĩ theſauris abyſſos.
Timeat dñm oĩs terra: ab ipſo aũt cõmoueãtur vniuerſi / et qui habitant orbem.
Quoniam ipſe dixit et facta ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt.
Dominus diſſipat cõſilia gentiũ / reprobat autẽ cogitationes populorum: et reprobat conſilia principum.
Conſiliũ vero domini manet in eternum: cogitatiões cordis eius in ſeculũ ſeculi.
Beata gens cuius eſt dñs deus eorum: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ ſibi.
De celo proſpexit domin⁹: et vidit omnes filios hoĩm.
De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes q̃ habitant orbem.
Qui finxit ſingillatĩ cor-

### XXXIII.

Laudate iuſti dominũ: rectos decet laudatio.
Cõfitemini domino in cithara: in pſalterio decachordo cantate ei.
Cãtate ei cãticũ nouũ: diligenter pſallite in iubilo.
Quia rectũ eſt verbũ dñi: et omne opus in fide.
Diligit iuſticiam et iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.
Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis ornatus eorum.
Congregans quaſi in vtre aquas maris: ponens ĩ theſauris abyſſos.
Timeat dominum omnis terra: ipſum formident vniuerſi habitatores orbis.
Quia ipſe mandauit et fact⁹ eſt: ipſo precipiente ſtetit.
Dominus diſſoluit conſilium gentium: irritas fecit cogitationes populorum.
Cõſilium autem domini in eternum ſtabit cogitationes cordis eius ĩ generatione et generatione.
Beata gens cuius dominus deus eius: popul⁹ quẽ elegit in hereditatem ſibi.
De celo reſpexit domin⁹: vidit omnes filios adam.
De firmiſſimo ſolio ſuo: proſpexit vniuerſos habitatores terre.
Fingens pariter cor eorum:

Ayuntamiento de Madrid

da eorum: qui intelligit om
nia opera eorum.
16 Non ſaluatur rex per mul
tam virtutem: et gygas non
ſaluabitur in multitudine
virtutis ſui.
17 Fallax equus ad ſalutē:
in abundātia autem virtu=
tis ſue non ſaluabitur.
18 Ecce oculi domini ſup me
tuentes eū: & in eis qui ſpe=
rant ſup miſericordia eius.
19 Ut eruat a morte aīas eo=
rum: et alat eos in fame.
20 Aīa nr̄a ſuſtinet dn̄m: qm̄
adiutor & ptector noſter eſt.
21 Quia in eo letabit̄ cor no=
ſtrum: et in nomine ſancto
eius ſperauimus.
22 Fiat miſericordia tua do
mīe ſuper nos: quemadmo=
dum ſperauimus in te.

da eorum: qui intelligit om
nia opera eorum.
Non ſaluabit̄ rex per mul
tam virtutem ſuam: nec gi=
gas ſaluus erit in multitu=
dine fortitudinis ſue.
Falſus equus ad ſalutē:
in abundantia autem virtu
tis ſue non erit ſaluus.
Ecce oculi domini ſup ti=
mentes eum: ſperātes autē
in miſericordia eius.
Ut eripiat a morte aīas eo
rum: et alat eos in fame.
Aīa aūt noſtra ſuſtinet do
minū: qm̄ adiutor & ptector
noſter eſt: & in ipſo letabitur
cor noſtrum: & in nomine ſā
cto eius ſperauimus.
Fiat domīe miſericordia
tua ſuper nos: ſicut ſperaui
mus in te.

intelligens oīa opera eorū.
Non ſaluabitur rex ī mul=
titudine exercitus: nec for=
tis liberabitur in multitu=
dine virtutis.
Fallax equus ad ſalutē:
& ī multitudine roboris ſui
non ſaluabit.
Ecce oculus domini ſuper
timentes eum: & expectātes
miſericordiam eius.
Ut eruat de morte aīas eo
rū: et viuificet eos in fame.
Anima noſtra expectauit
dominū: auxiliū noſtrum &
clypeus noſter eſt.
In ipſo enim letabitur cor
noſtrum: quia in nomīe ſā=
cto eius ſperauimus.
Sit miſericordia tua do=
mine ſuper nos: ſicut expe=
ctauimus in te.

TITULUS nullus. Pſalmus inſtructori⁹ de diuinitatis arcanis. Propheta in ſpiritu loqtur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exultate iuſti ī dn̄o: rectos decet collaudatio. O vos diuine
legis obſeruatores/ p̄cepta dei adiplētes/ exultatio vr̄a et laus veſtra ſit in deo: qm̄ par eſt iuſtos et
2 nuſq̄ a rectitudinis calle deflectētes ī deo exultare et deū collaudare. Cōfitemini dn̄o in cithara: in
pſalterio decē chordarū pſallite. Illi canite laudes dn̄o ī trigona melodia / ī trine btitudinis ꝯfeſſiōe:
3 dicite ei laudes in decē p̄ceptorū decalogi obſeruatione. Cātate ei cāticū nouū: bene pſallite ei ī vo
ciferatione. pſallite ei carmen noui teſtamēti: prudēter hymnos eius cōcinite in vocis recrepatione.
4 Quia rectū eſt verbū dn̄i: ⁊ oīa opera eius in fide. pſallite carmē nouū / pſallite prudenter cū vocis
modulatione/ quia filius dei cui⁹ nouū carmē canēdū rectus ⁊ iuſtus eſt: ⁊ vniuerſa facta ei⁹ fidelia.
5 Diligit miſericordiā ⁊ iudiciū: miſericordia dn̄i plena eſt terra. verbū dn̄i/ filius eterni patris ama=
6 tor eſt mīe et iudicij: miſericordia verbi dn̄i/ miſeratio filij dei oppleuit terrā. Uerbo dn̄i celi firma=
ti ſunt: et ſpiritu oris eius oīs virtus eorū. filio eterni patris celeſtia ſtabilita ⁊ cōdita ſunt: et ſpiritu
7 ſancto q̄ ab ore dei ineffabiliter p̄cedit/ oīs fortitudo/ decor/ ornatuſq̄ eorū. Cōgregās ſicut ī vtre
aquas maris: ponēs in theſauris abyſſos. verbū dei colligit ī vnitate eccleſie quaſi ī vaſe populos
8 orbis: ⁊ reponit ī arcanis ſuis īſcrutabilia ſapiētie ſue. Timeat dn̄m oīs terra: ab eo aūt cōmoueant̄
oēs inhabitātes orbē. oīs orbis accola eternū patrē vereat̄: oēs accole terre timore ei⁹ quatiāt̄. et id
9 precedentē explicat particulā. Qm̄ ipſe dixit ⁊ facta ſūt: ipſe mādauit ⁊ creata ſūt. oēs terre habita=
tores ad nutū ei⁹ moueant̄/ q̄a ipſe celeſtis p̄r dixit ⁊ verbo ſuo cōdita ſunt vniuerſa: ipſe iuſſit ⁊ iuſ=
10 ſione ſua cūcta ſunt ad ortū deducta. Dn̄s diſſipat cōſilia gētiū: reprobat autē cogitationes populo
rum ⁊ reprobat cōſilia principū. pater celeſtis diſſoluit ⁊ irrita facit cōſilia generationū: dn̄s fruſtrat
11 cogitatus ⁊ cōceptiones hominū/ ⁊ dn̄s fruſtrat/ irritaq̄ facit cōſilia regū ac magnatū. Cōſilium au
tē dn̄i in eternū manet: cogitationes cordis eius ī generatione et generationē. cōſiliū dn̄i/ verbū dn̄i
nō tale eſt/ nō diſſipat̄/ nō diſſoluit̄/ nō diſperit/ nō fit irritū/ ſed in eternū manet genitori coeternum:
12 et p̄finitiones mētis diuine in ſucceſſione ⁊ ſucceſſione/ tota manēt eternitate. Beata gens cuius eſt
dn̄s deus eius: popul⁹ quē elegit in hereditatē ſibi. hereditatis eterne ſecura ea generatio q̄ celeſtē
patrē/ conſiliū eternū ⁊ p̄finitiones eternas/ verbū ⁊ ſpiritū ſanctū habentē/ deū ſuū agnoſcit: beat⁹
populus quē celeſtis pater eternus p̄diffiniuit/ preordinauit/ predeſtinauit ſibi/ in poſſeſſione ſua. ⁊
hic/ a verbo dei redēpti gaudeāt fideles: quia ex cōfeſſione ⁊ fide patris/ filij ⁊ ſpiritus ſc̄ti/ dei ſui/
13 triſagie beatitudinis/ beatus eſſe et eterne vite ſecur⁹ declarat̄. De celo reſpexit dn̄s: vidit oēs fili=

Ayuntamiento de Madrid

os hoı̄m.de celeſti throno ſuo ſubter aſpexit deus: et vniuerſos hoı̄es cõtuitus eſt. De ꝑparato ha= 14
bitaculo ſuo ſubter aſpexit ſup oẽs: qui habitãt terrã. hic verſus precedẽtẽ explicat/ eundẽꝗ ꝓfert ſẽ
ſũ. Qui finxit ſingillatim corda eoꝝ: q̄ intelligit oı̄a opera eoꝝ. q̄ particulatim cuiꝗ eoꝝ animã plaſ= 15
mauit et infudit: quẽ nichil eorũ que fecerint latere poteſt. Non ſaluatur rex ꝑ multam virtutẽ: et gi= 16
gas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſue. nõ eterne vite beatitudinẽ adipiſcitur vir in regia di=
gnitate cõſtitutus per multiplicẽ diuitiarũ et bellatorũ potentiã: et athleta vir ceteris viribus impar
et excellẽs nõ beatitudinẽ illã cõſequetur/ nec a miſeria mortiſꝗ ſecũde periculo eximet̃ in multipli=
ci fortitudine ⁊ robore ſuo. Fallax equus ad ſalutẽ: in abũdãtia autẽ virtutis ſue nõ ſaluabitur. ter= 17
rena potẽtia fallax et deceptoria eſt ad ſaluandũ/ ad beatitudinẽ hereditatis eterne cõſequendã: ter=
rena potẽtia quãtũcunꝗ multiplicetur et abundet/ nos eterna beatitudine non donabit. Ecce oculi 18
dñi ſup metuẽtes eũ: et in eis qui ſperãt ſup miſericordia ei⁹. ecce aſpectus benignitatis dei de thro
no ſuo celeſti cõtuentis ſup oẽs habitatores orbis/ intẽtus eſt ſup timentes eũ: et cõfidẽtes in miſeri=
cordia eius ſaluari beatitudineꝗ eterna donari/ nõ in multiplici authoritatis eminẽtia/ non in viriũ
fortitudine/ nõ in terrenorũ potentia. Ut eruat a morte aı̄as eoꝝ: et alat eos in fame. intenti ſunt oı̄a 19
vidẽtes oculi dñi ſup metuẽtes eũ et ſperãtes in eo/ vt eripiat aı̄as eorũ ab eterne mortis ſupplicio:
et paſcat eos fide et ſui cognitiõe ſpirituali ĩ ſterilitate huius mortalis vite. Aı̄a noſtra ſuſtinet dñs: 20
qm̃ adiutor ⁊ protector noſter eſt. ꝓpheta in ꝑſona fideliũ. mens noſtra ꝑſtolat̃/ expectat dñi auxiliũ
qui ꝑ ſuã ſolã miſericordiã et gratiã ſaluat/ beatitudineꝗ donat: qm̃ adiuuat nos ad ſalutẽ beatitudi
nemꝗ conſequendã/ et protegit nos ne in miſeriã ruamus/ mortemꝗ ſecundã. Quia in eo letabitur 21
cornu noſtrum: et in nomine ſancto eius ſperauimus. anima noſtra ſuſtinet et expectat dominum/ q̃z
in eo ſolatium ſuum conſequetur aı̄a nr̃a: et in verbo ſancto eius confidimus. Fiat miſericordia tua 22
dñe ſuper nos: queãdmodũ ſperauimus ĩ te. detur nobis celeſtis proſpector miſericordia tua/ ſuper
nus fauor et gratia: quemadmodum fiduciam noſtram habuimus in te/ per tuã ſcilicet gratiam ⁊ mi
ſericordiam/ neꝗ ob aliud quicꝗ̃ nos ſaluari/ donariꝗ beatitudine.

ADUERTE. Primo verſu. exultate iuſti in dño: ex hebreo laudate iuſti dñm. quod quadrat ad cõſequentiã/ rectos decet collaudatio. ¶ Decimo ꝟſu. vltima particula ⁊ reprobat cõſilia principũ ex hebreo non habetur/ ſed ſub prima particula cõprehenditur. ¶ Undecimo verſu. in generatione et generationẽ: lege copulationis aptius in generatione ⁊ generatione/ vt vtrũꝗ eodẽ caſu reperiatur. ſic enim grece εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. vbi vtrunꝗ accuſatiuus eſt. ¶ Quintodecimo verſu. qui finxit ſingilatim corda eorum: ex hebreo fingens pariter cor eorum. vbi quod ſeptuaginta dixerunt κατὰ μόνας id eſt ſingulatim/ ſingulariter/ ſeorſũ/ ſolitarie: Hieronymus poſuit pariter. quod eueniſſe putant: ob homonymiã vocabuli hebraici illic poſiti. ⁊ arbitrantur ſeptuaginta rectiore vſos ſignificatione. ex illo enĩ Hieronymi quiſpiã poſt Averroem Abenruſt lapſus: altercari poſſet omnium hominũ eandẽ mẽtẽ/ vnicãꝗ animã eſſe. Et alius ex fabulamentis origeniſtarum ⁊ nonnullorum hebreoꝝ depꝛauatus: contẽdere oẽs aı̄as ſimul a principio cõcreatas/ ⁊ ĩ corpora poſtmodum delabi. qui vterꝗ error tã pernitioſus q̃ impi⁹. ſed vt ſeptuaginta reliquere/ aı̄as ſingulatim ⁊ ſolitarie creatas: nichil fulcimenti affert huiuſmodi diſtorte concipientib⁹/ ⁊ amẽter abutẽtibus mente. quĩ potius eoꝝ extricat errores ⁊ auertit. ⁊ aı̄aduerte quod dicit̃ ſingilatim: idem eſſe q̃d ſingulatim. et vtrunꝗ a ſingulo deriuatũ. quod enĩ a ſigno ſigillũ et ſigillatim dicit̃: aliã habet intelligentiã/ huic loco minime accõmodandã. ¶ Septimodecimo verſu. in abundãtia autem virtutis ſue non ſaluabitur: ex hebreo/ et in multitudine roboris ſui non ſaluabit. vbi id ſaluabit. rem ſubiectã/ equũ reſpicit. vt intelligatur: et equus nõ ſaluabit/ nõ beatum efficiet. ⁊ abſurdum ſane eſt dicere: et equus non ſaluabitur. quod ex precedente particula intelligere oporteret: niſi violentum aliunde emendicaremus ſubiectum. nichil enim propheta dignum: vt dicat equos beatitudinis incapaces/ quod nullus etiam vel obtuſiſſimus vnꝗ̃ negauit philoſophorum. rectius igitur ſtat: vt pſallamus fallax equus ad ſalutẽ: in abundantia autem virtutis ſue non ſaluabit.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ Dauid cum immutauit vultum ſuum coram Abimelech\ et dimiſit eũ et abijt. XXXIII. | ¶ Pſalmus Dauid cũ mutauit vultum ſuum coram Abimelech \ et dimiſit eum et abijt. XXXIII. | ¶ Dauid quando commutauit os ſuũ coram Abimelech\ ⁊ eiecit eum ⁊ abijt. XXXIIII. Aleph. |
| 1 | Benedicã dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. | Benedicã dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. | Benedicã dño in omni tẽpore: ſẽper laus eius in ore meo. Beth. |
| 2 | In dño laudabitur ani= | In domino laudabit̃ aı̄a | In domino laudabit̃ aı̄a |

Ayuntamiento de Madrid

ma mea: audiant manſueti
et letentur.
3 Magnificate dominũ me-
cum: et exaltemus nomen
eius in idipſum.
4 Exquiſiui dñm et exaudi
uit me: et ex oĩbus tribula-
tionibus meis eripuit me.
5 Accedite ad eũ et illumi-
namini: et facies veſtre non
confundentur.
6 Iſte paup clamauit ⁊ dñs
exaudiuit eũ: ⁊ de oĩb⁹ tri-
bulatiõib⁹ ei⁹ ſaluauit eũ.
7 Immittet angelus domi
ni in circuitu timentium
eum: et eripiet eos.
8 Guſtate et videte quoni-
am ſuauis eſt domin⁹: bea-
tus vir qui ſperat in eo.
9 Timete dominum oĩes
ſancti eius: quoniam non
eſt inopia timentibus eum.
10 Diuites eguerunt et eſu-
rierunt: inq̃rẽtes autẽ dñm
non minuẽtur omni bono.
11 Venite filij audite me: ti-
morẽ domini docebo vos.
12 Quis eſt hõ q̃ vult vitam:
diligit dies videre bonos.
13 Prohibe linguam tuam a
malo: et labia tua ne loquã-
tur dolum.
14 Diuerte a malo et fac bo-
num: inquire pacem et per-
ſequere eam.
15 Oculi domini ſuper iu-
ſtos: et aures eius in preces
eorum.
16 Vultus autẽ domini ſup
faciẽtes mala: vt perdat de
terra memoriam eorum.
17 Clamauerunt iuſti et do-
minus exaudiuit eos: et ex
omnibus tribulationibus
eorum liberauit eos.

mea: audiant manſueti ⁊ le
tentur.
Magnificate dominũ me-
cum: et exaltemus nomẽ ei⁹
in inuicem.
Inquiſiui dñm ⁊ exaudi
uit me: et ex omnibus tribu
lationib⁹ meis eripuit me.
Accedite ad eum ⁊ illumi
namini: et vultus veſtri nõ
erubeſcent.
Iſte paup clamauit ⁊ dñs
exaudiuit eũ: ⁊ ex oĩb⁹ tribu
latiõib⁹ ei⁹ liberauit eum.
Immittet angelus domi-
ni in circuitu timẽtiũ eum:
et eripiet eos.
Guſtate et videte quoniã
ſuauis eſt dominus: beat⁹
vir qui ſperat in eo.
Timete dominum oĩes
ſancti eius: quoniam nichil
deeſt timentibus eum.
Diuites eguerunt et eſu-
rierunt: inquirentes autem
dñm non deficient oĩ bono.
Venite filij audite me: ti-
morem dñi docebo vos.
Quis eſt hõ q̃ vult vitam:
⁊ cupit videre dies bonos.
Prohibe linguam tuam a
malo: et labia tua ne loquã-
tur dolum.
Diuerte a malo et fac bo-
num: inq̃re pacem et ſeque-
re eam.
Oculi domini ſuper iu-
ſtos: et aures eius ad pre-
ces eorum.
Vultus autẽ domini ſup
faciẽtes mala: vt perdat de
terra memoriam eorũ.
Clamauerunt iuſti et do-
minus exaudiuit eos: et ex
omnibus tribulationibus
eorum liberauit eos.

mea: audiant mãſueti et le-
tentur. Gimel.
Magnificate dominũ me-
cum: et exaltemus nomẽ ei⁹
pariter. Daleth.
Queſiui dñm et exaudi-
uit me: et de oĩbus ãguſtijs
meis liberauit me. He.
Reſpicite ad eũ et conflui-
te: et vultus veſtri non con-
fundentur. Vau.
Hic paup clamauit ⁊ dñs
exaudiuit: ⁊ de oĩb⁹ tribu-
latiõib⁹ ſaluabit eũ. Zai.
Circundat angel⁹ domi-
ni in gyro timentes eum: et
eruet eos. Heth.
Guſtate et videte quoniã
bonus dominus: beat⁹ vir
qui ſperat in eo. Thet.
Timete dñm ſancti eius:
quoniam non eſt inopia ti-
mentibus eum. Ioth.
Leones indiguerũt ⁊ eſu-
rierũt: q̃rẽtib⁹ aũt dominũ
non deerit oẽ bonũ. Caph.
Veite filij audite me: tio-
rẽ dñi docebo vos. Lamech.
Quis eſt vir qui velit vi-
tam: diligẽs dies videre bo
nos. Mem.
Cuſtodi linguam tuam a
malo: et labia tua ne loquã
tur dolum. Nun.
Recede a malo ⁊ fac bonũ:
quere pacem et perſequere
eam. Samech.
Oculi dñi ad iuſtos: ⁊ au-
res ei⁹ ad clamorẽ eorũ. Ain
Vultus dñi ſup facientes
mala: vt perdat de terra me
moriam eorum. Fe.
Clamauerũt iuſti et domi
nus exaudiuit: et ex omni-
bus tribulationibus eorum
liberauit eos. Sade.

Ayuntamiento de Madrid

| | Gall. | Rom. | Heb. |
|---|---|---|---|
| 18 | Iuxta eſt domin⁹ ijs qui tribulato ſunt corde: et hu-miles ſpiritu ſaluabit. | Iuxta eſt domin⁹ ijs qui tribulato ſunt corde: et hu-miles ſpiritu ſaluabit. | Iuxta eſt dñs cõtritis corde: et confractos ſpiritu ſaluabit. Cof. |
| 19 | Multe tribulationes iuſtorum: et de omnibus ijs liberauit eos dominus. | Multe tribulationes iuſtorum: et de ijs omnibus liberabit eos dominus. | Multe tribulationes iuſti et ex omnibus illis liberabit eum dominus. Res. |
| 20 | Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnum ex ijs non conteretur. | Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex ijs non conteretur. | Cuſtodit omnia oſſa ei⁹: vnum ex eis non confringetur. Sin. |
| 21 | Mors peccatorũ peſſima: et qui oderunt iuſtum delinquent. | Mors peccatorũ peſſima: eſt: et q̃ oderunt iuſtum delinquunt. | Interficiet impium malitia: et odientes iuſtum culpabuntur. Tau. |
| 22 | Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorũ: et nõ delinquẽt omnes qui ſperant in eo. | Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorũ: et nõ delinquẽt omnes qui ſperant in eo. | Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorũ: et nõ peccabunt omnes ſperantes in eo. |

TITULUS. Ipſi Dauid quãdo cõmutauit os ſuũ corã Abimelech. Pſalmus de Chriſto dño/ quãdo cõmutauit faciem ſuã/ quãdo diuinitatẽ ſuã diſſimulauit/ quãdo contexit/ formã pauperis accipiens coram Abimelech/ in conſpectu iudeorũ/ in conſpectu regni patris ſui. id enim Abimelech ſignificat. Propheta in ſpiritu inducit Chriſtum de patre loquentẽ et ſuos hortantem.

EXPOSITIO CONTINUA. Benedicã dñm in omni tẽpore: ſemp laus eius in ore meo. 1
gratias agã deo patri meo omnibus diebus vite mee: bonitatẽ eius enarrabo/ ⁊ iugiter ac indeſinen
ter ipſũ laudabo. In dño laudabitur aĩa mea: audiãt mãſueti et letẽtur. in deo patre meo/ in obediẽ 2
tia ⁊ executione mandatorũ eius/ oĩs laus ⁊ aĩe mee cõmendatio: hec intelligãt mites ⁊ ſimplices cor
de ⁊ exultent animoq; conſolẽtur. Magnificate dñm mecũ: ⁊ exaltem⁹ nomen eius in idipſũ. O vos 3
mãſueti ⁊ mites corde/ exaltate magnis preconijs patrem meũ celeſtem extollite mecũ: ⁊ magnifice-
mus nomen eius ſimul/ extollamus nomen eius in vnum. Exquiſiui dñm ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omni 4
bus tribulationibus meis eripuit me. inuocaui patrẽ meũ ⁊ dignatus eſt me exaudire: ⁊ liberauit me
ex omnibus anguſtijs/ que oppreſſerunt me. Accedite ad eũ et illuminamini: ⁊ facies veſtre nõ con- 5
fũdẽtur. appropinquate ei fide ⁊ inuocatiõe/ ⁊ mẽtis illuminationẽ ſuſcipite quia pater luminũ eſt: ⁊
mẽtes veſtre ad diuinitatis ſimilitudinẽ efformate. nulla vnq̃ operiẽtur cõfuſione. Iſte pauper cla 6
mauit ⁊ dñs exaudiuit eũ: ⁊ de omnib⁹ tribulationibus eius ſaluauit eũ. de ſe loquitur dñs. iſte pau
per qui ad vos loquitur O mites corde ⁊ aĩa benigni/ q̃ non habebat ĩ terris vbi reclinaret caput ſuũ
inuocauit patrẽ ⁊ pater celeſtis audiuit eũ: ⁊ de omnib⁹ preſſuris ⁊ anguſtijs eius liberauit eũ: ⁊ ita
vos audiet ſi acceſſeritis/ ſi clamaueritis ad eũ. Immittet angel⁹ dñi in circuitu timẽtiũ eũ. et eripiet 7
eos. vos audiet ſi inuocaueritis eũ/ quia angel⁹ eius circũſtabit eos qui timẽt eũ ad eos ꝓtegẽdũ: et
de periculis eximet eos. Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs: beatus vir qui ſperat in eo. intimo ſenſu 8
ſapite ⁊ cõtuemini mẽte/ quia totius bonitatis ſuauitate plenus eſt pater meus celeſtis/ dñator celi ⁊
terre: felicitatẽ adipiſcetur eternam qui cõfidit in eo. Timete dñm omnes ſancti eius: qm̃ non eſt ino 9
pia timentibus eũ. in timore ſancto colite patrẽ meũ vniuerſi imaculati ei⁹: qm̃ qui celeſti patri pure
ſeruiũt et ei cultũ in timore exhibẽt/ nichil ſibi deeſſe ſentiẽt ex omni copia ſpiritualium/ verorum et
eternorũ bonorũ. Diuites eguerunt et eſurierũt: inquirentes aũt dñm nõ minuentur omni bono. hui⁹ 10
ſeculi locupletes/ ſpiritualibus bonis/ animi ſufficiẽtia ⁊ veris alimonijs caruerũt: ijs vero qui nõ ter
renas opes ſeculi ſed deũ/ celeſtẽq; patrẽ querũt/ nullũ vnq̃ deerit bonũ. Venite filij audite me: timo 11
rẽ dñi docebo vos. accedite ad me O manſueti/ o pacifici auſcultate doctrinã meã/ euãgeliũ pacis pe
ctoribus inſerite: ⁊ quo pacto celeſtẽ patrem timere debeatis/ ego vos edocebo. Quis eſt homo qui 12
vult vitã: diligit dies videre bonos? quis eſt homo qui ad vitã cupit ingredi beatã. quis eſt homo q̃
cupit bona cognoſcere in dierũ eternitate? Prohibe linguã tuã a malo: et labia tua ne loquanť dolũ. 13
arce ſermonẽ tuũ a iuramento/ periurio/ detractione/ blaſphemia/ vaniloquio: ⁊ os tuũ ne falſũ teſti
moniũ dicat/ ne mẽdaciũ/ fraudẽue vllã cõcinnet. Diuerte a malo ⁊ fac bonũ: inquire pacẽ et perſe- 14
quere eã. declina ab ijs que lex diuina vetat et fac quod ipſa iubet: q̃re viam ſuperne pacis/ neq; vnq̃
deſere illã/ q̃re inquã trãquillũ ⁊ pacatũ mẽtis ſtatũ vbi cor nõ turbatur neq; formidat/ vbi aĩa ĩ amo
re eternorũ bonorũ quieſcit/ neq; terrore gehẽne/ iterminorũq; ſuppliciorũ quatitur ſeruiliterue in-
horreſcit/ et ſanctã illã animi pacẽ adinuẽtã quã mundus dare nõ poteſt/ ad finẽ vſq; complectere/ et

Ayuntamiento de Madrid

15 eris homo qui vult vitã et diligit dies videre bonos. Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius ĩ pre=
ces eorum. benignitatis aſpectus patris eterni ſuper legẽ adimplentes/qui linguã prohibẽt a malo/
et labia ſua ne loquantur dolũ/qui diuertũt a malo et faciũt bonũ/qui pacẽ inquirũt et perſequũtur
16 eam: et paratus eſt exaudire orationes eorum. Uultus autẽ domini ſuper facientes mala: vt perdat
de terra memoriam eorum. ſeueritatis aſpectus et ira patris mei ſuper iniuſtos/qui linguã ſuam ſol
uunt in malum/et quorum labia eorum loquuntur dolum/qui ſe conuertũt ad malũ et omittũt face=
re bonũ/qui pacẽ dei non querũt/neq̃ eam perſequũtur/ira inquã/ſeueritas et vindicta patris mei
17 ſuper tales: vt deleat nomĩa eorum de libro viuentiũ. Clamauerunt iuſti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊
ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ab ſeculi exordio iuſti qui eternum patrem inuoca
18 uerũt exauditi ſunt: et de oĩbus preſſuris eorũ clementiſſimus eripuit deus. Iuxta eſt dñs iis qui tri
bulato ſunt corde: et humiles ſpiritu ſaluabit. prope adeſt vt opituletur iuſtis/patris mei celi et ter=
re dominatoris benignitas/iuſtis inquã qui tribulata ſunt mente: et humiliatos et mente conſterna=
16 tos et afflictos liberabit. Multe tribulationes iuſtorũ: et de omnibus his liberabit eos dominus. fu
ture ſunt perſecutiones et afflictiones plurime eorum qui ſancte/pie et iuſte in hoc ſeculo conuerſari
20 volunt: et clementiſſimi dei preſidium de omnibus tribulationibus eripiet eos. Cuſtodit dominus
omnia oſſa eorũ: vnũ ex his non conteretur. tutatur celeſtis pater/omnes animi vires eorũ: neq̃ vna
21 quidẽ earũ collidetur/ſuperabitur ve a pſſura/ſed in morte eorũ erit refrigeriũ. Mors peccatorũ peſ=
ſima: et qui oderunt iuſtum delinquent. interitus iniuſtorum cruciatus amariſſimus et qui odio affli
xerunt/perſecutiq̃ ſunt inſontẽ iuſticiã dei operatũ/a parte meo arguentur/⁊ delinquentiũ tormenta
22 perferent. Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum: et non delinquent omnes qui ſperant in eo.
pater meus celeſtis preſeruabit a ſuppliciis eternis animas ſibi pie famulantium: et non peccabunt
vniuerſi qui confidunt in eo.

ADUERTE Huius pſalmi verſus incipere a litteris/ſecundũ ordinẽ quo digeſte ſũt apud hebre os: vt et pſalmi 24. quod deſignãt nomina litterarũ hebraicarũ adiecta lateribus verſuũ tralationis hebraice. Quinto verſu accedite ad eum et illuminamini: ex hebreo reſpicite ad eũ et cõfluite. ſed reſ picere nemo valet: niſi primum illuſtratus lumine: ideo huius loco reſpicite ſeptuaginta poſuiſſe vi dentur illuminamini. et loco huius confluite: venite. quare non admodũ aliena eſt intelligentia. illi quod neceſſario antecedit. Hieronymus vero quod ſequitur appoſuit. ſiquidem illuminationem ſequitur viſio. ¶ Septimo verſu. immittet angelus domini in circuitu timentiũ eum: ex hebreo circundat angelus domini in gyro timentes eum. in greco παρεμβαλει αγγελοσ κυριου κυκλω τωρ φοβουμερωρ αυτορ. quod magis apte dici poſſe videtur: irruet angelus domini in circuitu timentium eum. ſed quia verbum παρεμβαλλω immittere/iniicere/inuadere/irruere ſignificat: vnam ſignificationẽ interpretes poſuere/que minus claram facit intelligentiã. quod igitur Hieronymus ex hebreo dixit circundat angelus dñi in gyro timẽtes eũ: ſeptuaginta dixerunt irruet angelus domini in circuitu timentiũ eũ. et eũ: dominũ reſpicit non angelũ. et vtrũq̃ in eadẽ conſpirat ſententia: angelum dñi fore protectorẽ in gyro iis qui timẽt deũ. ¶ Decimo verſu. diuites eguerũt: ex hebreo leones indiguerunt. quod ſi mutanda fuit metaphora: potius ex ratione appoſite analogie dicendum fuiſſe videtur imanſueti/ſuperbi ac elati. nã hic mãſueti/mites et humiles inſtituuntur. ſed non magnopere id fortaſſe interpretes curarunt. nã ipſe eſt/qui eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimittit inanes. ¶ Nonuſdecimus verſus ⁊ viceſimus noſtre tralationis de iuſtis ⁊ fidelibus Chriſti haud abſone intelliguntur: at ex hebreo/ipſi Chriſto dño apte accõmodãtur. et viceſimus verſus ad litterã: oraculũ cõtinere videtur eius/quod eſt apud Joannẽ. venerunt ergo milites ⁊ primi quidem fregerunt crura: et alterius qui crucifixus eſt cũ eo. ad JHESUM aũt cũ veniſſent: vt viderẽt eum iã mortuum non fregerunt eius crura. ⁊ ſubiungit vt ſcriptura impleretur os non cõminuetis ex eo. q̃͂q̃ et illud ex exodi. 12. nec os illius cõfringetis: ſumptũ etiã velint. ¶ Ex hebreo viceſimus primus verſus apte de interfectione et ablatiõe poteſtatis ſathane/et de indelebili delicto iudeorum oſorum Chriſti intelligitur. et ex eodẽ verſu vbi omnes tralationes ſingulariter habent iuſtum: videtur accomodati⁹ ſuperiores verſus non de iuſtis ſed de iuſto intelligendos. de iuſtis autẽ in ſimilitudine iuſti liberãdis/⁊ minime (vt oſores Chriſti) reatũ admiſſuris: nichil ꝓhibebit ĩtelligi. ⁊ hi quattuor vltimi verſus/et ſi in vtraq̃ tralatione dignam habent intelligentiam: hebraica tamen diuinior.

| Huic David. XXXIIII. | Ipſi David. XXXIIII. | ¶ David. XXXV. |
|---|---|---|
| 1 Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. | Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. | Iudica domine aduerſarios meos: pugna contra impugnantes me. |
| 2 Apprehende arma et ſcu= | Apprehende arma et ſcu= | Apprehende ſcutum et |

Ayuntamiento de Madrid

tum:⁊ exurge in adiutoriũ
michi.
3 Effunde frameam et con-
clude aduerſus eos qui perſe
quuntur me:dic anime mee
ſalus tua ego ſum.
4 Confundãtur ⁊ reuereantur:
querentes animam meam.
5 Auertantur retrorſũ et con-
fundantur:cogitantes mi-
chi mala.
6 Fiãt tanq̃ puluis ante fa
ciem venti:⁊ angelus domi
ni coartans eos.
7 Fiat via illorũ tenebre et
lubricũ:et angelus domini
perſequens eos.
8 Quoniam gratis abſcon-
derunt michi interitum la
quei ſui:ſuperuacue expro-
brauerunt animam meam.
9 Ueniat illi laque⁹ quem
ignorat\⁊ captio quam ab-
ſcondit apprehendat eum:et
in laqueum cadat in ipſo.
10 Anima autem mea exul-
tabit in domino:delectabi-
tur ſuper ſalutari ſuo.
11 Omnia oſſa mea dicẽt:do
mine quis ſimilis tui?
12 Eripiens inopẽ de manu
fortiorũ eius:egenũ et pau-
perẽ a diripientibus eum.
13 Surgentes teſtes iniqui:
que ignorabam interroga-
bant me.
14 Retribuebant michi mala
pro bonis:ſterilitatem ani-
me mee.
15 Ego aũt cum michi mole-
ſti eſſent:induebar cilicio.
16 Humiliabam in ieiunio
animam meã:et oratio mea
in ſinu meo conuertetur.
17 Quaſi proximum quaſi
fratrem noſtrũ ſic compla-

tum:et exurge in adiutori-
um michi.
Effunde frameam et con-
clude aduerſus eos qui me
perſequunt:dic anime mee
ſalus tua ego ſum.
Cõfũdãt ⁊ reuereant ini-
mici mei:q̃ q̃rũt aiam meã.
Auertantur retrorſum et
erubeſcãt:qui cogitant mi-
chi mala.
Fiant tanq̃ puluis ante
faciem venti:et angelus do
mini affligens eos.
Fiant vie eorum tenebre
et lubricum:et angelus do-
mini perſequens eos.
Quoniam gratis abſcon-
derunt michi interitum la
quei ſui:vane exprobraue-
uerunt animam meam.
Ueniat illis laque⁹ quem
ignorant\et captio quã oc-
cultauerũt apprehẽdat eos
et in laqueũ incidãt i idipſũ.
Anima autem mea exul-
tabit in domino:et delecta
bitur ſuper ſalutare eius.
Omnia oſſa mea dicẽt do-
mine quis ſimilis tibi? eri-
piens inopem de manu for
tioris eius:egenũ et paupe
perem a rapientibus eum.
Exurgentes teſtes iniqui
que ignorabam interroga-
bant me\⁊ retribuebant mi
chi mala pro bonis:et ſteri-
litatem anime mee.
Ego autem dũ michi mo-
leſti eſſent induebam me ci-
licium\et humiliabam i ie-
iunio animam meã:et ora-
tio mea in ſinum meum cõ
uertebatur.
Sicut proximum et ſicut
fratrẽ noſtrum ita cõplace-

haſtam:et conſurge in auxi
lium meum.
Euagina gladium et pre
occupa ex aduerſo perſequẽ
tes me:dic anime mee ſal⁹
tua ego ſum.
Cõfundãtur ⁊ reuereant
qui querunt animam meã.
Conuertantur retrorſum
et confundantur:qui cogi-
tant malum michi.
Fiant ſicut puluis ãte fa
ciem venti:et ãgelus domi-
ni impellat.
Sit via eorum tenebre et
lubricum:et angelus domi
ni perſequatur eos.
Quia fruſtra abſconde-
rũt michi inſidias retis ſui:
ſine cauſa foderunt anime
mee.
Ueniat ei calamitas quã
ignorat\et rete ſuum quod
abſcõdit comprehendat eũ:
et cadat in laqueum.
Anima autem mea exul-
tabit in domino:et letabi-
tur in ſalute ſua.
Omnia oſſa mea dicent\
domine quis ſimilis tui?
eruens inopem a validiore
et pauperem et mendicum
a violento.
Surgentes teſtes iniqui:
que neſciebam interroga-
bant me.
Reddebant michi mala
pro bono:ſterilitatem ani-
me mee.
Ego autem cum infirma-
rer ab eis\induebar cilicio\
humiliabam in ieiunio ani
mam meam:et oratio mea
ad ſinum meum reuertet.
Quaſi ad amicum quaſi
ad fratrem meum ſic am-

Ayuntamiento de Madrid

cebam:quaſi lugens ⁊ cōtri
18 ſtatus ſic humiliabar.
Et aduerſū me letati ſunt
et conuenerunt: congrega-
ta ſunt ſuper me flagella et
ignoraui.
19 Diſſipati ſūt nec compun
cti tentauerūt me\ ſubſāna-
uerūt me ſubſānatione:frē-
duerūt ſup me dentibꝰ ſuis
20 Domine quādo reſpicies?
reſtitue animam meā a ma-
lignitate eorum: a leonibꝰ
vnicam meam.
21 Confitebor tibi in eccleſia
magna: ī populo graui lau
dabo te.
22 Non ſupergaudeant mi-
chi qui aduerſātur michi ii
que:qui oderūt me gratis ⁊
annuunt oculis.
23 Quoniā michi quidē paci
fice loquebant̄: ⁊ ī iracūdia
terre loqntes dolos cogitabāt
24 Et dilatauerūt ſup me os
ſuū:dixerūt euge euge vide
runt oculi noſtri.
25 Vidiſti domine ne ſileas:
domine ne diſcedas a me.
26 Exurge ⁊ intende iudicio
meo:deus meus ⁊ dominꝰ
meus in cauſam meam.
27 Iudica me ſcdm iuſticiā
tuam dñe deus meus: ⁊ nō
ſupergaudeant michi.
28 Non dicant in cordibꝰ ſu-
is euge euge aīe noſtre: nec
dicant deuorauimus eum.
29 Erubeſcant et reuercātur
ſimul:qui gratulantur ma
lis meis.
30 Induantur confuſione et
reuerentia : qui maligna
loquuntur ſuper me.
31 Exultēt ⁊ letentur qui vo
lūt iuſticiā meam: ⁊ dicant

bam tanꝙ lugens et contri-
ſtatus ita humiliabar.
Aduerſus me letati ſunt\
et conuenerunt : congrega-
uerūt ī me\ flagella et igno-
rauerunt.
Diſſoluti ſūt nec compun
cti ſūt\ tentauerunt me ⁊ de
riſerunt deriſu : ſtriderunt
in me dentibus ſuis.
Domine quādo reſpicies?
reſtitue animā meā a male
factis eorum : et a leonibus
vnicam meam.
Confitebor tibi dñe in ec-
cleſia magna: ī populo gra-
ui laudabo te.
Vt nō inſultent in me qui
aduerſantur michi:inique:
qui oderūt me gratis et an-
nuebant oculis.
Quoniam michi quidem
pacifice loquebātur : et ſup
iram doloſe cogitabant.
Dilatauerūt in me os ſu-
um:dixerūt euge euge vide
runt oculi noſtri.
Vidiſti domine ne ſileas:
domine ne diſcedas a me.
Exurge domīe intēde iu-
diciū meū:deꝰ meus et dñs
meus in cauſam meam.
Iudica me ſecūdū magnā
miſericordiā tuā domīe de-
us meus\ vt nō inſultent in
me inimici mei \ nec dicant
ī cordibꝰ ſuis euge euge aīe
nře:nec dicāt obſorbuimꝰ eū
Erubeſcant et reuerean-
tur ſimul qui gratulan-
tur malis meis : induan-
tur pudore et reuerentia \
qui magna loquuntur ad-
uerſus me.
Exultēt et letētur qui vo-
lunt iuſticiā meā et dicant

bulabam:quaſi lugens ma-
ter triſtis incuruabar.
Et in infirmitate mea le-
tabantur: et cōgregabātur.
Collecti ſūt aduerſū me ꝑ-
cutientes et neſciebam: ſcin
dentes et non tacentes.
In ſimulatione verborū
fictorum frendebant cōtra
me dentibus ſuis.
Domine quanta aſpicies?
conuerte animā meā a cala-
mitatibus ſuis: a leonibus
ſolitariam meam.
Confitebor tibi in eccleſia
grandi:in populo forti lau-
dabo te.
Non letentur ſuper me ini
mici mei mendaces:odien-
tes me fruſtra conniuentes
oculo.
Non enim pacē loquūtur:
ſed ī rapina terre\ vba frau-
dulenta concinnant.
Et dilatauerunt ſuper me
os ſuū : dixerūt vah vah vi-
dit oculus noſter.
Vidiſti domine ne ſileas :
domine ne elongeris a me.
Cōſurge ⁊ euigila in iudi
cium meū: deꝰ meus et dñs
meus in cauſam meam.
Iudica me ſecundum iu-
ſticiā meā domine deus me-
us:et ne inſultent michi.
Ne dicant in corde ſuo vah
vah aīe noſtre:nec dicant ab
ſorbuimus eum.
Confundantur et reuereā-
tur pariter : qui letantur in
afflictione mea.
Induantur confuſione et
verecundia : qui magnifi-
cantur ſuper me.
Gaudeāt ⁊ letētur qui vo
lūt iuſticiam meā:et dicant



Ayuntamiento de Madrid

| GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|
| ſemp magnificetur dñſqui | ſemper magnificetur dñs \ | ſemper magnificetur dñs \ |
| volunt pacem ſerui eius. | qui volunt pacē ſerui eius. | qui vult pacem ſerui ſui. |
| 32 Et lingua mea meditabi= | Sed et lingua mea medi= | Et lingua mea meditabi= |
| tur iuſticiam tuaꝫ: tota die | tabitur iuſticiam tuam:to= | tur iuſticiam tuaꝫ: tota die |
| laudem tuam. | ta die laudem tuam. | laudem tuam. |

TITULUS. In finem pſalmꝰ Dauid. in finē: in conſūmationē eoꝛum que de meſſia erāt pſalmꝰ
de Chꝛiſto domino. Propheta in ſpiritu Chꝛiſtū dñm qua homo eſt inducit patrem inuocantem.
EXPOSITIO CONTINUA. Iudica dñe nocētes me: expugna īpugnātes me. cōdēna pr̄ 1
iuſte tuo iuſto iudicio affligentes me: cōuince belligerātes aduerſum me. Apprehende arma et ſcu= 2
tum: et exurge in adiutoꝛiū michi. aſſume tela quibus hoſtes confodias/ et clypeū quo me pꝛotegas
et veni ad auxiliādū michi. Effūde frameā et cōclude aduerſus eos qui perſequūtur me: dic anime 3
mee ſalꝰ tua ego ſū. euagina/ vibꝛa et pſtringe vltionis tue gladiū per circuitū aduerſꝰ pſequētes me
aduerſus iudeos/ pōtifices/ ſcribas ⁊ phariſeos: audiā te cōſolātē ſpiritū meū ⁊ dicētē. ego ſaluatoꝛ
tuꝰ ibi aſſū. Cōfundātur ⁊ reuereātur: querentes animā meā. confuſione operiantur/ et iterato con= 4
fundantur: qui ſtudent auferre vitam meā. Auertant retroꝛſū et cōfundantur: cogitantes michi ma= 5
la. coꝛruāt ⁊ derelinquantur a te/ eterna confuſione oppꝛimantur: qui perditionem meā appetūt. Fi 6
ant tanq̄ʒ puluis ante faciē venti: ⁊ angelus dñi coartans eos. O pater querentes moꝛtificare vitam
meā/ fiant ſicut ramēta in aere difflata: et angelus percutiens/ angelus tuus vltoꝛ elidat eos. Fiant 7
vie illoꝛū tenebꝛe et lubꝛicum: et angelus dñi pſequens eos. incedat in ignoꝛantia et cecitate mentis:
et intelligentie lapſu: ⁊ ſathanas perſequatur eos. Quoniam gratis abſconderunt michi interitū la= 8
quei ſui: ſuperuacue expꝛobꝛauerunt animā meam. hec illis contingent quoniā ſine cauſa moliti ſunt
michi inſidias moꝛtis: nequicq̄ʒ et ab re calūniati ſunt: vt auferrent vitā meam. Ueniat illi laqueus 9
quē ignoꝛat: et captio quā abſcondit appꝛehēdat eum. ſathanā harū doloſitatū ſuggillatoꝛem apud
iudā/ iudeos et pꝛīcipes/ pedica quā non cognoſcit irretiat: et fallacia quā occultauit decipiat eum.
Anima autē mea exultabit in dño: et delectabitur ſuper ſalutari ſuo: non in moꝛte detinebitur aſtu= 10
tijs ſathane ceu putat/ ſpiritus meus: ſed exultatiōne eterna gaudebit in deo patre meo/ dominato=
re ⁊ ereptoꝛe ſuo. Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tibi? omnis foꝛtitudo mea et anime 11
et coꝛpoꝛis non amplius obnoxij moꝛti dicet: O celeſtis pater quem aſſimilabo tibi? Eripiens ino= 12
pem de manu foꝛtioꝛū eius: egenū et pauperē a diripientibus eum. quem aſſimilabo tibi pater bene
fice? qui me omni humana ope deſtitutum liberas de poteſtate eoꝛum quibꝰ deſuper datum eſt pre=
ualere in me: qui liberas me mendicū et in paupertate inter homines conuerſatū/ a diſcerpentibus
et lacerantibus me. Surgentes teſtes iniqui: que ignoꝛabā interrogabant me. iniuſti ſuſcitatoꝛes fal 13
ſoꝛum contra me teſtiū: ea a me querebant ⁊ ſciſcitabantur/ quoꝝ innocens eram et inconſcius. Re= 14
tribuebant michi mala pꝛo bonis: ſterilitatē anime mee. compenſabant michi nocumenta pꝛo benefi
cijs: perinde ac ſi ſemper nichil boni fuiſſem operatus et infructuoſa fuiſſet vita mea. Ego autem cū 15
michi moleſti eſſent: induebar cilicio. ego vero cum me verſatum in terra moleſtijs afficerent: ſacco
et penitentie indumēto operiebar/ pꝛo illis oꝛans/ pꝛoq̄ʒ illoꝛum ſalute me affligens. Humiliabā in 16
ieiunio animā meam: et oꝛatio mea in ſinu meo conuertetur. affligebā/ macerabā inedia vitam meam
pꝛo ipſis: in oꝛatione perſiſtebam/ que ſi ipſis pꝛo eoꝛū peruicacia non pꝛoderit ad meipſum meoſq̄ʒ
reuertetur. Quaſi pꝛoximū et quaſi fratrē noſtrū ſic cōplacebā: quaſi lugens ⁊ ꝯtriſtatus ſic humilia 17
bar. ſic ad populū iudeoꝝ q̄ mala pꝛo bonis michi rependūt/ me gerere ſtudebā/ ac ſi pꝛoximus ac ſi
frater nr̄ eſſet: quaſi mater luctuoſa in filios ego pꝛo illis meſtus ⁊ triſtis/ me humiliabā. Et aduer= 18
ſum me letati ſunt et cōuenerūt: cōgregata ſunt ſuper me flagella ⁊ ignoꝛaui. et iudei in perſecutione
mea gauiſi ſunt ⁊ congregati ſunt: flagellis ceciderunt me/ et ego inſons/ īnocens/ ⁊ inconſcius erā.
Diſſipati ſunt nec cōpuncti tentauerunt me/ ſubſannauerūt me ſubſannatione: frenduerunt ſup me 19
dentibus ſuis. diſſipauerūt me ⁊ ſine vlla animi compaſſione toꝛmentis me pꝛobauerunt/ irriſerunt
me ludibꝛijs: pꝛe nimia odij acerbitate ſtriderūt dētibus ſuis ī me. Dñe quādo aſpicies? reſtitue ani 20
mam meā a malignitate eoꝛū: a leonibus vnicā meam. pater iuſte quādo intendes oculos ad me/ et
ad aduerſarioꝛū vīdictā/ reſuſcita me liberata anima mea a calamitatibꝰ/ quas cumulauerūt in me: ⁊
ſponſā meā/ eccleſiā meā libera a tyꝛannoꝝ/ ſuperboꝝ/ et immaniū ferocitate. Confitebor tibi in ec= 21
cleſia magna: in populo graui laudabo te. o pater miſericoꝛdiſſime depꝛomam laudes tuas in nume
roſa vbiuis gētiū/ fideliū cōgregatiōe: in populo vita cōpoſito ⁊ veraci/ laudes tuas ꝓnūciabo. Nō 22
ſupergaudeāt michi qui aduerſantur michi inique: qui oderunt me gratis ⁊ annuunt oculis. nō per=
ſeueret gaudiū/ me iniuſte perſequentiū: qui vltro ⁊ ſine cauſa me odio habuerunt/ ⁊ facietenꝰ / fal=
laciq̄ʒ vultus apparentia mecū ſentiūt. Quoniam michi quidē pacifice loquebantur: et in iracundia 23

Ayuntamiento de Madrid

terre loquentes/dolos cogitabant.annuunt michi oculis/et facietenus non animo cōſentiūt/quoniā
ſimulabant mecum verba pacifica.et terreno ſuccenſente/iracundoq́ animo intra ſe cogitātes/dece-
24 ptiones in me concinnabant. Et dilatauerūt ſuper me os ſuum:dixerūt euge euge viderūt oculi nō
ſtri.et pre odio/dilatantes/amplians ⁊ extendentes ſuper me os ſuum:dixerūt vah vah nos te cō
25 fixum/conclauatum/morte mulctatū noſtris vidimus oculis. Vidiſti dn̄e ne ſileas/dn̄e ne diſcedas
a me.tu pater iuſte/oculis quib⁹ omnia vides aſpexiſti:ne cōpeſcaris/ne ſinas inultum:tu domina-
26 tor eterne ne procul fias a me. Exurge et intende iudicio meo deus meus:⁊ dn̄s meus ī cauſam me
am.veni pater inter me ⁊ aduerſarios meos/tu cōditor ſedulū te preſta ad ferendam ſentētiā meam:
27 et tu eterne dominator intende/et ſedulo diſcute ius meū. Iudica me ſecundū iuſtitiā tuā dn̄e deus
meus:et non ſupergaudeant michi.profer pro me ſententiā ſecundū equitatē tuam dn̄e deus pater
iuſte/qui inſontes abſoluis et reos punis et condēnas:⁊ nō ex iniuſta oppreſſione mea geſtiētes in-
28 ſultent michi. Non dicant in cordibus ſuis euge euge anime noſtre:nec dicant deuorabimus eum.
non geſtiētes inſultent michi cordibus ſuis dicētes vah vah/exprobrantes anime mee:nec medītēt
29 intra ſe conſumpſimus/abſorbuimus/funditus aboleuimus eū. Erubeſcāt ⁊ reuereātur ſimul:q̄ gra
tulantur malis meis.confundātur iterū/iterūq́ confundantur pariter:qui ſuper afflictione mea letā
30 tur. Induantur confuſione ⁊ reuerētia:qui maligna loquuntur ſuper me.operiātur confuſioni⁊ igno
31 minia:qui maleuola et ſuperba effutiūt ſuper me. Exultent ⁊ letentur qui volunt iuſticiam meam: ⁊
dicant ſemper magnificetur dn̄s qui volunt pacē ſerui eius:gaudeāt et leticia repleantur eterna/qui
ſaluam/qui ereptā cupiūt innocentiā meā:⁊ ſemper glorificent patrē miſericordiarū et totius conſo
32 lationis/qui optant ſalutem chriſti eius/ſalutē meā ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam
tuam:tota die laudē tuā.⁊ O pater dominator imenſe memorabitur ⁊ eloquetur os meū equitatem
tuā/qui me eripueris/qui excitaueris a mortuis:qui non permiſeris vt ſupergauiſi fuerint michi ini
mici mei/ſed pro tuo iuſto iudicio confuderis et attriueris:et eloquetur os meum toto tempore gra
tie tue/toto tempore legis noue laudationem tuam.

ADVERTE.3/4/5/verſus et ſequētes nōnulli in ꝓphetia:nō in imprecatione (quod ex 14/⁊ 15.
verſibus ſatis cognoſcitur) intelligēdi ſunt/ſed prenūciatiue.⁊ illa/a paſſionis tēpore ad preſentem
diem:in iudeis ſunt impleta. Nonus tamen verſus de ſathana intellectus:⁊ imprecatorius eſt/et ꝓ
phetiā cōtinēs. ¶ Sexto verſu.in fine/⁊ angel⁹ dn̄i coartans eos:apti⁹ forte pro ſermonis decentia
per verbū coartet/concludat/elidat eos diceretur. vt ex hebreo:et angelus domini impellat. ¶ Itē
et ſeptimo verſu.perſequēs eos:aptius per verbū/vt ex hebreo perſequatur eos.ſed hec minus ītel
ligentie q̄ ſermonis aptitudini p̄iudicant. ¶ Nono verſu.et in laqueū cadat in ipſo:rectius in ipſū.
nā ſenſus eſt:et in laqueū cadat in eum ipſū ſcilicet quē molitus erat/quē abſconderat/vt anima dn̄i
apud inferos detineretur in morte.ille vero contra in inferno detentus eſt:et dn̄s ſolutus. et perin-
de eſt ac ſi tralator iuxta conſuetudinē latinam dixiſſet:et in eū ipſū ſiue in ſuūmet laqueum cadat.ſic
greco habetur και εν τη παγιδι πεσειται εν αυτη.et ex hebreo et cadat in laqueum. ¶ Deci-
mo verſu.delectabitur ſuper ſalutari ſuo:ex hebreo/et letabitur in ſalute ſua.et idem vult:ſed incō-
fuſius.nā id ſalute intelligitur de patre:ſalutare vero in q̄plurimis appropriate intelligitur Chriſt⁹
At ſalus:apte patri ſine allucinationis phantaſia accōmodatur.et hoc vocabulū (ſalutare dico) nō
nullis preſtitit occaſionē vt pſalmū hunc de eccleſia ad Chriſtū exponerēt: que quidē ex tralationis
hebraice inſpectione/ilico corruiſſet. ¶ Duodecimo verſu.vbi dicimus eripiens inopē de manu for
tiorum eius/et a diripientibus eū:ex hebreo/nō pluratiue ſed vnice ſic/eruens inopē a validiore/et
mendicū a violento.quod ex conſequentia de principe tenebrarū dictū videtur:de quo ſupra verſu
nono.q̄q̄ et id dictū de corporalibus aduerſarijs intelligi:nichil ſit incōmodi.nam tūc poteſtate de
ſuper illis data/imo et a Chriſto domino illis permiſſa:fortiores fuere.vt ait dn̄s in Joanne ad pila
tum:non haberes poteſtatē aduerſū me vllā/niſi tibi datū eſſet deſuper.et in luca ad iudeos: hec eſt
(inquit) hora veſtra et poteſtas tenebraꝝ.et preſtaret vt diceremus eripiēs inopē de manu fortioꝝ/
miſſum faciēdo eius:vt et omittitur ex hebreo.quod ſi additur:locutionis ratio potius exigit dicen-
dum eo q̄ eius. ¶ Verſu ſeptimodecimo.quaſi proximū/quaſi fratrē noſtrū:legendū quaſi ad ꝓxi
mum quaſi ad fratrē ex hebreo.nā ſine prepoſitione nullus eſt ſenſus. et rectius meū q̄ noſtrū dicē-
dum ex hebreo.nam cū dominus patrē alloquatur qui nulla carnis ſocietate humano generi copu-
latus eſt/at Chriſtus dn̄s hominū amator/copulatus eſt:minime dicēdū proximū noſtrū/fratrē no-
ſtrum.quādoquidē patri ad iudeos nulla ꝓximitatis/aut fraternitatis ratio:dn̄o autē erat qua ho-
mo factus eſt/⁊ ex iudeis.quare condecet ei dicere:quaſi ad proximū meū/quaſi ad fratrem meum.
¶ Q⁹ in eodē ſeptimodecimo verſu ex hebreo additur/quaſi lugens mater:benigniſſimi dn̄i viſcera
lis affectus ſaluādi iudeos oſtenditur.ſed ſequētes verſus eorū immanē ingratitudinē oſtēdūt: que
etiānū ad tēpora noſtra punitur. O mira ingratitudo:cuius flagella per mille quingentos annos cō-



Ayuntamiento de Madrid

6 conterriti ſunt: hoꝛroꝛ ſuaſit eos. Ibi doloꝛes vt parturiētis: in ſpiritu vehemēti cōteres naues thar
ſis.ibi pene vehemētes martyꝛū tuoꝛū vt parturienſiū: in turbine valido vltionis tue cōfriges ſuper
7 bias ſeculi. Sicut audiuimus ſic vidimus ī ciuitate dñi virtutū in ciuitate dei noſtri: deus fundauit
eā in eternū. vt a ſpiritu ſancto pꝛedictum eſt ſic et viſum eſt in eccleſia Chꝛiſti/ q̄ rex eſt gloꝛie et dñs
virtutū/ in eccleſia Chꝛiſti dei noſtri: Chꝛiſtus dñs deus noſter firmauit eā et ſtabiliuit in perpetuū.
8 Suſcepimus deus miſericoꝛdiā tuā: ī medio tēpli tui. adepti ſum⁹ miſerationē tuā dñe IHESU
9 ſupbenedicte in medio eccleſie tue: miſerationē tuam eſtimauimus in medio coꝛdis noſtri. Secun-
dum nomen tuū deus ſic et laus tua in fines terre: iuſtitia plena eſt dextera tua. inſtar nōis tui quod
omne nomē excedit Chꝛiſte IHESU deus imēſe/ ſic magnus cult⁹ tuus et veneratio tua ad extre
10 mum vſq3 oꝛbis terre: poꝛtio ſaluandoꝛum repleta eſt lege tua. Letetur mons ſion et exultent filie
iude: pꝛopter iudicia tua dñe. gaudeat eccleſia/ īmaculata ſpōſa tua/ q̄ aſtat a dextris tuis/ et exultēt
11 aīe laudātes et gloꝛificātes te: pꝛopter iuſtificationes tuas fili dei dominatoꝛ eterne. Circundate ſi-
on et complectimini eam: narrate in turribus eius. O vos eterne ſalutis cupidi/ circuite immaculatā
12 eccleſiam et charitate amplexamini eā: id agnoſcant pꝛeſules/ ſpeculatoꝛes et defenſoꝛes eius. Po-
nite coꝛda veſtra in virtute eius: et diſtribuite domos eius vt enarretis in pꝛogenie altera. fidite ī de
fenſione et pꝛotectione eccleſie: et diſpenſate familias eius/ ad diuerſa loca diſpartite / vt euangeliū
13 pacis annuncietis venturis generationibus. Quoniam hic eſt deus deus noſter in eternum et in ſe-
culum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula. vt enarretis inquam futuris generationibus/ quoniam ille ipſe
Chꝛiſtus dominus deus/ deus noſter eſt perenniter/ et in ipſa eternitatis incompꝛehenſibilitate: et
ipſe rex noſter erit per eui ſpacia intermina.

ADUERTE. Secūdo verſu: vbi legimus fundat̄ exultatione vniuerſe terre mōs ſion latera aquilonis/ ciuitas regis magni: ex hebꝛeo reſpondet ſpecioſo germine/ gaudio vniuerſe terre / monte ſion/ lateribus aquilonis/ ciuitacula regis magni. et id cōtinuatur ad id quod ſupꝛa dictum eſt in ciuitate dei noſtri/ monte ſancto eius. ex quo pulchꝛa notentur eccleſie nomina. vocatur enī ex his duobus verſibus ciuitas dei/ mons ſanctus eius/ ſpecioſum germen/ gaudium vniuerſe terre / mōs ſiō/ latera aquilonis/ ciuitacula regis magni. ciuitas dei: quia ciues eius/ id eſt filij eccleſie legib⁹ dei viuunt. mons ſanctus: quia in ea ſunt ſancte mentes/ que (calcatis infimis rebus) eleuate/ in ſupꝛamūdanis et altiſſimis habitant: ſpecioſum germen: ob regenerationis ſacramentum. ex quo: filia dei et pulchꝛa genitura ſurgit. gaudium vniuerſe terre: quia per eam eterna ſalus vniuerſe terre acquiritur. Mons ſion: ob mentes/ altiſſimoꝛum contemplatione ad ſuperceleſtia euolantes. Latera aquilonis: quia Petrus et Paulus ſummi in ea pꝛincipes/ a Hieruſalem pꝛofecti eam vel maxime ī aq̄lone locauerunt. Ciuitacula regis magni: ſi regis immenſi celeſtium choꝛoꝛum eccleſiam conſideremus/ hec paruula eſt. et tam dignus hic verſus: vt par eſſet noſtre tralationis verſum / ad eius ſenſum concinnare. vt ita continuaremus fini pꝛecedentis/ id eſt pꝛimi verſus in ciuitate dei noſtri/ ī mōte ſancto eius. Specioſo germine/ exultatione vniuerſe terre/ monte ſion/ lateribus aquilonis/ ciuitate regis magni. Hic ſecūdus verſus: vt in noſtro/ ſic et in pſalterio romano coꝛruptā habet intelligentiā. Et in greco ſic ſecundo verſu videtur legendum ευριζω αγαλλιαματι πασησ τησ γησ ορει σιωρ τοισ πλευροισ του βορρα τη πολει του βασιλεωσ του μεγαλου et ſic continuaretur ad verſum pꝛimum in monte ſancto eius/ bene radicato exultatione vniuerſe terre/ monte ſion/ lateribus aquilonis/ ciuitate regis magni. nunc autem partim coꝛrupte ορη σιων τα πλευρα του βορρα η πολισ του βασιλεωσ του μεγαλου montes ſion/ latera aquilonis / ciuitas regis magni. ¶ Sed dices: cur eccleſiam/ latera aquilonis vocat? Quia ſpiritum dei nichil latet. petrus autē pꝛimū Antiochie/ ꝛ deinde Rome que ad aquilonē vergunt: petræ id eſt Chꝛiſto dño eccleſiā locauit. Sed quid? appellabimus ne eccleſiā Romanā? Eſto. ſed honoꝛificēti⁹ eccleſiā petræ Petro enī dictū eſt tu es petrus: ꝛ ſuper hanc petrā edificabo eccleſiā meā. nō ſuper romā: dictū eſt. ſed tā diu roma ſaluabitur: q̄diu nauclero Petro/ clauūq3 nauicule emoderāte/ adherebit petræ. p eccleſia petræ moꝛtē ſubierim lubēs: que a fundamēto ꝛ angulari illo lapide nomen habet. nam ita moꝛi: eſt vitā inuenire. ſic enim eternus ſponſus: ſponſā in amatoꝛijs canticoꝛū dꝛamatib⁹ vocat. Ueni colūba mea in foꝛaminibus petræ / in cauerna macerie: oſtēde michi faciem tuā / ſonet vox tua in auribus meis. At ſiquis alius eccleſiā Anthiochi/ Alexādri/ Romuli aut Remi michi nūcupet: qꝛ verū nomē obūbꝛat/ obtegit/ celat/ nomē dñi mei/ dei mei/ regis magni nō agnoſco. ſi petræ/ ſi Chꝛiſti: pꝛotinus agnoſco. imo et qui eccleſiā petri nuncupat: inferioꝛi nomīe nuncupat/ q̄3 qui eccleſiam petrę. non enim petri eſt: niſi vt fidelis pꝛocuratoꝛis/ diſpenſatoꝛis ꝛ vicarij. ſed eſt petrę: vt pꝛopꝛij patriſfamilias/ pꝛopꝛij regis. ꝛ ſi petrus de nomine percōtatus fuiſſet: vero eā nomine nūcupaſſet/ non alieno. eū in celo habeo teſtē. verū enī nomē: omnia vnit. At q̄ dicit/ eccleſia Antiochie/ eccleſia

Alexandrie: hoc nomē diuidit. vnio aūt omniū charitatē: diuiſio vero ſeditiōes parit. Et ſcio ex hoc loco / ciuitatē dei noſtri / montē ſanctū / ſpecioſū germē / exultationē vniuerſe terre / mōtem ſion / latera aquilonis / ciuitatē magni regis: nunquā deſiturā. fundauit eni eā deus in eternū. Scio inſup: quoniam hic eſt deus / deus noſter in ſeculū ſeculi: et ipſe reget nos in ſecula. ꝛ id nimirū verum eſſe. rogaui pro te Petre: vt non deficiat fides tua. et ego vobiſcū ſū: vſq̄ ad ꝯſūmationē ſeculi. ¶ Tertio verſu. deus in domibus eius cognoſcetur. in tralatione romana: deus ī grauibus eiꝰ dignoſcetur. rectiꝰ in domibus. et videtur hic interpres allucinatus: ꝛ debuiſſe vertere domibus nō grauibus. ex noſtra tralatione / hebraica / et ex greco. nam et in noſtra et hebraica tralatione habemus domibus. et in greco habetur ο θεοσ εν ταισ βαρεσ ιν αυτησ γινωσ κεται deus in domibus eius cognoſcetur. et vocabulum βαρισ quod hic ponitur: decimo verſu pſalmi. 44. vbi dicitur απο βαρεων ελεφαντινων vertit idē interpres a domibus eburneis. quare et ita hic illi faciendum erat. ſed vicinitas vocabuloꝝ βαροσ aut βαρυσ quoꝝ vtrūq̄ in datiuo plurali conſimiliter vareſi facit: illum feſelliſſe videtur. genus tamen femininum ταισ oſtendebat veniſſe de βαρισ non autem de βαρωσ aut βαρυσ. quoꝝ hoc maſculinū / illud neutrū eſt. ſed hec varietas ad latinos parum: ꝛ ad interp̄tes non parū referat. ¶ Undecimo verſu. vbi habetur narrate in turribus eius: Hieronymus ex hebreo numerate turres eius. qui ſermo inducit eos qui circa eccleſiā ſunt vt conſiderent multitudinem protectorum eius / patriarchatuū / primatuū / epiſcopatuū (qui ꝓpugnacula eius ſūt) numeroſitatē. quo ſe audentius eccleſie cōmittentes: comperiant ſalutē. ¶ Ultimo verſu. in fine vbi habemꝰ ī ſecula: Hieronymus ex hebreo intellexit in morte. quod factū putant ob duplicitatem vocabuli et inemendati codicis errorē. vbi vocabulū ſeparatū repertū eſt: quod (vt et ſeptuagīta) paſſim legitur coniūctum. et ideo nos rectius habere in ſecula: q̄ in illa Hieronymiana tralatione in morte putant. quod et conſentaneū eſt. ſed et alius intellexit hunc locū: ipſe reget nos in ſuauitate. vide q̄ multiplex huius loci intelligentia. potiores tamen crediderim hoc in loco: ſeptuaginta interpretum partes. quibus et accedit Paulus hebreus.

¶ In finē filijs Core pſalmus. XXXXVIII.

1 Audite hec om̄es gē-
tes: auribus percipi
te oēs qui habitatis orbem.
2 Quicq̄ terrigene ꝛ filij ho
minum: in vnum diues et
pauper.
3 Os meum loquetur ſapi-
entiam: ꝛ meditatio cordis
mei prudentiam.
4 Inclinabo in parabolam
aurem meā: aperiam ī pſal-
terio propoſitionem meam
5 Cur timebo in die mala?
iniquitas calcanei mei cir-
cundabit me.
6 Qui confidunt in virtute
ſua: et in multitudine diui
tiarum ſuarum gloriantur
7 Frater non redimit redi-
met homo: non dabit deo
placationem ſuam.
8 Et precium redemptiōis
anime ſue: ꝛ laborabit ī eter
nū et viuet adhuc in finem

¶ In finē filijs Core pſalmus. XXXXVIII.

Audite hec om̄es gē-
tes. auribus percipi
te qui habitabis orbem.
Quicq̄ terrigene et filij ho
minum: ſimul in vnum di-
ues et pauper.
Os meum loquetur ſapiē
tiam: et meditatio cordis
mei prudentiam.
Inclinabo ad ſimilitudi-
nem aurē meam: aperiam ī
pſalterio ꝓpoſitionem meā
Ut quid timebo in die ma
la? iniquitas calcanei mei
circundedit me.
Qui confidunt in virtute
ſua\ quiq̄ ī abundantia di-
uitiarū ſuarum gloriātur.
Frater non redimet redi-
met homo\ nō dabit deo pla
cationem ſuam nec p̄cium
redemptionis anime ſue:
laborabit in eternum et vi-
uet in finem.

¶ Uictori filijs Core pſalmus. XXXXVIIII.

Audite hoc oēs ppli:
auribus ꝑcipite vni
uerſi habitatores occidētis
Tam filij adam q̄ filij ſin
gulorum: ſimul diues et
pauper.
Os meum loquetur ſapi-
entias: et meditatio cordis
mei prudentias.
Inclinabo ad parabolam
aurem meam: aperiam in
cithara enigma meum.
Quare timebo in diebus
mali? īiquitas calcanei mei
circundabit me.
Qui fiduciā habēt in for-
titudīe ſua: ꝛ ī multitudīe
diuitiarū ſuarū ſuperbiūt.
Fratrem redimens nō re
dimet vir: nec dabit deo pro
pitiationem pro eo.
Necq̄ precium redemptio-
nis aīe eorū: ꝫ quieſcet ī ſe
cula ꝛ viuet vltra ī ſempitnū.

Ayuntamiento de Madrid

9 Nō videbit interitū cum
viderit ſapientes morien-
tes: ſimul inſipiens et ſtul
tus peribunt.
10 Et relinquent alienis di-
uitias ſuas: et ſepulchra eo
rum domꝰ illoꝝ in eternū.
11 Tabernacula eorum ī pro
geniē ꝛ progeniē: vocauert
nomina ſua in terris ſuis.
12 Et homo cū ī honore eſſet
non intellexit \ cōparatꝰ eſt
iumentis inſipientibus: et
ſimilis factus eſt illis.
13 Hec via illorū ſcandalum
ipſis: et poſtea in ore ſuo cō
placebunt. Semper.
14 Sicut oues in inferno po-
ſiti ſūt: mors depaſcet eos.
15 Et dominabūtur eorum
iuſti in matutino: et auxili
um eorum veteraſcet in in-
ferno a gloria eorum.
16 Verūtamē deus redimet
animā meā de manu īferi:
cum acceperit me. Semp.
17 Ne timueris cū diues fa-
ctꝰ fuerit hō: ꝛ cū multipli-
cata fuerit glīa domꝰ eiꝰ.
18 Quoniam cum interierit
non ſumet omnia: neqꝫ de-
ſcendet cum eo gloria eius.
19 Quia anima eius in vita
ipſius benedicetur: confite
bitur tibi cum bñfeceris ei.
20 Introibit vſqꝫ in ꝓgenies
patrū ſuorum: vſqꝫ in eter-
num non videbit lumen.
21 Homo cū ī honore eſſet nō
intellexit \ comparatꝰ eſt iu
mentis inſipientibus: et ſi
milis factus eſt illis.

Quoniam non videbit in
teritum cum viderit ſapiē-
tes morientes: ſimul inſipi
ens et ſtultus peribunt.
Et relinquent alienis di-
uitias ſuas: et ſepulchra eo
rū domus eoꝝ in eternum.
Tabernacula eoꝝ in oī gē
neratione et ꝓgenie: īuoca-
būt noīa eoꝝ ī terris ipſorū.
Et homo cū ī honore eſſet
non intellexit \ cōparatꝰ eſt
iumentis inſipientibus: et
ſimilis factus eſt illis.
Hec via eorum ſcādalum
ipſis: et poſtea in ore ſuo be-
nedicent. Dp̄.
Sicut oues ī iferno poſiti
ſūt: ꝛ mors depaſcet eos.
Et obtinebunt eos iuſti ī
matutino \ et auxiliū eorū
veteraſcet in inferno: et a
gloria ſua expulſi ſunt.
Verūtamen deus libera-
bit animā ſuā de manu in-
feri: dū acceperit me. Dp̄.
Ne timueris cū diues fa-
ctꝰ fuerit hō: et cū multipli-
cata fuerit gloria domꝰ eiꝰ
Qm̄ nō cū morieꝫ accipi-
et hec oīa: neqꝫ ſimul deſcen
det cū eo gloria domꝰ eius.
Qm̄ aīa eiꝰ in vita ipſius
benedicetur: et confitebitur
tibi dum benefeceris ei.
Et itroibit vſqꝫ in ꝓgeniē
patrū ſuorum: ꝛ vſqꝫ ī eter-
num non videbit lumen.
Et homo cum in honore eſ
ſet non itellexit \ cōparatus
eſt iumentis inſipientibus
et ſimilis factus eſt illis.

Et non videbit iteritum
cum viderit ſapientes mo-
rientes: ſimul inſipiens et
indoctus peribunt.
Et derelinquent alienis di
uitias ſuas: interiora ſua
domus ſuas in ſeculo.
Tabernacula ſua in gene-
ratione et generatione vo-
cauerunt nominibus ſuis
terras ſuas.
Et homo in honore nō cō-
morabitur \ aſſimilatus eſt
iumentis: ꝛ exequatus eſt.
Hec eſt via inſipientie eo-
rum: et poſt eos iuxta os eo
rum current. Sela.
Quaſi grex in iferno poſi
ti ſunt: mors paſcet eos.
Et ſubijcient eos recti in
matutino: ꝛ figura eorum
conteretur in inferno poſt
habitaculum ſuum.
Verūtamē deus redimet
animam meam de manu ī-
feri: cum aſſumpſerit me.
Sela.
Noli timere cum ditatus
fuerit vir: cum multiplica-
ta fuerit gloria domꝰ eiꝰ.
Neqꝫ enim moriens tollet
omnia: nec deſcendet poſt
eum gloria eius.
Quia anime ſue in vita
ſua benedicet: laudabūt te
cum benefeceris tibi.
Intrabūt vſqꝫ ad genera-
tionē patꝝ ſuorum vſqꝫ ad
finē non videbunt lumen.
Homo cum ī honore eſſet
non intellexit \ comparatus
eſt iumentis: et ſilebitur.

TITULUS. Ad victoriam filijs Core pſalmus. Pſalmus de Chriſto domino: propheta in ſpi
ritu inducit Chriſtum dominum loquentem.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Audite hec oēs gentes: auribꝰ percipite oēs qui habitatis
orbē. auditū accōmodate his verbis meis vniuerſe nationes: mentem adhibete vniuerſi incole terre
2 Quicqꝫ terrigene ꝛ filij hominū: in vnū diues et pauper. animū aduertite terreni homines/ et omnis

3 poſteritas eoꝝ:pariter locupletes et inopes et cuiuſcunqꝫ ſtatus extiteritis. Os meũ loquet̃ ſapien
tiam:et meditatio cordis mei prudentiã.ſermo oris mei diuina nunciabit vobis:et cogitatio mea re
4 ctam vite preceptionẽ et doctrinã. Inclinabo ĩ parabolã aurẽ meã: aperiã in pſalterio propoſitionẽ
meã:loquar in parabolis/prouerbijs et ſimilitudinibꝰ doctrinã meã: et in apertione legis inſtitutio
5 6 nem meã. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circũdabit me. Qui confidunt in virtute
ſua: et in multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriãtur.cur formidabo in tẽpore afflictionis intẽtate michi?
peccatũ eius qui leuabit cõtra me calcaneũ ſuũ circũueniet me:et iniquitas ſeniorũ et principũ ſacer
dotũ qui non ĩ deo ſed in viribus ſuis fidebant:et gloriabantur in copia pecuniarũ/vnde preciũ vite
7 8 mee numerauerunt. Frater redimit nõ redimet homo:non dabit deo placationem ſuam. Et preci=
um redemptionis anime ſue: et laborabit ĩ eternũ/et viuet adhuc in finem. qui reparat ex ſẽpiterno
interitu genus humanũ ob affinitatem carnis frater eſt/at ex eterna illa morte non liberabit virũ qui
cõtra eũ leuabit calcaneũ/iniquitate ſua circũueniens eũ:non exoluet deo propitiationẽ ſuã pro eo.
nec preciũ mortis ſue pro liberatione eorũ qui in ſe et pecunia confidentes pro morte eius precium
9 numerauerũt:ſed quiete perpetua fruet̃/et vita viuet ſempiterna. Non videbit interitũ cũ viderit
ſapientes morientes: ſimul inſipiens et ſtultus peribunt. qui redimet non agnoſcet corruptionẽ/at=
tamen intuebitur prudentes huius ſeculi quorũ iniquitas inſidiata eſt ei/ in perpetuã mortẽ ruẽtes
10 ſimul impius et ignorãs interibunt. Et relinquent alienis diuitias ſuas: et ſepulcra eorũ domꝰ eorũ
in eternũ: illi ipſi deſerent alienigenis opes ſuas quibus gloriabãtur in terris ſe poſſe mortificare iu=
11 ſtum et ſepulti in inferno/ſepulcra illa habitationes ſuas habebunt in perpetuũ. Tabernacula eo=
rum in progeniẽ et progeniẽ: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. derelinquẽt inquã tabernacula
ſua alienis in generationũ ſucceſſionẽ et ſucceſſionẽ: indiderunt alieni nomina ſua in poſſeſſionibus
12 eorum. Et homo cum ĩ honore eſſet nõ intellexit: cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus/⁊ ſimilis factꝰ
eſt eis. ⁊ iudæus cũ aduentu meſſie ſui honoratus eſſet non agnouit: equiparatus bruto gentili/po=
13 pulo inſipienti verũ deũ prorſus non agnoſcẽti: et eſt illi aſſimilatus. Hec via illorũ ſcandalũ ipſis:
et poſtea in ore ſuo complacebũt. hec ignorantia iudeorũ/cauſa erit ignominie ipſorũ: ⁊ poſteri eorũ
14 inſipientiã oris eorum probabunt. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. gregatim mo
re pecudũ et ipſi et poſteri inſipientiã illoꝝ probantes/gehenne cruciatibus addicti ſunt: eterna pe=
15 na conficiet eos. Et dominabunt̃ eoꝝ iuſti in matutino: auxilium eoꝝ veteraſcet in inferno a gloria
eorum. ſub pedibus ſuis habebunt eos fideles in reſurrectione/ ⁊ in ſeculorũ regeneratione: cum re=
16 ſumpto corpore oĩ deſtituti auxilio tabeſcent in penis gehenne/ videntes gloriã iuſtorũ. Uerũtamẽ
deus redimet animã meã de manu inferi: cũ acceperit me. attamen non ita erit vt ipſi cogitant perpe
tuo mortificare me/ſed pater meus celeſtis eruet animã meã a poteſtate mortis: cum ex morte in vi=
17 tam reuocauerit me. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria do
mus eius. Exhortatio Chriſti benigniſſimi dei noſtri ad quẽuis fidelẽ/terrenã potentiã ne formida=
18 ueris cũ virũ locupletatũ videris: et cum auctus fuerit ſplendor familie eiꝰ. Quoniã cum interierit
non ſumet omnia: neqꝫ deſcendet cũ eo gloria eius. quia cum morietur nichil ſecum aſportabit: neqꝫ
19 comitabitur eum ad inferna euntẽ illa eiꝰ famulantiũ pompa. Quia anima eius in vita ipſius bene=
dicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. et hec ei continget calamitas/quia fruetur ĩ vita ſua bo=
20 nis: laudabit te cũ ipſe ſimilia feceris. Introibit vſqꝫ in progenies patrum ſuorũ: vſqꝫ in eternũ nõ vi
debit lumen. deſcendet ad inferos vſqꝫ ad generationes preceſſorum ſuorũ: detinebitur in tenebris
21 exterioribus vſqꝫ in perpetuũ. Homo cũ in honore eſſet non intellexit. reſumit duodecimũ verſum:
eiqꝫ ſimilis adaptetur intelligentia/ſed nunc vniuerſaliter ad omnes inſipientes/ꝗ ſimiliter honorẽ
viſitationis filij dei nõ intelligentes / vt Iudas/ Annas/ Caiphas ⁊ amẽtes iudei ĩ ꝑpetuũ puniet̃.
ADUERTE. Secũdo verſu. quiqꝫ terrigene et filij hominũ: ex hebreo tã filij Adam/ꝙ filij ſingu
lorum. quod ſignificare videtur audite filij hominũ tam ſimul omnes ꝙ ſinguli ſeorſum. alij volũt tã
plebei ꝙ nobiles ⁊ inclyti. ¶ Quarto verſu. aperiã in pſalterio propoſitionẽ meã: ex hebreo/aperi=
am in cithara ænigma meum. vbi vt pſalterio antiqua lex ſignificatur ob decalogum: ita cithara lex
noua ob trine beatitudinis cognitionẽ. ſic igitur id/aperiã in cithara ænigma meũ / ſignificare vide=
tur: aperiam in euangelio parabolas meas/ vt ⁊ alibi ſcriptum eſt/aperiã ĩ parabolis os meũ. quod
in eius aduentu apertiſſime eſt cognitũ. nam ex Marco: ſine parabola nõ loquebatur eis. ſi igitur ci=
thara legitur ⁊ ænigma: forſitan clariorẽ habet ad myſteria que ſecuta ſunt ĩtelligentiã. ¶ Septimo
verſu. quod dicimus frater nõ redimit redimet homo: Hieronymus ex hebreo/ fratrẽ redimens nõ
redimet vir. vnde patet negationẽ non primo verbo redimit/ſed ſecundo redimet adijciendam / et a
negatione ſuſpenſam orationẽ ad medium ſequentis verſus. vbi non ſue ſed eoꝝ videtur ex hebreo
legendũ. taliſqꝫ ex precedentiũ ſequela videtur ſenſus: qui iuxta litterã expoſitus eſt/Chriſtũ videli
cet redimentẽ genus humanũ fraternitate carnis ſibi ſociatũ/non daturũ deo placationẽ ſuam ⁊ pre=

Ayuntamiento de Madrid

cium redēptionis ꝓ anima Jude et eorum ſcilicet qui captauerūt in animā iuſti. quoꝝ iniquitas circundedit eum: et qui confidebant in virtute ſua/ et in multitudine diuitiarum ſuarū gloriabātur Adde et id iniquitas calcanei mei intelligi poſſe iniquitas proditoris Jude. de quo erat prophetia / ⁊ leuabit cōtra me calcaneū ſuū. ſed et eadē erat Anne/ Caiphe/ pricipū ſacerdotū/ ſcribarū et phariſeorum et conſilij eorū. Quis enī Judā/ Annā/ Caiphā et multos complices eorū: nō credit eterna morte mulctatos/ et mortē Chriſti ſaluādos redimētis/ nō fuiſſe propiciationē deo pro ipſis et precium redemptionis anime eorum? ſaltē vel ex hoc loco intelligat. ¶ Eodem ſeptimo verſu. nec dabit deo placationē ſuā: Hieronymus ex hebreo/ nec dabit deo propiciationē pro eo. vbi apte videtur intelligi Judas pro quo Chriſtus dn̄s propiciationē non dedit. et de quo/ eius dānationē ſignificās dixerat: ve autem homini illi per quē filius hominis tradetur. bonū erat ei/ ſi natus non fuiſſet homo ille Et ex hebreo æque verti poterat et intelligibilius fratrē redimens nō redimet virum/ Judā ſcilicet intelligendo/ nec dabit deo propiciationē pro eo. id precedentem particulam explicat. et prophetia apertior. ¶ Octauo verſu. et preciū redēptionis anime ſue/ legēdū ex hebreo (vt dictū eſt) anime eorū. ¶ Et ſubſequēter et laborabit ī eternū: ex hebreo nō laborabit ſed quieſcet qđ illi oppoſitū eſt/ legendum eſt. id enī ad Chriſtū redimētē reſpicit/ et ad id quod ſequitur et viuet adhuc in finem/ ſiue viuet vltra in ſempiternū conſpirat. at non æque/ laborabit. ¶ Nono verſu. id/ non videbit interitū: identidē reſpicit Chriſtū. quod aūt ſequitur: illos de quibus ſuperior ſermo/ crucifixores ſuos id eſt machinatores ⁊ mortis ei⁹ ſuētores. ſūt aūt ꝗ et ſeptimū et hūc nonū verſum/ cum interrogatione intelligunt: at illi extingunt prophetie ſpiritum. ¶ Decimo verſu. et ſepulcra eoꝝ domus illorum in eternū. domus recti caſus eſt ex greco οικιαι αυτωρ εισ τορ αιωρα. et id pretendere videtur de ſepulturis et domibus eorum apud inferos. quod et conſequēs ſermo inſinuat. ſicut oues ī inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. et deinceps/ introibit vſqꝫ in progenies patrum ſuorum: vſqꝫ in eternum non videbit lumen. Hieronymus autem cum dixit domos ſuas/ retulit in verbum precedens derelinquent: et de terrenis poſſeſſionibus intellexiſſe videtur. ¶ Undecimo verſu. vocauerunt nomina ſua ī terris ſuis. illud vocauerūt nō reſpicit eos ꝗ alienis reliquerunt diuitias ſuas ⁊ tabernacula ſua vſqꝫ ad mundi conſummationē: ſed alienos qui a captiuitate eorū nouiſſima / terras eoꝝ acceperunt et poſſeſſiones eorū nominibus ſuis nuncupauerunt. quare clarior patet intelligētia: ſi in fine vbi legimus in terris ſuis dicatur in terris eorum vt ex greco/ aut ipſorum vt in pſalterio romano. q̄q̄ ſiue ſuis ſiue eorum idem ſit ſenſus: ſed ex modo loquendi/ illud ancipitius. ¶ Terciodecimo verſu. hec via illorum ſcandalum ipſis: ex hebreo Hieronymus hec eſt via inſipientie eorum. et eſt intellectus ꝙ aſſimilentur iumentis inſipientibus/ gentibus omni libidine defluentibus / ignorantibus deum / hec via eſt inſipientie eorū ꝙ non cognouerunt honorem quo deus honorificauit eos / mittendo eis Chriſtum ſuum. et hic et illic intelligentia bona. ¶ Secunda eiuſdē terciidecimi verſus particula/ ⁊ poſtea in ore ſuo cōplacebunt: apertius Hieronymus ex hebreo/ et poſt eos iuxta os eorum current quo manifeſte ſpiritus ſanctus eloquitur: poſteritatē iudeorum ſecuturos eos/ qui Chriſtum dominum nece affecerunt/ ⁊ vt illi dominum glorie negauerunt: ita ⁊ iſti negabunt. id enim aperte ſignat/ et poſt eos iuxta os eorum current/ in ſermones oris eorum conſpirabunt. que prophetia ad preſentia vſqꝫ tēpora impleri videtur. et hec eſt cauſa: quare vt greges animaliū in infernum et perditionē per tanta tempora deſcendunt. et vtinam ſpiritum haberent quo valerent ſcripturas de ſe intelligere: et ad vitam reſpirarent. nam vita in dei voluntate eſt: et mors. in indignatione eius. ¶ Quintodecimo verſu. et auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum: aliquid apertius Hieronymus ex hebreo/ et figura eorum conteretur in inferno poſt habitaculum ſuum. quod ſignificare videtur et anima eorum que diuina effigie fuerat inſignita cruciabitur in inferno poſteaqꝫ reſūpſerit corpus ſuum/ habitaculum ſuum. quo modo enī ibi intelligitur auxiliū veteraſcere: vbi nullū vnqꝫ auxilium/ nullum ſubſidium vbi ne guttula quidem aque lugubriter petita cōcederetur ad refrigerium. interpretes vero forte rationem habuerunt ſequentiū particularū in verſibus 17 ⁊ 18: vbi dicitur cum multiplicata fuerit gloria domus eius/ et neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius. quare habitaculū: gloriam interpretati ſunt. ⁊ in greco ⁊ in romano pſalterio ad complendam ſententiam vocabulū expellor adiecerunt dicentes: et a gloria ſua expulſi ſunt/ quaſi id explicet quod premiſſum fuerat auxilium eorum veteraſcet in inferno. ſed ⁊ id minus q̄ꝫ ex hebreo accōmode: videbitur dictum. ¶ Decimonono verſu. quia anima eius in vita ipſius benedicetur: Hieronymus ex hebreo/ quia anime ſue in vita ſua benedicet. ⁊ q̄uis hoc ⁊ illud idē velit: vt tamē ex hebreo habetur promptiorē habet itelligentiam. benedicere enī anime ſue in hac vita: eſt indulgere ei in voluptate. benedicebat enim anime ſue diues ille in euangelio: cuius ager vberes fructus attulit ⁊ dicebat anime ſue. anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce/ comede/ bibe/ epulare. at dei cēſurā: huiuſmodi hac in vita benedictionē maledictione ferientē audiuit. ſtulte hac nocte animam tuam repetunt a



Ayuntamiento de Madrid

te: que aũt paraſti cuius erunt? ¶ Eiuſdẽ. 19. verſus ſecunda particula. cõfitebitur tibi cũ benefeceris ei. ex hebꝛeo alius ſenſus / laudabunt te cũ benefeceris tibi. qui ſenſus eſt: diuites huiꝰ ſeculi laudabunt te qꝫdiu diuitie affluxerint tibi. nã qui in deo pauperes / ſtudent diuites eſſe in hoc ſeculo: nullam laudem niſi a diuitijs ducunt / atqꝫ ſolos ſibi ſimiles laudant. Et ex his / ſatis euaſit perſpicuum in noſtra huius ad vniuerſos et ſingulos altiſſime pꝛophetie pſalmodia / multa ad hebꝛaice veritatiſ incudem (id eſt ad eum ipſum qui per ſpiritũ ſanctũ eã cõpoſuit authoꝛem) eſſe reuocanda.

¶ Pſalmus Aſaph.
XXXXVIIII.
1 [2]Deus deoꝝ dñs locu
tꝰ eſt: ⁊ vocauit trã.
2 A ſolis oꝛtu vſqꝫ ad occa-
ſũ: ex ſiõ ſpecies decoꝛis eiꝰ.
3 Deꝰ manifeſte veniet: de-
us noſter et non ſilebit.
4 Ignis in conſpectu eius
exardeſcet: ⁊ in circuitu eiꝰ
tempeſtas valida.
5 Aduocauit celum deſur-
ſum: et terram diſcernere
populum ſuum.
6 Congregate illi ſanctos
eius: qui oꝛdinant teſtamẽ
tum eius ſuper ſacrificia.
7 Et annunciabunt celi iu-
ſtitiam eius: quoniam de-
us iudex eſt. Semper.
8 Audi populus meꝰ ⁊ lo-
quar \ iſrael ⁊ teſtificaboꝛ ti
bi: deus deus tuus ego ſũ.
9 Non in ſacrificijs tuis ar
guã te: holocauſta autẽ tua
in cõſpectu meo ſunt ſemp.
10 Non accipiam de domo
tua vitulos: neqꝫ de gregi-
bus tuis hircos.
11 Quoniam mee ſunt om-
nes fere ſiluarum: iumen-
ta in montibus ⁊ boues.
12 Cognoui oĩa volatilia ce-
li: ⁊ pulchꝛitudo agri mecũ ẽ
13 Si eſuriero non dicam ti-
bi: meus eſt enim oꝛbis ter-
re et plenitudo eius.
14 Nunquid mãducabo car-
nes tauroꝛum: aut ſangui-
nem hircoꝛum potabo?
15 Immola deo ſacrificium

¶ Pſalmus Aſaph.
XXXXVIIII.
[2]Deus deoꝝ dñs locu
tꝰ eſt: ⁊ vocabit trã.
A ſolis oꝛtu vſqꝫ ad occa-
ſũ: ex ſiõ ſpecies decoꝛis eiꝰ.
Deus manifeſtus veniet:
deus noſter ⁊ non ſilebit.
Ignis in conſpectu eiꝰ ar
debit: et in circuitu eius tẽ-
peſtas valida.
Aduocauit celũ ſurſum:
et terram vt diſcerneret po-
pulum ſuum.
Congregate illi ſctõs eiꝰ:
qui oꝛdinauerunt teſtamẽ-
tum eius ſuper ſacrificia.
Annunciauerunt celi iu-
ſtitiam eius: quoniam deꝰ
iudex eſt. Dp̃.
Audi populꝰ meus et lo-
quar \ iſrael ⁊ teſtificaboꝛ ti
bi: qm̃ deus deꝰ tuꝰ ego ſũ.
Non ſup ſacrificia tua ar-
guã te: holocauſta autẽ tua
in cõſpectu meo ſunt ſemp.
Non accipiam de domo
tua vitulos: neqꝫ de gregi-
bus tuis hircos.
Quoniam mee ſunt om-
nes fere ſiluarum: iumen-
ta in montibus et boues.
Cognoui oĩa volatilia ce-
li: ⁊ ſpecies agri mecum eſt.
Si eſuriero non dicam ti-
bi: meus eſt enim oꝛbis ter-
re et plenitudo eius.
Nũquid manducabo car-
nes tauroꝛum: aut ſangui-
nem hircoꝛum potabo?
Immola deo ſacrificium

¶ Pſalmus Aſaph. L.
Foꝛtis deus dominꝰ
locutus eſt: et voca-
uit terram.
Ab oꝛtu ſolis vſqꝫ ad occa
ſum eius: de ſion perfecto
decoꝛe deus apparuit.
Veniet deus noſter ⁊ non
tacebit: ignis coꝛam eo vo-
rabit \ ⁊ in circuitu eiꝰ tem-
peſtas valida.
Vocauit celum deſurſũ:
et terram vt iudicet popu-
lum ſuum.
Congregate michi ſctõs
meos: qui feriunt pactum
meum in ſacrificio.
Et annunciabunt celi iu-
ſtitiam eius: quia deus iu-
dex eſt. Sela.
Audi popule meus et lo-
quar \ iſrael ⁊ cõteſtaboꝛ te:
deus deus tuus ego ſum.
Non pꝛopter victimas tu
as arguam te: ⁊ holocauſto
mata tua coꝛã me ſũt ſemp.
Non accipiam de domo
tua vitulum: neqꝫ de gregi
bus tuis hircos.
Mea ſũt enim omnia ani-
malia ſiluarum: pecudes
in montibus milium.
Scio oẽs aues montium:
⁊ vniuerſitas agri mecũ eſt
Si eſuriero non dicam ti-
bi: meus eſt enim oꝛbis et
plenitudo eius.
Nunquid comedam car-
nes tauroꝛum: aut ſangui-
nem hircoꝛum bibam?
Immola deo laudem et

Ayuntamiento de Madrid

laudis : et redde altiſſimo
16 vota tua.
Et inuoca me in die tribu
latiõis : et eruam te et ho=
norificabis me.
17 Peccatori autem dixit de
us quare tu enarras iuſtiti
as meas: et aſſumis teſta=
mẽtum meum per os tuũ?
18 Tu vero odiſti diſcipli=
nam : proiecisti ſermones
meos retrorſum.
19 Si videbas furẽ currebas
cum eo: et cũ adulteris por=
tionem tuam ponebas.
20 Os tuũ abũdauit malitia
⁊ ligua tua ↄcinabat dolos
21 Sedẽs aduerſ⁹ fratrẽ tuũ
loq̃baris \ ⁊ aduerſus filiũ
matris tue ponebas ſcãda=
22 lum: hec feciſti ⁊ tacui.
Exiſtimaſti inique ꝙ ero
tui ſimilis : arguam te et
ſtatuam cõtra faciẽ tuam.
23 Intelligite hec qui obliui
ſcimini deum: nequãdo ra=
piat ⁊ non ſit qui eripiat.
24 Sacrificiũ laudis honori
ficabit me: ⁊ illic iter quo
oſtendam illi ſalutare dei.

laudis : et redde altiſſimo
vota tua.
Inuoca me in die tribula
tionis tue: eripiam te et ma
gnificabis me.
Peccatori autem dixit de
us quare tu enarras iuſtiti
as meas: ⁊ aſſumis teſtamẽ
tum meum per os tuum?
Tu vero odiſti diſcipli=
nam : ⁊ proiecisti ſermones
meos poſt te.
Si videbas furẽ ſimul cur
rebas cum eo: ⁊ cum adulte
ris portionem tuã ponebas
Os tuũ abũdauit neq̃tia :
et ligua tua ↄcinauit dolũ.
Sedẽs aduerſ⁹ fratrẽ tuũ
detrahebas: ⁊ aduerſ⁹ filiũ
mr̃is tue ponebas ſcãdalũ.
Hec feciſti et tacui : exiſti=
maſti iniquitatem ꝙ ero ti
bi ſimilis.
Arguã te ⁊ ſtatuã illã cõ=
tra faciẽ tuã: intelligite hec
q̃ obliuiſcimini dñm neq̃
rapiat ⁊ non ſit q̃ eripiat.
Sacrificiũ laudis honori
ficabit me : ⁊ iſtic iter eſt in
quo oſtẽdã illi ſalutare dei

redde altiſſimo vota tua.
Et inuoca me in die tribu
lationis : liberabo te et glo=
rificabis me.
Impio autem dixit deus
quid tibi eſt cũ narratione
pceptorũ meorũ : ⁊ vt aſſu=
mas pactũ meũ in ore tuo?
Qui odiſti diſciplinam:
⁊ pieciſti verba mea poſt te.
Si videbas furem conſen
tiebas ei : ⁊ cum adulteris
erat pars tua.
Os tuum dimiſiſti ad ma
litiam: et lingua tua cõcin=
nauit dolum.
Sedẽs aduerſus fratrem
tuum loquebaris: ⁊ aduer=
ſus filium matris tue fabri
cabaris opprobrium.
Hec feciſti et tacui : exiſti=
maſti me futurũ ſimilẽ tui
Arguam te et proponam
te ante oculos tuos \ intelli
gite hec qui obliuiſcimini
deum: ne forte capiam ⁊ nõ
ſit qui liberet.
Qui imolat ↄfeſſionẽ glo
rificat me: ⁊ qui ordinat vi
am oſtendã ei ſalutare dei.

TITULUS. pſalmus aſaph. pſalmus de chriſto domino. propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Deus deorꝫ dñs locutus eſt: ⁊ vocauit terrã. deus / deitatis
participũ dñs in primo aduentu ſuo vocẽ ſuã dedit: et accerſiuit orbis habitatores in vnius fidei cõ
2 ſpirationẽ et concordiam. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: ex ſion ſpecies decoris eius. ab oriente ad
3 occidentẽ: ex hieruſalẽ pulchritudo / decorqꝫ legis eius. Deus manifeſte veniet : deus noſter et non
ſilebit. chriſtus dñs ſecũdo ſuo aduentu cunctis videtibus ad iudicandũ venturus eſt: ſeſe deum no
ſtrum eſſe declarans / in maieſtate et poteſtate magna veniet / et potentiam ſuam non diſſimulabit.
4 Ignis in conſpectu eius exardeſcet: et in cirtuitu eius tempeſtas valida. machina mũdi ante eũ cõ
5 flagrabit: et eam per circuitũ vehemens turbo inuoluet. Aduocauit celum deſurſum: et terrã diſcer
nere populũ ſuum. acciuit virtutes celorũ: et ex terre monumẽtis hoies ad iudiciũ / ad diſcuſſionem
6 operum / ad ſegregationẽ bonorũ et malorũ. Congregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentũ
eius ſuper ſacrificia. angeli eius adducite illi duodecim apoſtolos coaſſeſſores eius ad iudiciũ : qui
7 diſpoſuerũt legẽ eius ad ſacrificandũ ei / ad colendũ eũ. Et annũciabũt celi iuſtitiã eius : quia deus
8 iudex eſt. archangeli / in iuſſu / in tuba dei iudiciũ preconizabũt / virtutes celorum ſentẽtiam proba=
bunt: quia ad chriſtũ dñm ſpectat iudiciũ. Audi populus meus et loquar / iſrael et teſtificabor tibi :
deus deus tuus ego ſum. hic cõuertitur ſermo ⁊ inducit deus adhortãs populũ iſraeliticũ ad eũ ſu=
ſcipiendũ ⁊ pactũ ei⁹ in primo ei⁹ aduẽtu ſeruãdũ / quo nõ pereãt ſed ſaluent in ſecũdo / auſculta er=
go nunc plebs mea iſraelitica / et alloquar te in primo aduentu meo / et pteſtabor tibi: quia ego ſum
9 quẽ tu audire / colere et adorare teneris. Non in ſacrificijs arguã te: et holocauſta tua in conſpectu
meo ſunt ſemp. cũ aduenero nõ rephendã te pter ſacrificia veteris legis: neqꝫ michi immolationes

Ayuntamiento de Madrid

victimarũ/incenſiones capitum/pedũ/adipũ/iecuſculorum/renunculoꝝ/et id genus placent in per
10 11 petuum. Non accipiã de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos. Quoniã mee ſunt oẽs fe
re ſiluarum: iumenta in montibus ⁊ boues: cũ aduenero nõ pctam vt michi immoles de poſſeſſione
tua iuuencos: neqꝫ de armentis tuis pro expiatione peccati tui olidos capros. nam omnia animalia
ſaltuum mea ſunt: omnes pecudes et armenta montium/omnes homines agreſtium morum mei ſũt
12 et qui manſuetiores ad alta contendunt. Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum
13 eſt. agnoui omnes ſpiritus celorum: et decor vniuerſi apud me eſt. Si eſuriero non dicam tibi: meus
eſt enim orbis terre et plenitudo eius. ſi me rei alicuius capit deſiderium non veniam ad te vt a te re
14 cipiam: nam terre circuitus et quicquid eius continet amplitudo/mea ſunt. Nunquid manducabo
carnes taurorum: aut ſanguinem hircorum potabo? nunquid in ſacrificio tuo antiquo cibus meus
erunt carnes victimarum tuarum: aut potus meus cruor earum? nequaqꝫ. et iccirco oſtendo tibi no=
15 uum ſacrificium. Immola deo ſacrificium laudis: et redde altiſſimo vota tua. ſacrifica deo euchari=
ſtie ſacramentum/memoriam et confeſſionem beneficiorum que tibi impendit: et offer domino deo
16 tuo que voueris et promiſeris. Et inuoca me in die tribulationis: et eruam te/et honorificabis me.
auxilium a me pete cum affligeris: et ego de tribulatione tua eruam te/et ſacrificio laudis votorum
17 qꝫ horum redditione honore afficies me. Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iuſticias me
as/et aſſumis teſtamentum meum per os tuum? ad impium autem et peccatorem locutus eſt domi=
nus: quare audes meum ſacrificium laudis attrectare/et recitare in eo precepta mea ⁊ recenſere mea
ad iuſtificandos homines beneficia/et polluto ore quod meo nouo et eterno teſtamento ſancitum eſt
18 aſſumere? Tu vero odiſti diſciplinam: et proieciſti ſermones meos retrorſum. tu vero ſerue nequã
accedere audes ad ſacrificium meum/et exoſus es legem meam: ⁊ repuliſti procul a te precepta mea
19 Si videbas furem currebas cum eo. et cum adulteris portionem tuam ponebas. ſi quem intueba=
ris precepta mea tranſgredientem tu te illi ſocium adiungebas/cũ fure furabaris. et cum mecho me=
20 chabaris/et tu audes accedere ad ſacrificium meum? Os tuum abundauit malicia: et lingua tua cõ=
cinnabat dolos: abunde laxaſti os tuum ad loquendum mala: et ſermones tuos adaptabas ad fal=
21 lendum. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris/et aduerſus filium matris tue ponebas ſcan=
dalum: hec feciſti et tacui. tu cum alijs ſtans detrahebas proximo tuo/⁊ aduerſus filium eccleſie ma
22 chinabaris ignominiam: tu hec patraſti/et diſtuli vindictam. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis: ar
guam te/et ſtatuam contra faciem tuam. perfide/flagitioſe/et ſerue nequam credidiſti ꝙ ſimiliter ac
tu delectabor malis: ego in vindicta mea corripiam te/et ponam peccatum tuum ante te in confuſio=
23 nem tuam. Intelligite hec qui obliuiſcimini deum: nequando rapiat et non ſit qui eripiat. ad vos hi
ſermones qui audetis ad ſacroſanctas accedere dei inſtitutiones/et negligitis precepta eius facere/
hec verba oris dei diligenter aduertite: ne forte niſi penitentia conuerſi fueritis/vos rapiat ad tormẽ
24 ta gehẽne/et non ſit qui vos poſſit inde eruere. Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo
oſtendam illi ſalutare dei. non amplius victime et holocauſtomata vetera/ſed ſacrificium laudis in
memoria et confeſſione beneficiorum meorum michi impendetur pro cultu et honorificatione: et in
eo eſt via qua me colenti manifeſtem ſaluatorem deum.

ADVERTE. Circa titulũ pſalmus aſaph. Aſaph vnus fuit de choro pſallẽtium: et ipſe prophe=
ta. vt pſalmo. 77. ſup verſu ſecũdo dicet. qui et primo paralipomenon ꝯſtitutus eſt a dauid pricẽps
canentium ad confitendum dño. ¶ Primo verſu vbi dicimus deus deorum dominus locutus eſt:
hieronymus traduxit fortis deus dominus locutus eſt. ⁊ in hebreo conſequenter ponuntur noĩa dei
EL. ELOHIM. et IHVH. id eſt ioth he vau he/tetragrammaton nomen ineffabile/pro quo
dicunt ADONAI id eſt dominus. quare legendum eſſet: deus/deus/dominus locut⁹ eſt. ex quo
datur in myſterio intelligi: in primo aduentu manifeſtatio deifice trinitatis. nam et pater ĩ primo ad=
uentu locutus eſt: hic eſt filius meus dilectus. et filius habitu inuentus vt homo: locutus eſt man=
data patris. Et ſpiritum ſuum miſit ſpiritum veritatis: qui locutus eſt per apoſtolos/⁊ ſuggeſſit eis
omnia/planaqꝫ et peruia fecit/q̃ ne locutus fuerat filius. quare non ab re legendum eſſet deus/deus
dominus locutus eſt. deus/deus/dominus: trinitatis inſinuatio. locutus autem ⁊ vocauit: inſinua=
tio vnitatis. quod ſi aduertiſſet (alioquin diligentiſſimus) hieronymus/EL hic interpretat⁹ fuiſſet
deus: vt et verſu primo pſalmi 21. et in hoc oraculo Iſaie prophete. paruulus enim natus eſt no=
bis/et filius datus eſt nobis: et factus eſt principatus ſuper humerum eius. et vocabitur nomen ei⁹:
admirabilis conſiliarius/deus/fortis/pater futuri ſeculi. vbi hic dicitur deus: in Hebreo EL habe=
tur. iuſte igitur et in hoc loco EL interpretaretur deus. vt etiam et vbiqꝫ ſeptuaginta fecere. quod et
vt ipſe ad marcellam teſtis eſt: primum eſt inter decem nomina dei/quibus hebrei deum appellant.
et maluiſſet ad ſacramenti detectionem deum dixiſſe: qꝫ iuxta Aquile etymologiam ſacramẽtum oc=
culuiſſe. qđ dico/nõ vt hieronymũ carpã (abſit enĩ a me: tã execrãdũ facin⁹. nã et ipſe poſt deum: me

Ayuntamiento de Madrid

in hac meditatiõe mea illuminat) ſed ne lateat ꝓphetie myſteriũ/ qđ ego ĩ enigmate/ ipſe vero nũc re=
uelata facie venerat. ¶ Secundo verſu ex ſion ſpecies decoris eiꝰ: ex hebreo dixit hieronymꝰ de ſiõ
ꝑfecto decore: qđ cõtinuat ad id qđ ſubiungit deꝰ apparuit. quare ſi nr̃am editionẽ ad hieronymia=
nã cõcinnare vellemꝰ: dicẽdũ eẽt deꝰ manifeſtatꝰ eſt vbi dicimꝰ manifeſte. et id apparuit/ et manife=
ſtatꝰ eſt: reſpicit primũ aduẽtũ. vt et id/ in pricipio: locutꝰ eſt/ et vocauit. veniet autẽ/ et nõ ſilebit: ſe
cundũ aduentũ. Et talis videt ſenſus. ex ſion ꝑfecto decore deus apparuit: ex iudea/ chriſtus dñs
ſpecioſus forma pre filiis hoim apparuit. et idem erit ſenſus ſi legemꝰ: ex ſion ſpecies decoris eius
deus manifeſtatus eſt. ſed paulo ſermo hieronymi accõmodatior. ¶ Nono verſu: holocauſta autem
tua: forte melius et holocauſta tua. nam ex hebreo: et holocauſtomata tua. melius dico: quia ſi legi=
mus autẽ: particulam illam prorſus intelligi facit aientem. at ſi legimus et/ continuamuſq lectionẽ:
ex ſuperiore negatio cõcipitur: vt intelligamus et holocauſta tua nõ ſemper ſunt in conſpectu meo/
non michi ſunt ſemper accepta. at ſi particula aiens eſt atq aſſertoria: quomodo ſubiungitur non ac=
cipiam de domo tua vitulos/ neq de gregibus tuis hircos? quomodo aliud ſacrificiũ precipit: immo=
la deo ſacrificium laudis? quod in fine confirmat. ſacrificiũ laudis honorificabit me: et illic iter quo
oſtendam illi ſalutare dei. ¶ Ultimo/ id eſt viceſimoquarto verſu. et illic iter quo oſtẽdam illi ſaluta
re dei: ex hebreo qui ordinat viam oſtendam illi ſalutare dei. ſunt ⁊ qui habent qui ordinate ambu=
lant: oſtẽdam illi ſalutare meum: et idem ſenſus pretendi videtur. vt ei/ qui ſe digne parat ad ſacrifi
cium laudis: polliceatur deus ſe oſtenſurũ ſalutare ſuum. quod nemo facit: niſi qui ordinate recteq
incedit in mandatis eius. et hoc ipſum eſt ordinare viam ad hoc auguſtiſſimũ eterne vite viaticum.
At dei ſpũs. 23. verſu periculũ gehẽne (a quo nullus eripit) temere accedẽtibus cõminat. hic vero cõ
tra: digne et apparate ſe committentibus ſalus eterna (que eſt viſio ſalutaris dei) premiũ promitti=
tur. concedat igitur nobis diuina benignitas/ ita reuerenter/ ita apparate ſacrificium laudis et gratia
rum actionum accedere: vt tandem ad ſalutaris domini noſtri IHESU chriſti viſionem admiſſi/
ipſum valeamus ſine fine/ perenniterq laudare. amen.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finem pſalmus dauid cum venit ad eum nathan propheta quãdo intrauit ad berſabee. L. | ¶ In finem pſalmus dauid cum venit ad eum nathan propheta quãdo intrauit ad berſabee. L. | ¶ Victori cãticum dauid quãdo venit ad eum nathã propheta \ cum intrauit ad berſabee. LI. |
| 1 | Miſerere mei deus: ſecundum magnã miſericordiam tuam. | Miſerere mei deus ſecundum magnã miſericordiam tuam. | Miſerere mei deus ſecundum miſericordiam tuam. |
| 2 | Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ: dele iniquitatem meam. | Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam. | Iuxta multitudinem miſerationum tuarũ: dele iniquitates meas. |
| 3 | Amplius laua me ab iniquitate mea: et a pctõ meo munda me. | Amplius laua me ab iniuſtitia mea: et a delicto meo munda me. | Multum laua me ab iniqtate mea: et a peccato meo munda me. |
| 4 | Quoniã ĩiquitatem meã ego cognoſco: ⁊ peccatũ meũ contra me eſt ſemper. | Quoniã iniquitatẽ meã ego agnoſco: ⁊ delictũ meũ corã me eſt ſemper. | Quoniã ĩiquitates meas ego cognoui: et peccatũ meũ contra me eſt ſemper. |
| 5 | Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cum iudicaris. | Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cum iudicaris. | Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cum iudicaberis. |
| 6 | Ecce enĩ in iniquitatibus conceptus ſum: et ĩ peccatis concepit me mater mea. | Ecce enĩ in iniquitatibus conceptus ſum: et ĩ delictis peperit me mater mea. | Ecce in iniquitate conceptus ſum: et in peccato peperit me mater mea. |
| 7 | Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapiẽtie tue manifeſtaſti michi. | Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapiẽtie tue manifeſtaſti michi. | Ecce enim veritatem diligis: abſcõditũ ⁊ arcanũ ſapientie tue manifeſtaſti michi |

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| 8 | Aſperges me hyſſopo et mundaboꝛ: lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbaboꝛ. | Aſperges me hyſſopo ⁊ mūdaboꝛ lauabis me: ⁊ ſuꝑ niuem dealbaboꝛ. | Aſperges me hyſſopo ⁊ mūdaboꝛ: lauabis me ⁊ ſuꝑ niuem dealbaboꝛ. |
| 9 | Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam: ⁊ exultabunt oſſa humiliata. | Auditui meo dabis gaudium ⁊ letitiam: et exultabunt oſſa humiliata. | Auditū michi facias gaudium ⁊ leticiam: et exultēt oſſa que confregiſti. |
| 10 | Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele. | Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele. | Abſconde faciē tuā a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele. |
| 11 | Coꝛ mundū crea in me deus: ⁊ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. | Coꝛ mundū crea in me deus: ⁊ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. | Coꝛ mundū crea michi deus: ⁊ ſpiritū ſtabilem renoua in viſceribus meis. |
| 12 | Ne ꝓiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. | Ne ꝓiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuū ne auferas a me. | Ne ꝓiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuū ne auferas a me. |
| 13 | Redde michi leticiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali confirma me. | Redde michi leticiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali confirma me. | Redde michi leticiam ieſu tui: et ſpiritu potenti confirma me. |
| 14 | Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te cōuertentur. | Doceam iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te conuertent̄. | Docebo ĩiquos vias tuas: et peccatoꝛes ad te reuertēt̄. |
| 15 | Libera me de ſāguinibus deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiā tuam. | Libera me de ſanguinibꝰ deus deus ſalutis mee: ⁊ exaltabit lingua mea iuſticiā tuam. | Libera me de ſanguinibꝰ deus deus ſalutis mee: laudabit lingua mea iuſticiam tuam. |
| 16 | Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. | Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam. | Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. |
| 17 | Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſē: vtiq̃ holocauſtis non delectaberis. | Quoniā ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem: vtiq̃ holocauſtis non delectaberis. | Non enim vis vt victimā feriam: nec holocauſtum tibi placet. |
| 18 | Sacrificiū deo ſpiritꝰ contribulatus: coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū deus non deſpicies. | Sacrificiū deo ſpiritus cōtribulatus: coꝛ cōtritū ⁊ humiliatum deus non ſpernit. | Sacrificiū dei ſpiritus cōtribulatus: coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū deus non deſpicies. |
| 19 | Benigne fac domine ĩ bona volūtate tua ſion: ⁊ edificentur muri hieruſalem. | Benigne fac dn̄e ĩ bona voluntate tua ſyon: vt edificentur muri hieruſalem. | Benigne fac dn̄e in voluntate tua ſion: et edificentur muri hieruſalem. |
| 20 | Tunc acceptabis ſacrificiū iuſticie oblatiōes ⁊ holocauſta: tūc imponent ſuꝑ altare tuum vitulos. | Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes ⁊ holocauſta; tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. | Tunc ſuſcipies ſacrificium iuſticie oblationes et holocauſta: tunc imponēt ſuper altare tuum vitulos. |

TITULUS. Ad victoꝛiam pſalmus dauid: cum venit ad eū nathan ꝓpheta / quando intrauit ad berſabee. pꝛo titulo: legetur vndecimū et duodecimum caput ſecūdi regū. pſalmus de dauid. humana depꝛecatio. dauid loquitur. Et cum hic pſalmus quid humanum contineat / nō ꝓphetiam: non eſt in eius intelligentia multum laboꝛandum.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Miſerere mei deus: ſecūdū magnā miſericoꝛdiam tuam. ma-
2 gnam quia multum peccaui. Et ſecundū multitudinem miſerationum tuarū: dele iniquitatem meā.
3 multitudinem miſerationū: quia multa eſt mea iniquitas / multe ſunt trāſgreſſiones mee. Amplius
laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me; ab iniquitate mea quia legem tuam tranſ-

Ayuntamiento de Madrid

4 greſſus ſum/⁊ a peccato meo/quia eo inquinatus ſum/et ante te difformis ⁊ imundus. Quoniā ini=
quitatem meam ego cognoſco: et peccatum meum contra me eſt ſemper. cognoſco me cōmiſiſſe adul
terium/dolo malo tradidiſſe inſontem vriam/commiſiſſe homicidium: et peccatum meū iugiter an=
5 te oculos meos obuerſatur/eius recordatio me affligit iugiter/et diſplicet admiſiſſe. Tibi ſoli pecca
ui et malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis/et vincas cum iudicaris. tibi ſoli/ quia
tu ſolus me ſuperior es cui peccati mei ratio ſit reddenda/et qui me punire potes: coram te quia oc=
culte feci ſed nichil te latere poteſt/ vt iuſtificeris ī ſermonibus tuis quod dixiſti per nathan prophe=
tam ſcilicet quare contempſiſti verbum domini vt faceres malum in conſpectu meo? vriam etheum
percuſſiſti gladio/et vxorem illius accepiſti in vxorem tibi/ et interfeciſti eum gladio filiorum amon.
hec ipſa feci: et veri et iuſti ſunt ſermones tui/promerui penas quas adijcis/et vincas cum iudicarī
et digne punias cum ſententiam tuleris. iuſto enim dei iudicio bellis laceſſitꝰ eſt dauid poſt illa pec=
cata ſua/et eum filiꝰ abſalon pſecutꝰ/et in aperto ab eodē abſalone filio cubile eius violatū. ſic vicit
dei iudiciū. ſic enī oraculū ad eum per nathan. ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua/et tol
lam vxores tuas in oculis tuis/et dabo proximo tuo/et dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis
huius. tu enim feciſti abſcondite/ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis iſrael/et in cō=
6 ſpectu ſolis huius. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: et in peccatis cōcepit me mater mea
in iniquitatibus noxe originalis/in obligatione tranſgreſſionis primi parentis: ſecūda particula ean
dem habet ſententiā. neq̃ id in peccatis ad matrem: ſed ad ipſū qui concipitur referendū. non enim
7 matris: ſed ſua confitetur peccata. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue ma=
nifeſtaſti michi. quia diligis veritatem/ vera erunt que per nathan michi reuelaſti et quia tranſlatum
8 eſt peccatum meum: que abſcondita et arcana ſunt tue ſapientie. Aſperges me hyſſopo et munda=
bor: lauabis me et ſuper niuem dealbabor. irrorabis me dn̄e gratia tua/dignaberis venia tua et mū
9 dus ero a peccati mei inquinamento: et ero renouata mente/niue candidior. Auditui meo dabis gau
dium et leticiam: et exultabunt oſſa humiliata. interno auditui/conſcientie cui peccatum ſemper im=
murmurat/conſolationē reparabis et tranquillitatē: et omnes vires mee ob peccatum deiecte/deſo=
10 late/ vileſq̃ effecte confortabuntur/reſurgentq̃ ad ſuam dignitatem. Auerte faciem tuam a pecca=
catis meis: et omnes iniquitates meas dele. noli amplius attendere peccata mea/ vultū iraq̃ amo=
11 ue/abrade illa/et perpetue manda obliuioni. Cor mundū crea in me deus: et ſpiritum rectum inno
ua in viſceribus meis. animā puram et incontaminatā recrea in me deus: ⁊ ſpiritualem rectitudinem
12 legiſq̃ tue obedientiā repara in me/ne ad carnalia labēs/iterato in te peccē. Ne proijcias me a facie
tua: et ſpiritū ſanctum tuum ne auferas a me. ne deleas me de libro viuentiū et ne me reprobum a te
13 efficias: et ne tollas a me ſpiritum tuum bonum/ ſpiritum prophetarum. Redde michi leticiā ſaluta
ris tui: et ſpiritu principali confirma me. ꝯſolare me in manifeſtatione meſſie tui: et ſpiritu ſancto tuo
14 ſpiritu diuino et omnipotenti (in me reſtituta puritate) ne rurſus cadam ſtabili me. Docebo iniquos
vias tuas: et impij ad te conuertentur. monſtrabo iniquis voluntates tuas: et tranſgreſſores / ad te
15 meo exemplo et documento reuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: et exul
tabit lingua mea iuſtitiam tuam. ignoſce michi pro effuſione ſanguinis que a me aut mea cauſa facta
eſt deus deus qui ſolus me ſaluare potes: et lingua mea exultanter iuſtitiam tuam collaudabit/quia
16 me in miſericordia tua iudicaueris. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tu
am. exultabit lingua mea iuſtitiam tuam/non quod ex meipſo ad id ſufficiam/ſed tu domine aperies
17 labia mea/et os meum organum efficies ad concinendam laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſa=
crificium dediſſem: vtiq̃ holocauſtis nō delectaberis. ſi voluiſſes vt pro peccato meo victimas tibi
18 immolaſſem/ego ſane imolaſſē: ſed imolatio victimarū et holocauſtomata / ꝓ ſatiſfactione delictorū
meorum non tibi placent. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritū et humiliatū /deꝰ nō
deſpicies. pro venia peccati oblatio accepta deo/tribulatio ſpiritus/penitentia et afflictio ob dolo=
rem offenſe admiſſe contra dei preceptū: animam contritam et ſibi ipſi vilem et deſpicabilem factam
ob dolorē recordationēq̃ peccati tu miſerator imenſe venia et miſeratione tua non dedignaberis.
19 Benigne fac domine in bona voluntate tua ſion: vt edificentur muri hieruſalem. propter peccatum
meum ne differas reſpicere ſynagogam et fidelem populum tuum/ſed benefac illi in bona volunta=
20 te tua: extruatur templū tuum et muniatur vrbs tua hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſticie
oblationes et holocauſta: tunc īponēt ſuper altare tuum vitulos. cum vrbs tua exedificata munitaq̃
fuerit/et extructū templū/tunc tibi accepta erunt ſacrificia legis/ victimarū imolationes et incenſa:
tunc imponēt ſuper altare tuum in templo tuo immolationes et holocauſtomata.

ADVERTE. Secūdo verſu. dele iniquitatē meam: hieronymꝰ ex hebreo dele iniquitates meas
quod magis quadrare videt̄ ad id quod ſupra dicit̄ ſecūdū multitudinē miſerationū tuarū. neq̃ da=
uid vniꝰ tm̄: ſed multarū iniquitatū reus extitit. ¶ Quarto verſu. quoniā iniquitatē meā: hieronymꝰ

Ayuntamiento de Madrid

quoniā iniquitates meas. ¶ Quīto verſu. ⁊ vincas cū iudicaris: hieronymus ⁊ vīcas cum iudicaberis. Et paulus burgēſis gēte et lingua a puero hebreus/ grandeuus tamē chriſti dñi/ ſui ſalutaris agnitor: hāc particulā vertit. et emēdes cū iudicabis/ id actiue explicans quod hieronymus ꝑ paſſiuum. et accōmodata admodū videt̄ ſentētia: vt ſit ſenſus. tibi ſoli peccaui et malū corā te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis/ vt iuſtitiā facias iplēdo ſermones tuos dictos ꝑ nathan et emēdes me/ purges et expies me/ cū iudicabis/ cū implebis iudicia tua que ꝑ nathan ꝓnūciaſti in me. ſic enim dauid ſe oīno humiliat volūtati diuine/ neq̄ deꝑcatur iudicia dei nunciata ꝑ nathan. et impleuit oīa illa de⁹. et ſuſcitauit ei bellū ex ꝓprio filio. et a ꝓprio filio cubile eius violatū. quē cū fugeret ſciens dauid in diuino iudicio factū et iproperaret ei ſemei/ ⁊ malediceret egredere egredere vir ſanguinū et vir belial/ reddidit tibi dñs vniuerſum ſanguinem domus ſaul/ quoniā inuaſiſti regnū ꝓ eo/ et dedit dñs regnū in manu abſalon filij tui. et ecce premunt te mala tua: quoniā vir ſanguinū es/ et vellet abiſai maledicum interficere: dauid dicebat/ quid michi ⁊ vobis eſt filij ſaruie. dimittite eum vt maledicat. dñs enī ꝑcepit ei: vt malediceret dauid. et quis eſt qui audeat dicere: quare ſic fecerit. et ait rex abiſai et vniuerſis ſeruis ſuis. ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo: querit animā meā. quāto magis hic filius Iemini: maledicet michi. dimittite eū / vt maledicat iuxta ꝑceptū dñi: ſi forte reſpiciat deus afflictionem meā/ et reddat michi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Et alius hunc locum ⁊ vincas cum iudicaris ſic ex hebreo intellexit et mundes in iudicio tuo. et hoc ſuperiori aſtipulatur ſententie. nam id iudicium dei apte intelligitur: quo ipſe iudicat non quo iudicatur. quare iterum potius legendum videtur iudicabis q̄ iudicaris. Sed et quia cum dicimus et vincas cum iudicaris: id iudicaris anceps vocabulum ad actionem iudicaueris et paſſionem iudicatus es/ circa litterā expoſitionē actiue ſumpſimus/ vt is pretēderetur ſenſus. et vincas cum iudicaris: ⁊ verax in iudicio appareas cū iudicaris/ cū ſententiā ꝑ nathā prophetā tuleris. Verū intentio interpretū fuit non actiue ſed paſſiue trāſferre. nā ⁊ grece habet̄ paſſiue ερ τω κριρεσ θαισε. qđ forte equius trāſtuliſſent cū iudiceris ⁊ vocabuli tuliſſent ambiguitatē: at cū paſſiue iudicaris aut iudicaberis dicit̄: ſudant admodū ꝓ intelligētia eruēda. ¶ Sexto verſu. ecce enī in iniquitatibus cōceptus ſū/ et in pctīs ꝯcepit me mater mea: ex hebreo/ ecce ī iniq̄tate cōceptus ſū/ et in peccato peperit me mater mea. cū hic de noxa originali habeat̄ ſermo: accōmodati⁹ dici videt̄ vt ex hebreo/ ī iniq̄tate et in peccato/ q̄ vt habemus/ in iniq̄tatibus et in peccatis. item. ſi dicim⁹ vt ex hebreo peꝑit me mater mea: ſecūda vſ⁹ particula/ nō (vt ī noſtra) coicindit cū prima. de hieremia legitur deum dixiſſe priuſq̄ te formarē in vtero/ noui te/ ⁊ anteq̄ exires de vulua ſctificaui te / et ꝓphetā in gentib⁹ dedī te. ſic et ioannes baptiſta (quo ex teſtimonio ſaluatoris/ null⁹ ſurrexit maior īter natos mulierū) ſanctus ex vtero proceſſiſſe creditur. ſed cū ex hebreo legitur dixiſſe dauid / et in pctō peperit me mater mea: cōfitetur ſe nō fuiſſe in vtero ſctificatū/ ſed ⁊ in pctō conceptū et in peccato natū. et hec vehemētior cōfeſſio et humiliatio ante deū: q̄ vt legere ſolemus. ¶ Octauo verſu. aſperges me hyſſopo: hec methaphora deſūpta eſt ex ritu qui fiebat ſuper curatis a lepra. ſcribitur enī. 14. leuitici. leproſus qui egreſſus de caſtris inuenerit lepram eſſe mundatam/ precipiet ſacerdos ei qui purificatur: vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe/ quib⁹ veſci ei licitum eſt/ et lignum cedrinum / vermiculūq̄ et hyſſopō. et vnum ex paſſeribus imolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino et cocco ⁊ hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati/ quo aſperget illum (qui mundatus eſt) ſepties/ vt iure purgetur. deinde iubet lotionem veſtium et nonnulla alia. ita dauid confitens ſe ex peccato/ ſpiritus lepram contraxiſſe: petit ſe ſpirituali hyſſopo aſpergi / et ſpirituali lotione ablui. ¶ Item hoc octauo verſu. legere ſolent aſperges me dñe hyſſopo. verū id dñe/ in vetuſtis codicibus neq̄ ex tralatione noſtra/ neq̄ romana neq̄ hebraica neq̄ in greco habetur. vbi ſolum legitur/ ραρτιειο μευσσωπω aſperges me hyſſopo. quare domine/ hoc loco veru tranſfigendum. ¶ Quintodecimo verſu. et exultabit līgua mea. grece etiam habetur exultabit αγαλλιασεται nō vt in romana tralatione exaltabit. ¶ Verum omiſeram quod cū terciodecimo verſu dicit. redde michi leticiam ſalutaris tui/ et ſpiritu principali confirma me. hyperagiam triada confiteri et inuocare videtur. nam cum redde dicit: inuocat patrem. cum ſalutaris tui: filium. cum vero ſpiritu prīcipali: ſpiritum ſanctum. qui deus trinus et vnus inuocantibus nobis/ ſit propicius a nobis autem ſemper benedictus/ ſemper exaltatus et glorificatus in ſecula. amen.

¶ In finē intellectus Dauid cū venit doec Idume⁹ ⁊ ānūciauit Saul ⁊ dixit venit Dauid in domum Abimelech. LI.

¶ In finē intellectus Dauid cū venit Doec Idumeus ⁊ annūciauit Saul ⁊ dixit venit Dauid in domo Abimelech. LI.

¶ Victori eruditio Dauid cum venit Doec Idumeus et annunciauit Saul ⁊ dixit illi\venit Dauid in domo Abimelech. LII.

Ayuntamiento de Madrid

1 Quid gloꝛiaris ĩ ma-
litia: qui potens es
iniquitate.
2 Tota die iniuſtitiam co-
gitauit lĩgua tua: ſicut no-
uacula acuta feciſti dolum
3 Dilexiſti malitiam ſuper
benignitatem: ĩiquitatem
magis q̃ loqui eq̃tatẽ. Sp.
4 Dilexiſti omnia verba p̃ci
pitationis: lingua doloſa.
5 Propterea deus deſtruet
te ĩ finẽ\ euellet te ⁊ emigra
bit te de tabernaculo tuo: et
radicem tuam de terra vi-
uentium. Semper.
6 Videbũt iuſti ⁊ timebũt\
et ſuper eum ridebunt ⁊ di-
cent: ecce homo qui non po-
ſuit deum adiutoꝛem ſuũ.
7 Sed ſperauit in multitu-
dine diuitiarum ſuarum:
et pꝛeualuit in vanitate ſua
8 Ego autẽ ſicut oliua fru-
ctifera in domo dei: ſpera-
ui in miſericoꝛdia dei ĩ eter
num et in ſeculum ſeculi.
9 Confiteboꝛ tibi ĩ ſeculum
quia feciſti: et expectabo no
men tuum \ quoniam bo-
num in conſpectu ſancto-
rum tuoꝛum.

Quid gloꝛiaris ĩ ma
litia: qui potens es
iniquitate.
Tota die iniuſtitiam co-
gitauit lĩgua tua: ſicut no-
uacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper
benignitatem: ĩiquitatem
magis q̃ loqui eq̃tatẽ. Dp̃.
Dilexiſti omnia verba p̃ci
pitationis: ĩ lingua doloſa
Propterea deſtruet te de-
us ĩ finẽ\ euellet te ⁊ emigra
bit te de tabernaculo tuo:
et radicem tuam de terra vi
uentium. Dp̃.
Videbunt iuſti et time-
bunt: et ſuper eum ridebũt
et dicent.
Ecce homo qui non poſuit
deum adiutoꝛem ſibi.
Sed ſperauit in multitu-
dine diuitiarum ſuarum:
et pꝛeualuit ĩ vanitate ſua.
Ego autẽ ſicut oliua fru-
ctifera ĩ domo domini: ſpe-
raui ĩ miſericoꝛdia dei mei
in eternũ ⁊ in ſeculũ ſeculi.
Confiteboꝛ tibi dñe ĩ ſecu
lo quia feciſti: et expectabo
nomẽ tuũ \ quoniã bonũ eſt
ante cõſpectũ ſãctoꝛũ tuoꝝ.

Quid gloꝛiaris ĩ ma
litia: potens miſe-
ricoꝛdia dei tota die.
Inſidias cogitauit lĩgua
tua: quaſi nouacula acuta
faciens dolum.
Dilexiſti malũ magis q̃
bonum: mẽdacium magis
q̃ loqui iuſtitiam. Sela.
Dilexiſti omnia verba ad
deuoꝛandũ: lĩguam doloſã
Sed deus deſtruet te in
ſempiternum\ toꝛrebit te et
euellet de tabernaculo tuo:
et eradicabit te de terra vi-
uentium. Sela.
Videbũt iuſti et timebũt:
et ſuper eum ridebunt.
Ecce vir qui nõ poſuit deũ
foꝛtitudinem ſuam\ ſed ſpe
rauit in multitudine diui-
tiarum ſuarum: confoꝛtat⁹
eſt in inſidijs ſuis.
Ego ſicut oliua virens in
domo dei: ſperaui in mi-
ſericoꝛdia dei ĩ ſeculum ſẽ-
piternum.
Confiteboꝛ tibi ĩ ſeculum
quoniam feciſti: et expecta-
bo nomen tuum \ quoniam
bonum ĩ conſpectu ſancto-
rum tuoꝛum.

TITULUS. Ad victoꝛiã eruditio Dd cũ ãnũciaſſet Doec Idume⁹ veniſſe dd ĩ domũ Achime-
lech. Pꝛo titulo legãt capita 21 22 p̃mi regnoꝝ. vt p̃m⁹ pſalmus ꝯtinet deſcriptionẽ iuſti ⁊ btĩ: ita hic
iniuſti ⁊ miſeri/ q̃ figurat̃ p doec idumeũ. p Dd vero: figurat̃ iuſt⁹. Pꝛopheta loq̃t̃ ĩ iſtructiõe ſpũs.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Quid gloꝛiaris ĩ malitia: q̃ potẽs es iniq̃tate? O nequã/ in
iuſte/ flagitioſe/ miſer q̃ potẽs es ad trãſgrediẽdũ/ inualid⁹ aũt ad bene agendũ: q̃d gaudes ⁊ ſupbis
2 cũ malefeceris? Tota die iniuſtitiã cogitauit lĩgua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolũ: aſſidue lĩguã
3 tuã laxaſti ad trãſgrediẽdũ: ⁊ aptaſti vt gladiũ acutũ ad fallẽdum. Dilexiſti malitiã ſup benignitatẽ:
iniq̃tatẽ magis q̃ꝫ loqui equitatẽ. p̃poſuiſti malũ bono: ⁊ maluiſti dicere mendaciũ q̃ꝫ legis veritatẽ.
4 Dilexiſti oĩa verba p̃cipitationis: lingua doloſa. amaſti ſermones ad perdendũ: oꝛe nefario et dece-
5 ptoꝛio. Propterea deus deſtruet te in finẽ/ euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem
tuã de terra viuentiũ. hac de cauſa q̃a hec facis et amas o miſer/ iniuſte/ inique pdet te de⁹ in ppetuũ
6 extirpabit te ⁊ trãſire faciet te ex hoc ſc̃lo: ⁊ delebit partẽ tuã de libꝛo viuẽtiũ. Videbũt iuſti et time-
bunt/ ⁊ ſup eũ ridebũt ⁊ dicẽt: ecce homo q̃ nõ poſuit deũ adiutoꝛẽ ſuũ. beati/ inſpectoꝛes erunt iuſte
cõdẽnationis iniuſti ⁊ ipĩj/ ⁊ reuerebunt̃ deũ ⁊ gaudebũt ſup iuſto iudicio interitus ipĩj et inquient:
7 ecce homo qui ſpem auxilij ſui/ qui fiduciã ſalutis ſue in deo ſuo non collocauit. Sed ſperauit in mul
titudine diuitiarũ ſuarũ: ⁊ p̃ualuit in vanitate ſua. nõ poſuit deũ adiutoꝛẽ ſuũ/ ſed collocauit fiduciã
8 ſuã in abũdantia trãſitoꝛiarũ opum: et in his vanis labẽtibuſq̃ꝫ reb⁹ obtinuit deſideria ſua. Ego ve-



Ayuntamiento de Madrid

rō ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui in miſericordia dei in eternū et in eternū ſeculi. hic pro-
pheta in pſona iuſti loquit/ at ego ſicut oliua ſemp virens. et onerata fructibus in eccleſia ſanctorum:
ſpem meā nō repoſui i cōgregatione opū ſed i miſerationibus dei omni tēpore et in ſclo intermini eui.
9 Cōfitebor tibi in ſeculū q2 feciſti: et expectabo nomē tuū qm̄ bonū eſt. in cōſpectu ſanctorum tuorum
laudabo te in perpetuum/ quia vt in miſericordia tua ſperem in eternum et i ſeculum ſeculi michi de
diſti: pſtolabor verbū tuū/ ſanctū tuū/ Chriſtū tuū: qm̄ bonū eſt oīb9 ſctis pſtolari et expectare ipſū.
ADVERTE. Primo verſu. quid gloriari i malitia q potēs es iiqtate: Hieronym9 ex hebreo/ qd
gloriaris i malitia/ potēs miſericordia dei tota die. vbi iterptes alij particulā de miſericordia dei ta-
cuerūt. & eſt ſermo iuſti ad ipſū. qd exultas quaſi victor tu q in malitia potēs es? ne glorieris/ ne effe
raris: miſericordia dei/ tua iiqtate potētior tota die parata eſt ad mē ꝓtegēdū/ liberādū ac ſaluandū
¶ Scdo vſu. ſicut nouacula acuta feciſti dolū: meli9 ex hebreo faciēs q̄ feciſti. vt id/ faciēs: liguā re-
ſpiciat nō pſonā/ & cōparatio nouacule ad liguā nō pſonā intelligat. ſic eni vſus frequēs ꝓphete eſt/
liguā acciciſſimā ad nocēdū cōparare gladio ad ſcindēdū & ſauciandum paratiſſimo: cuiuſmodi no-
uacule tōſorū cultri/ vel maxime ſūt. ſic eni pſalmi. 56. verſu. 6. filij hoīm dētes eorum arma et ſagitte: &
ligua eorum gladi9 acut9. et pſalmi. 63. verſu. 3. quia exacuerūt vt gladiū liguas ſuas. ¶ Quarto verſu
in fine/ lingua doloſa: ſeptimo caſu dicit/ nō caſu vocāte. ex romana tralatiōe: vbi dicit i lignad olo ia
et poſſum9 tū ex greco tum ex hebreo accuſāte caſu ꝓferre. ex greco quidē. nā grec9 habet. γλῶσ-
σαν δολίαν: vt iteger verſus legat. dilexiſti oīa verba precipitatiōis: linguā doloſā. & per ecthesin
ſit ſenſus. dilexiſti oīa vba pcipitationis: id eſt dilexiſti liguā doloſam. Ex hebreo etiā. nā ex ei9 trala
tiōe ita legit. dilexiſti oīa vba ad deuorādū: liguā doloſā. itaq3 aut accuſāte/ aut ſeptimo caſu legat.
¶ Octauo verſu. ego aūt ſicut oliua fructifera. ex hiſtorijs: natura feracis oliue. ſemp virēs eſt. ſemp
onuſta oleis. nouis eni ſuboriri incipiētib9 veteres adhuc viſunt. arbor pacis. nā ptenſus oliue ram9
vbiq3 pacis ſignū. miſericordie pfiguratrix. vt pote ex qua elicit oleū. ſed & penitētie. quippe cū fru-
ctus amar9 ex quo tā dulcis elicit liquor/ tāq3 dulce oleū. et innumera in ſe habet/ q nobiliſſimā ad al
legoriā aut anagogen pre ſe ferūt intelligentiā: ex quibus figura iuſti intelligitur. quare non ab re fa-
ctum eſt: ſi iuſtus oliue fructifere a propheta comparetur.

¶ In finē ꝓ Amalech itel-
ligentia Dauid. LII.
Dixit inſipiens i cor
1 de ſuo: nō eſt deus.
2 Corrupti ſunt & abomina
biles facti ſunt in iniquita
tibus: non eſt q faciat bonū.
3 Deus de celo ꝓſperit ſup
filios hominum: vt videat
ſi eſt intelligens aut requi-
rens deum.
4 Omnes declinauerunt \ ſi
mul inutiles facti ſunt: nō
eſt qui faciat bonum nō eſt
vſq3 ad vnum.
5 Nonne ſcient omnes qui
operātur iniquitatem: qui
deuorant plebem meam vt
cibum panis?
6 Deum non inuocauerūt:
illic trepidauerunt timore
vbi non fuit timor.
7 Qm̄ deus diſſipauit oſſa
eorū q hoibus placēt: confu
ſi ſunt \ qm̄ de9 ſpreuit eos.

¶ In finem pro Amalech
intellectus Dauid. LII.
Dixit inſipiens i cor
de ſuo: nō eſt deus.
Corrupti ſūt & abōiabiles
facti ſūt i volūtatibus ſuis
Nō eſt qui faciat bonum:
non eſt vſq3 ad vnum.
Dn̄s de celo proſperit ſup
filios hominum: vt videat
ſi eſt intelligens aut requi-
rens deum.
Oēs declinauerūt \ ſimul
iutiles facti ſūt: nō eſt q fa-
ciat bonū nō eſt vſq3 ad vnū
Nonne cognoſcent omnes
qui operātur iniquitatem \
qui deuorant plebem meā
ſicut eſcam panis? deū non
inuocauerunt: illic trepida
uerunt timore vbi non erat
timor.
Qm̄ deus diſſipat oſſa ho
minum ſibi placētiū: cōfuſi
ſunt qm̄ deus ſpreuit eos.

¶ Victori per chorum eru
ditio Dauid. LIII.
Dixit ſtult9 in corde
ſuo: non eſt deus.
Corrupti ſunt & abomina
biles facti ſunt in iniquita-
te: nō eſt qui faciat bonum.
Deus de celo ꝓſperit ſup
filios hominum: vt videat
ſi eſſet intelligens requi-
rens deum.
Omnes auerſi ſunt \ pari-
ter adheſerunt: non eſt qui
faciat bonum non eſt vſq3
ad vnum.
Nunqd nō cognouerunt:
q operantur iniquitatem?
Qui comedunt populum
meum vt cibum panis \ de-
um non inuocauerunt: ibi
timuerunt timore vbi non
eſt timor.
Quoniā deus diſperſit oſ
ſa circundantium te: cōfun
deris q2 deus proiecit eos.

Ayuntamiento de Madrid

8 Quis dabit ex ſion ſalu-
tare iſrael: cum conuerte-
rit deus captiuitatem ple-
bis ſue: exultabit iacob et
letabitur iſrael.

Quis dabit ex ſion ſaluta
re iſrael: dum auertet dñs
captiuitatem plebis ſue.
Exultabit iacob: et letabi
tur iſrael.

Quis dabit ex ſion ſalutã
re iſrael: dum reduxerit de
us captiuitatem populi ſui
Exultabit iacob: letabi-
tur iſrael.

TITULUS. Ad victoriam per chorum eruditio Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. Pro-
pheta in inſtructione ſpiritus loquitur de antichriſto.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dixit inſipiens in corde ſuo: nõ eſt deus. cogitauit hõ pcti
2 in animo ſuo: Chriſtũ dñm non eſſe deũ. Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt in iniquitatibus
non eſt qui faciat bonum. adherẽtes homini peccati anima mortui ſunt / et deo odibiles in execran-
3 dis peccatis ſuis: nõ eſt qui operetur opus deo acceptũ. Deus de celo proſpexit ſuper filios homi-
num: vt videat ſi eſt intelligẽs aut requirens deum. prouidens deus vniuerſis / ex glorie ſue throno
intuitus eſt multitudinẽ inſipientiũ vniuerſum cetum hominũ carnaliũ: ſi forte inter eos quiſpiam eſ
4 ſet ſpiritualis / qui relictis rebus vanis requireret eũ. Omnes declinauerũt / ſimul inutiles facti ſũt:
non eſt qui faciat bonũ non eſt vſq ad vnum. vidit deus omnes filios hominũ / tranſgreſſores / ab eo
auerſos / ſimul conſentientes in malum / factoſq ad finem eorũ conſequẽdũ ineptos: nõ eſſe inter eos
5 ne vnum quidẽ qui operetur bonum. Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorãt
plebẽ meã ſicut eſcã panis? nũquid multi manebunt / nõne ex penis flagitia ſua intelligẽt impij / inſi
pientes et carnales hoĩes trãſgreſſionũ operatores: qui conſumũt fideles meos eoſq in nichilũ redi
6 gunt / ⁊ deglutiũt tanq̃ bucellã panis? Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore vbi nõ fuit ti-
mor. preces deo nõ fuderunt vt eis parcẽs ignoſceret a futura indignatiõe: formidauerũt huius vite
7 mala / et bonorũ terrenorũ priuationes vbi nõ fuit timẽdũ. Quoniã deus diſſipauit oſſa eorũ qui ho
minibus placent: confuſi ſunt quoniam deus ſpreuit eos. timuerũt vbi non fuit timor / quoniã deus
confregit vires et potentias applaudẽtiũ huiuſmodi inſipiẽti / homini peccati: qui vna cũ eo eterna
8 confuſione damnati ſunt / quia Chriſtus dominus abominatus eſt eos. Quis dabit ex ſion ſalutare
iſrael? cum conuerterit domin⁹ captiuitatem plebis ſue: exultabit iacob et letabitur iſrael. optãs in
ſpiritu propheta conſulit deum / O quando erit q̃ Chriſtus dominus ſaluator ſpiritualium animarꝫ
ex monte ſancto ſuo cognoſcetur? reſpondet ſpiritus ſanctus / in fine temporum cũ reuocauerit a di-
ſperſione filios iſrael / tunc fiet vnus paſtor et grex vnus / et in cognitione ſalutaris dei gaudebit vter
q̃ populus et ſaluandus ex gentibus et ex iudeis ſaluandus.

ADUERTE. hunc. 42. pſalmum a pſalmo 13. conſimiliter incipiẽte in verbis parum differre. ſed
tertiũdecimũ preſertim de inſipienti populo hebreorũ eſſe: q̃ vſq hodie Chriſtũ negat eſſe deũ. qđ q̃
facit: et ſi ore deũ eſſe dicat / corde negat / vt primus verſus habet. at hic pſalmus de iſipiẽte hoĩe pec
cati id eſt antichriſto exponit̃. vt etſi cũ tertiodecimo vbis idẽ: ſentẽtia tamẽ diuerſus videat̃ cui⁹ rei
occaſionẽ ſuggerit ſeptim⁹ verſus / vt ex hebreo habet̃. antichriſt⁹ enĩ ſimiliter vt hebrei. Chriſtum
regem / vniuerſorum dñm / per quẽ omnia facta ſunt: negaturus eſt eſſe deũ / ⁊ afflictur⁹ eccleſiam in
nouiſſima plaga / vt iudei in prima. que nõ ceſſabit priuſq̃ confuſione eius detecta / ⁊ beſtialis / carna
liſq ſecte eius: ex omnibus gẽtibus ⁊ iudeis fiat ouile vnũ et paſtor vn⁹ q̃ eſt Chriſt⁹ IHESUS
dñs ſuperbenedictus in ſecula. ¶ Septimus verſus. quoniã deus diſſipauit oſſa eorũ qui hoĩbus
placent: decimo verſui pſalmi. 13. ex oppoſito reſpondet. nam ille de chriſto propter nos inope facto /
cuius doctrinã ſpreuerũt iudei: hic autẽ de antichriſto expoſitus eſt. nã vbi legimus quoniã diſſipa-
uit oſſa eorꝫ qui hominibus placent / confuſi ſunt quoniã deus ſpreuit eos: ex hebreo legitur quoniã
deus diſperſit oſſa circundantium te / confunderis quia deus proiecit eos. vbi ſermo in ſpũ ad vnũ
inſipientẽ dirigitur: nõ diuina ſed ſolũ humana ope fultũ / hoĩm quidẽ corruptorꝫ / carnaliũ / ſeducto
rum / nullũ operantiũ bonũ / affligẽtiũ populũ fidelẽ / ac paucitatẽ ⁊ pene ad nichilũ redigentiũ vſq
ad conuerſionẽ diſperſionis iudeorꝫ. qđ maxime homini peccati antichriſto ꝯuenire conſentaneum eſt.

¶ In finem in carminib⁹ intellectus Dđ cũ veniſſet ziphei et dixiſſent ad Saul nõne Dauid abſcondit⁹ eſt apud nos? LIII.

1 DEus in nomine tuo ſaluũ me fac: ⁊ ĩ vir-

¶ In finem ĩ carminibus intellectus Dauid cum ve niſſent ziphei ⁊ dixiſſent ad Saul nõne ecce Dđ abſcõ- ditus eſt apud nos? LIII.

2 DEus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in

¶ Victori in pſalmis eru- ditio Dauid cum veniſſent ziphei ⁊ dixiſſent Saul nõ ne dauid abſconditus eſt a- pud nos? LIIII.

2 DEus in nomine tuo ſalua me: ⁊ in forti-



Ayuntamiento de Madrid

| | | | |
|---|---|---|---|
| | tute tua iudica me. | virtute tua libera me. | tudine tua vlc[illegible]ere me. |
| 2 | Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. | Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. | Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. |
| 3 | Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſũ me ⁊ fortes queſierũt animã meam: nõ propoſuerũt deum ante cõſpectum ſuum. Semper. | Quoniã alieni inſurrexerunt in me\ ⁊ fortes queſierunt animam meam: et nõ propoſuerunt deũ ante cõſpectum ſuum. Dp̃. | Quia alieni inſurrexerũt aduerſus me\ et fortes queſierunt animam meam: et non propoſuerunt deum in conſpectu ſuo. Sela. |
| 4 | Ecce enĩ de⁹ adiuuat me: et dñs ſuſceptor eſt aĩe mee. | Ecce enĩ de⁹ adiuuat me: et dñs ſuſceptor eſt aĩe mee. | Ecce de⁹ auxiliabit̃ michi dñs ſuſtẽtans animã meã. |
| 5 | Auerte mala inimicis meis: in veritate tua diſperde illos. | Auerte mala ĩimicis meis: et in veritate tua diſperde illos. | Redde malum inſidiatoribus meis: in veritate tua diſperde eos. |
| 6 | Voluntarie ſacrificabo tibi: cõfitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt. | Voluntarie ſacrificabo tibi: et confitebor noĩ tuo dñe quoniam bonum eſt. | Volũtarie ſacrificabo tibi: cõfitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt. |
| 7 | Quoniã ex oĩ tribulatiõe eripuiſti me: et ſup̱ ĩimicos meos deſpexit oculus me⁹. | Quoniã ex oĩ tribulatiõe eripuiſti me: et ſup̱ ĩimicos meos reſpexit oculus me⁹. | Quoniã ex oĩ tribulatiõe liberauit me: ⁊ ĩimicos meos vidit oculus meus. |

TITULUS. Ad victoriã in pſalmis eruditio Dauid/ cũ veniſſent ziphei et dixiſſent Saul/ nõne Dauid abſconditus eſt apud nos? pro titulo legatur caput. 26. primi regnorũ. Dauid: perſonã geſſit Chriſti orantis in horto. ziphei. Jude traditoris. Saul/ Abner et cõplices: principũ ſacerdotum et cohortis. Pſalmus: humana deprecatio. Dauid: impulſu ſpiritus loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Deus in nomĩe tuo ſaluũ me fac: ⁊ ĩ virtute tua iudica me.
cõditor eterne ꝓpter nomẽ tuũ/ verbũ tuũ/ ſalutare tuũ ſalua me: ⁊ ĩ fortitudine tua vĩdica me/ de zi
2 pheis ⁊ alijs inimicis meis. Deus exaudi orationẽ meam: auribus percipe verba oris mei. dñe de⁹
3 admitte precẽ meã: aures tue pateant deprecationibus meis. Quoniã alieni inſurrexerunt aduerſũ
me/ ⁊ fortes queſierunt animã meã: et nõ propoſuerũt deũ ante conſpectũ ſuum. percipe verba oris
mei/ quoniã auerſi ⁊ alienati a te irruerũt in me/ ⁊ potẽtiores me moliti ſunt auferre vitam meam: et
4 nequaq̃ꝫ dei metum in animo/ ⁊ pre oculis mentis habuerunt. Ecce enim deus adiuuat me: ⁊ domi
5 nus ſuſceptor eſt anime mee. ſed ecce deus auxiliator meus eſt: et deus defenſor vite mee eſt. Auer-
te mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua diſperde illos. O deus eterne vltionem redde inſidiatoribus
6 meis: ⁊ in vero tuo iudicio contere eos. Volũtarie ſacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe qm̃
bonum eſt. vltronee ⁊ prõpta voluntate ſacrificiũ tibi offeram pro mea liberatione: et laudabo te de-
7 um meum quoniã ſalutare ⁊ equũ eſt. Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me: et ſuper inimicos
meos deſpexit oculus meus. ſalutare ⁊ equũ eſt/ quoniam ex omni michi intentato periculo libera-
ſti me: et feciſti vt proprijs oculis in mea poteſtate viderim hoſtes meos.

ADUERTE. Quinto verſu. auerte mala inimicis meis: Hieronymus ex hebreo redde mala inſi diatorib⁹ meis. quare poti⁹ eſſet legendũ conuerte mala inimicis meis. auerte enĩ et conuerte oppo ſitam habent ſignificationẽ. et particula ſequens/ et in veritate tua diſperde illos. hanc intelligentiã reqrit. q̃zq̃ꝫ et grece habeatur αποστρεφει id eſt auertet ſed hec duo verba επιστρεφω et απο-στρεφω conuerto et auerto: plerũq̃ꝫ inueniuntur cõfuſa. vt vbi vnũ ſcribi debet: inueniatur ſcriptũ alterũ. vt et hic ſcribẽdũ potius fuiſſet επιστρεφει/ ſiue poti⁹ επιστρεψον. et vbi vltimo verſu ſexti pſalmi legitur conuertantur: illic in greco paſſiuum verbi vnde hic dicimus auerte/ poſitum eſt ¶ Septimo verſu. ex omni tribulatione eripuiſti me: Hieronymus ex hebreo qm̃ ex omni tribulatio ne liberauit me. et id liberauit: videtur ad nomẽ et non ad patrẽ referendũ. vt et ſenſus: ex preceden te verſu ſumatur. volũtarie ſacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo/ verbo tuo/ quoniam bonũ eſt. ⁊ confitebor inquã quoniã verbũ tuum ex omni tribulatione liberauit me. ſalus enĩ ⁊ a patre et a ver-bo ei⁹. ſed qui patrẽ et verbũ noĩat: vtriuſq̃ꝫ ſpiritũ intelligit. ¶ Qđ vero eodẽ ſeptimo verſu ex he-breo ſubiũgitur/ et inimicos meos vidit oculus meus: reſpiciet qđ dicit̃ capite. 26. primi regnoꝝ. ve-nerunt ergo Dauid et Abiſai nocte ad populum: et inuenerunt Saul iacentem et dormientem in ten-

Ayuntamiento de Madrid

torio/ et haſtam fixam in terra ad caput eius/ Abner autem et populum dormientes in circuitu eius. quod et Chriſtum nocte reſurgentem/ clypeatos/ haſtatoſq; cuſtodes ſuos dormientes/ et cecum populum hebraicum reperiſſe: figuraſſe poteſt.

¶ In finē in carminibꝰ in-
tellectus Dauid. LIIII.
Exaudi deus oratio-
1 nē meā\ & ne deſpexe-
ris deprecationē meam: in-
tende michi et exaudi me.
2 Contriſtatus ſum ī exercī
tatione mea \ et cōturbatus
ſum a voce inimici: et a tri-
bulatione peccatoris.
3 Quoniam declinauerunt
in me iniquitatem: et in ira
moleſti erant michi.
4 Cor meum conturbatum
eſt in me: et formido mor-
tis cecidit ſuper me.
5 Timor & tremor venit ſup
me: et contexit me tenebra.
6 Et dixi quis dabit michi
pēnas ſicut columbe: et vo-
labo et requieſcam?
7 Ecce elongaui fugiens: et
8 manſi in ſolitudnie. Sēp.
Expectabam eum qui ſal-
uum me fecit: a puſillani-
mitate ſpiritus & tēpeſtate.
9 Precipita domine diuide
linguas eorū: quoniā vidi
iniquitatem & cōtradictio-
nem in ciuitate.
10 Die et nocte circundabit
eam ſuper muros eius ini-
quitas: & labor in medio eiꝰ
et iniuſtitia.
11 Et non defecit de plateis
eius: vſura et dolus.
12 Quā ſi inimicꝰ maledixiſ-
ſet michi: ſuſtinuiſſē vtiq;.
13 Et ſi is qui oderat me ſup
me magna locutus fuiſſet:
abſcōdiſſē me forſitan ab eo
14 Tu vero homo vnanimis
dux meus et notus meus.
15 Qui ſimul mecū dulces

¶ In finē carminibus in-
tellectus Dauid. LIIII.
Exaudi deus oratio-
nē meā\et ne deſpexe-
ris deprecationem meā: itē-
de in me et exaudi me.
Contriſtatus ſū in exerci-
tatione mea \ et cōturbatus
ſum a voce inimici: et a tri-
bulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt
in me iniquitates: et in ira
moleſti erant michi.
Cor meum conturbatum
eſt in me: et formido mortis
cecidit ſuper me.
Timor et tremor venerūt
ſuper me: et cōtexerunt me
tenebre.
Et dixi quis dabit michi
pennas ſicut columbe: & vo
labo et requieſcam?
Ecce elongaui fugiens\et
manſi in ſolitudine. Dp.
expectabam eum qui me ſal
uum faceret a puſillo ani-
mo et tempeſtate.
Precipita dn̄e et diuide li
guas eorū: qm̄ vidi iniq̄tatē
et ꝯtradictionē in ciuitate.
Die ac nocte circundabit
eam ſuper muros eius: ini-
quitas & labor in medio eiꝰ
et iniuſtitia.
Et non defecit de plateis
eius vſura et dolus: qm̄ ſi
inimicꝰ meus maledixiſſet
michi \ ſupportaſſem vtiq;.
Et ſi is qui oderat me ſup
me magna locutus fuiſſet:
abſcōderem me vtiq; ab eo.
Tu vero homo vnanimis
dux meus et notus meus:
qui ſimul mecum dulces

¶ Victori intellectus ī car
minibus dauid. LV.
Exaudi deus orationē
meam\ & ne deſpicias
deprecationem meam: attē-
de michi et exaudi me.
Humiliatus ſum in medi
tatione mea & conturbatus
a voce inimici: a facie perſe
quentis impij.
Quoniam proiecerunt ſu
per me iniquitatem: & in fu
rore aduerſabantur michi.
Cor meum doluit in vita
libus meis: et terrores mor
tis ceciderunt ſuper me.
Timor & tremor venit ſu-
per me: & opuit me caligo.
Et dixi quis dabit michi
pennas columbe: vt volem
et requieſcam?
Ut procul abeam: et com-
morer in deſerto. Sela.
Feſtinabo vt ſaluer: ab
ſpiritu tempeſtatis et turbi
dinis.
Precipita domine diuide
linguas eorum: quoniam
vidi iniquitatem et contra
dictionem in ciuitate.
Die et nocte circūeuntes
muros eius\ ſcelus & dolor
in medio eius: inſidie in vi
talibus eius.
Et non recedit de plateis
eius: dānū et fraudulentia
Non eni inimicus expro-
brauit michi: vt ſuſtineam.
Neq; is qui me oderat ſu-
per me magnificatus eſt: vt
abſcondar ab eo.
Sed tu hō vnanimis meꝰ:
dux meus et notus meus.
Qui ſimul habuimꝰ dul-



Ayuntamiento de Madrid

capiebas cibos: ī domo dei
ambulauimus cū cōſenſu.
16 Veniat moꝛs ſup illos: et
deſcēdāt in īfernū uiuētes.
17 Qm̄ nequitie in habitacu
lis eoꝛum: ī medio eoꝛum.
18 Ego autem ad deum cla=
maui: et dn̄s ſaluabit me.
19 Veſpere et mane et meri=
die narrabo ꝛ annunciabo:
et exaudiet vocem meam.
20 Redimet in pace animam
meam ab ijs qui appꝛopin=
quant michi: quoniam in=
ter multos erant mecum.
21 Exaudiet deus et humi=
liabit illos: qui eſt ante ſe=
cula. Semper.
22 Nō enī eſt illis cōmutatio
et nō timuerūt deū: extēdit
mannū ſuam ī retribuēdo.
23 Contaminauerunt teſta=
mentum eius\diuiſi ſunt
ab ira vultus eius: et ap=
pꝛopinquauit coꝛ illius.
24 Molliti ſūt ſermones eius
ſup oleū: ꝛ ipſi ſunt iacula.
25 Iacta ſuper dominum cu
ram tuam et ipſe te enutri=
et: nō dabit in eternum flu=
ctuationem iuſto.
26 Tu vero deus deduces
eos: in puteum interitus.
27 Viri ſanguinum ꝛ doloſi
nō dimidiabunt dies ſuos:
ego autē ſperabo ī te dn̄e.

capiebas cibos: ī domo dn̄i
ambulauimus cum ꝯſenſu
Veniat moꝛs ſup illos: et
deſcēdāt in īfernū uiuētes.
Qm̄ nequitia ī hoſpitijs
eoꝛum: in medio ipſoꝛum.
Ego autē ad dn̄m clama=
ui: et dn̄s exaudiuit me.
Veſpere et mane et meri=
die\narrabo ꝛ annunciabo:
et exaudiet vocem meam.
Liberauit ī pace animam
meam ab ijs qui appꝛopin=
quant michi: quoniam in=
ter multos erant mecum.
Exaudiet deus ꝛ humili
abit eos: qui eſt ante ſecula
et manet ī eternum.
Non enim eſt illis commu
tatio ꝛ non timuerunt de=
um: extendit manum ſuā
in retribuendo illis.
Contaminauerunt teſta=
mentum eius\diuiſi ſunt
ab ira vultus eius: ꝛ appꝛo
piauit coꝛ eius.
Mollierūt ſermones ſuos
ſuper oleū: ꝛ ipi ſūt iacula.
Iacta ī deum cogitatum
tuum: et ipſe te enutriet.
Non dabit in eternum flu
ctuationē iuſto: tu vero de=
duces eos ī puteū īteritus.
Viri ſanguinum ꝛ doloſi
nō dimidiabūt dies ſuos:
ego vero in te ſperabo dn̄e.

ce ſecretum: ī domo dei am=
bulauimus in terroꝛe.
Veniat moꝛs ſup eos: de=
ſcēdāt ī interitum viuentes.
Qꝛ nequitie in congrega=
tione eoꝛū: ꝛ in medio eoꝛꝫ.
Ego autem ad deū clama
bo: et dn̄s ſaluabit me.
Veſpere et mane et meri=
die loquar et reſonabo: ꝛ ex
audiet vocem meam.
Redimet in pace animam
meam ab appꝛopinquanti=
bus michi: multi enim fue=
runt aduerſum me.
Exaudiet deus et humi=
liabit eos: qui iudex eſt ab
initio. Sela.
Non enī mutātur neqꝫ ti=
ment deū: extēdit manum
ſuam ad pacifica ſua.
Contaminabit pactum
ſuum \ nitidius butyꝛo os
eius: appꝛopinquat autem
coꝛ illius.
Mollioꝛes ſermones eius
oleo: cum ſint lancee.
Pꝛoijce ſup dn̄m charita=
tem tuā: ꝛ ipſe enutriet te.
Nō dabit in eternum: flu=
ctuationem iuſto.
Tu autem deus deduces
eos in puteum interitus.
Viri ſāguinū ꝛ doloſi nō
dimidiabūt dies ſuos: ego
autem fiduciam habeo tui.

TITULUS. Ad victoꝛiam ī pſalmis eruditio Dauid. Pſalmus de Chꝛiſto domino. Pꝛophe=
ta in ſpiritu inducit Chꝛiſtum.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exaudi deus oꝛationē meā/ et ne deſpexeris depꝛecationē
2 meam intēde michi et exaudi me. quater reſumit paterni pꝛeſidij inuocationē. Contriſtatꝰ ſū in exer
citatione mea: et conturbatus ſū a voce inimici/ et a tribulatione peccatoꝛis. meſtitia affectus ſum in
conuerſatione mea in mūdo et cōmotus a maliloquētia aduerſantis populi/ nūc dicētis homo malꝰ
eſt/ demoniū habet/ ī beelzebuth eijcit demonia/ ꝛ ab afflictiōe populi trāſgreſſoꝛis/ me nūc eijciētis
5 nunc lapidare/ nunc moꝛtificare volētis. Quoniam declinauerunt in me iniquitatē: et in ira moleſti
erant michi. cōtriſtatus ſū et conturbatus ſū in exercitatione mea/ qm̄ oīa opera mea et dicta impin=
4 gebant michi in peccatū: et pꝛe iracundia infenſi erant michi/ moleſtia me afficiebāt. Coꝛ meū cōtur
batum eſt in me: et foꝛmido moꝛtis cecidit ſup me. anima mea anxiata eſt in me: et terroꝛ moꝛtis cir=
5 cundedit me. Timoꝛ et tremoꝛ venit ſuper me: et contexit me tenebꝛa. metus et contremitio ob infe=

Ayuntamiento de Madrid

6 ſionem in me inimicoꝝ iudeoꝝ irruerunt ſuper me: et oculi caligauerũt in me. Et dixi quis dabit mi
chi pennas ſicut colũbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcã? ⁊ querelã fudi/ quis preſtabit michi preſidiũ diffugiẽ
di/ ſicut ſimplex et innocua colũba alarũ beneficio pericula vitat: et ego diffugiã a tanta turba male=
7 uoloꝛum/ et quiete reficiar ⁊ paululũ a moleſtia reſpirabo. Ecce elongaui fugiẽs: et manſi in ſolitudi
ne. ecce diſceſſi ab eis elongãs: et habitaui in cãpeſtribus ⁊ deſertis locis/ ſemotis ab habitatiõe ho=
8 minum. Expectabã eũ qui ſaluũ me fecit: a puſillanimitate ſpiritus et tẽpeſtate. operiebar ſalutem
meã a deo qui et me ſaluare dignatus eſt: et vires animi refocillare a conſternatione ⁊ turbatione aĩe
9 mee/ et ab illa hoſtili perſecutione. Precipita dñe/ diuide linguas eoꝝ: quoniã vidi iniquitatẽ et cõ=
tradictionẽ in ciuitate. demolire pater machinationes eoꝝ/ et fac vt verbis nõ cõſpirẽt/ nõ concordẽt
10 in ſentẽtijs: qm̃ ego malã i me eoꝝ volũtatẽ aſpexi/ et i Hieruſalẽ cõtradicẽdi michi ītẽtionẽ. Die ac
nocte circũdabit eã ſup muros eius iniquitas: ⁊ laboꝛ i medio ei⁹ et iniuſticia. iugiter nequitia malo
11 rum ei⁹ ⁊ cuſtodũ occupabit eã: ⁊ mediũ populũ doloꝛ occupabit et ſcelerata vita. Et non defecit de
12 plateis ei⁹: vſura ⁊ dol⁹. ⁊ a negociatoꝛib⁹ eius: nunꝗ̃ fœn⁹ abierit ⁊ defraudationis aſtutia. Qm̃
ſi inimicus meus maledixiſſet michi: ſuſtinuiſſẽ vtiqꝫ. ſi aduerſari⁹ me⁹ cõiuraſſet i moꝛtẽ meã: æquo
13 equidẽ toleraſſem animo. Et ſi is q̃ oderat me ſup me magna locutus fuiſſet: abſcõdiſſem me foꝛſan
ab eo. et ſi is qui michi īfenſus erat/ michi verbis moꝛtẽ intẽtaſſet: foꝛte eius pſentiã diffugiẽs me ſub
14 traxiſſem ab eo. Tu vero hõ vnanimis: dux meus ⁊ notus me⁹. Qui ſimul mecũ dulces capiebas
15 cibos: in domo dei ambulauim⁹ cũ cõſenſu. at vero tu vir pacifice mecũ verſatus: ductoꝛ meus et fa
miliaris meus cõiuraſti in me/ malignatus es in me. tu qui in menſa mea dulci doctrina paſcebaris ⁊
cibo: tu q̃ mecũ ceu apoſtolus meus/ vna ãbulabas i tẽplo dei/ mecũ cõſentiẽs ⁊ aſſiſtẽs meis exhoꝛ
16 tationibus/ ꝯiuraſti in meã moꝛtẽ/ ⁊ cũ inimicis meis aduerſum me es machinat⁹. Ueniat moꝛs ſup
illos: et deſcendãt in infernũ viuẽtes. interitus occupet eos qui cõſiliati ſunt et tecũ i moꝛtẽ meã con=
17 ſpirauerũt: et eos viuos abſoꝛbeat tartarus. Qm̃ nequitie in habitaculis eoꝝ: in medio eoꝝ. infer=
nus deglutiat eos/ qm̃ mens nequã/ ⁊ flagitioſa i me cõſilia in cõuẽticulis eoꝝ: et in coꝛdibus eoꝝ
18 Ego aũt ad dñm clamaui et dñs ſaluabit me. ego vero patrẽ meũ rogaui: et deus pater meus a ma
19 litia eoꝝ exaudiet et liberabit me. Ueſpere et mane et meridie narrabo et annũciabo: et exaudiet vo
cem meã. veſpere in hoꝛto/ et mane i manib⁹ ſatellitũ hoſtiũ meoꝝ/ et meridie in oblatione mea inuo
20 cabo et clamabo ad patrem meum: et ipſe clamoꝛes meos ſuſcipiet. Redimet in pace aĩam meã ab
ijs qui appꝛopinquãt michi: qm̃ inter multos erãt mecũ. pater me⁹ in tranquillitate liberabit ſpiritũ
meũ ab ijs q̃ impetũt me ad nocendũ: qm̃ magnus numerus eoꝝ qui ad me perdendũ aggreſſi ſunt.
21 Exaudiet de⁹ et humiliabit illos: qui eſt ante ſecula. pater me⁹ pces meas admittet et deus deijciet
22 aggreſſoꝛes meos: qui et deus et iudex eſt ante mũdi exoꝛdia. Nõ eni eſt illis cõmutatio et nõ timue
runt deũ: extẽdit manũ ſuã in retribuẽdo. deijciet quidẽ eos/ nã illi non cõuertent̃ de malo in bonum
23 penitentiã nõ agẽt/ ſiquidẽ obſtinati ſũt/ et nõ reueriti ſũt dei iudiciũ: deus aũt vindictã ſuã parauit
ad retribuẽdũ. Cõtaminauerũt teſtamẽtũ eius/ diuiſi ſũt ab ira vultus eius: et appꝛopinquauit coꝛ
24 illius. irritã fecerũt legẽ dñi/ diſperſi ſunt ab indignatione ſeueritatis eius: et volũtas eius ꝓpiqua
25 facta eſt ad vlciſcendũ. Molliti ſũt ſermones eius ſup oleũ: et ipſi ſunt iacula. illi inſenſati mollioꝛes
exiſtimauerũt diuinas cominationes oleo: ſꝫ ille erũt tela illos cõfodiẽtia. Iacta ſup dñm curã tuã ⁊
ipſe te enutriet: et nõ dabit in eternũ fluctuationẽ iuſto. cõmitte te pꝛoꝛſus deo ⁊ totã animi tui ſolici=
26 tudinẽ illi relinque et ipſe ꝓuidebit tibi: et nõ ſinet volũtatis ſue factoꝛẽ/ cogitatũ omnẽ et curã ſui i
eo iactantẽ ambulantẽqꝫ in mãdatis eius/ perire i ſempiternũ. Tu vero deduces eos: in puteũ inte=
27 rit⁹. at tu pater iuſtoꝝ amatoꝛ/ deturbabis ꝑtinaces ⁊ obſtinatos aduerſarios meos: i interminẽ moꝛ
tis abyſſũ/ i eternoꝝ ſupplicioꝝ lacũ. Uiri ſanguinũ et doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos: ego aũt ſpe
rabo i te dñe. hoĩes ſãguinarij/ hoĩes ſitiẽtes inocẽtẽ fundere ſãguinẽ/ ⁊ hoĩes dolo deceptiõeqꝫ ple=
ni ad diẽ ſuoꝝ nõ ꝑtingẽt medietatẽ: at ego celeſtis pater i nullo alio ꝙ̃ i te fiduciã meã collocabo.
ADUERTE. Quinto verſu. vltima particula pſalteriũ gallicũ habet ⁊ cõtexit me tenebꝛe: nũc nõ
ita pſallũt eo vtẽtes/ ſed ex pſalterio romano cõmutauerunt. ⁊ paſſim pſallũt: et cõtexerunt me tene=
bꝛe. et ꝗ̃ꝗ̃ hoc et illud idẽ ſit: hoc tamẽ vltimũ magis latine dictũ viſũ eſt: et hec foꝛte cõmutationis
cauſa. ¶ Quod verſu ſeptimo aſſertoꝛie dicitur ecce elõgaui fugiẽs ⁊ mãſi i ſolitudine: idẽ facer Hie
ronymus ſuſpẽſa oratione cõtinuat pcedẽti verſui/ hoc pacto. vt ꝓcul abeã et cõmoꝛer in deſerto. et
ſiue hoc ſiue illo modo dicat̃: cõſtat dño ſalutari noſtro cõuenire. nã cũ ſuſtuliſſet Herodes Joãnem:
ſimulabat ſe Chꝛiſtũ velle videre. Chꝛiſtus aũt ſubdolũ coꝛ ei⁹ intuẽs: in ſolitudine mãſit. et vt nar=
rat Lucas: aſſũptis diſcipulis ſuis ſeceſſit ſeoꝛſũ i locũ deſertũ/ qui eſt bethſaide. vbi ⁊ ad turbas (q̃
vt cognouerũt ſecute ſũt) locut⁹ eſt de regno dei. et ſanitates pfecit. et quinqꝫ millia hoĩm ex quinqꝫ
panibus et duobus piſcibus pauit. ¶ Octauo verſu. expectabã eũ q̃ ſaluũ me fecit a puſillanimitate
ſpirit⁹ et tempeſtate: Hieronym⁹ ex hebꝛeo paulo aliter/ feſtinabo vt ſaluer ab ſpiritu tempeſtatis ⁊



Ayuntamiento de Madrid

turbinis.quo deſignari videt᷑: accelerabo ſolitudines ⁊ deſerta loca petere/ eripiar a ſpū tēpeſtatis et turbinis/quem herodes cū cōplicibus ſuis ſcribis et phariſeis in me molirentur.nouerat enī oīa: et quo furore ⁊ turbine debacchati fuiſſent niſi receſſiſſet.ſed precipitati ſunt et diuiſi: ꝑ eius abſētiā et qđ illic dicit᷑ a puſillanimitate ſpirit᷒/hic a ſpiritu tēpeſtatis:hoc vltimū magis aptū eſt huic loco et vt dicat᷑ de Chriſto.quare intelligatur acſi diceremus expectabā vt ſaluus fierē a ſpiritu turbinis et tēpeſtate.ſiquidē et ſpiritus turbinis et ſpiritus tēpeſtatis:idē.¶Quartodecimo verſu.hec tria homo vnanimis/dux me᷒/not᷒ me᷒: ꝓditori iude conueniūt.nā a primo/ꝙ vnanimis eſſet: apoſtolatū accepit.notus me᷒.qs enī magis not᷒: ꝗ̄ q̄ cōuiuit ⁊ ſimul cū altero cibū/potūq꜒ continuo ſumit. dux meus a dño ī ſpiritu ꝓphetie dicit᷑:q̄a loculos habebat/diſpēſator oīm erat ⁊ ꝓuiſor. quocūq꜒ diuertebat: ⁊ dñs q̄q꜒ cū ceteris ſeq̄bat᷑.¶Quītodecīo v̄ſu.q̄ ſiƚ mecū dulces capiebas cibos. ꝗ̄uis et hoc iude qui ſaluatorē aut ꝓdebat aut ꝓdit᷒ erat/apte conueniebat/quod ⁊ ex 10 verſu pſalmi.40 manifeſte cognoſcit᷑: Hieronym᷒ tamē ex hebræo aliū elicit ſēſū: qui nō minus iude ꝯuenit. vbi enī dicimus/q̄ ſimul mecū dulces capiebas cibos: Hieronym᷒ ex hebręo habet/q̄ ſimul habuim᷒ dulce ſecretū.ſed quodnā dulce illud ſecretū? Lucas ꝑfecto aperit dicēs.aſſūpſit IHESVS duodeci diſcip̄los ſuos ſecreto ⁊ ait illis: ecce aſcēdim᷒ hieroſolymā ⁊ ꝯſumabūt᷑ oīa q̄ ſcripta ſūt ꝑ ꝓphetas de filio hoīs.tradet᷑ enī gētibus/⁊ illudetur/⁊ flagellabit᷑/⁊ ꝯſpuet᷑.poſtq꜒ flagellauerint conſpuent eū: ⁊ die tertia reſurget.idē in Mattheo.idē dicit᷑ ī Marco.vides duodeci dicit: quoꝝ ꝓculdubio iudas vnus erat.cui et cū ceteris: dulciter hoc ſecretū exceſſus ſui ⁊ anaſtaſeos ſue apiebat.varijs igit᷑ ſignis ⁊ indicijs ꝓditor ſalutaris noſtri/ ſpiritu manifeſtat᷑: ꝙ homo vnanimis/ꝙ dux ⁊ cui ceteroꝝ ꝓuidētia cōmiſſa/ꝙ vnus coꝝ cui ſaluator ſecreta ſua cōmittebat/ et ex nr̄a hic tralatione ⁊.40.pſalmo ꝙ ſaluatori in eadē mēſa cōuiuebat.¶Verſu ſeptimodecimo vbi habem᷒ ī habitaculis eoꝝ: hieronymus ex hebręo ī cōgregatione eoꝝ.qđ apte quadrat: ꝓpter cōcilia et cōuentiones eoꝝ in vnum vt dñm vite/dolo ꝑderēt.¶Viceſimo verſu.qm̄ inter multos erāt mecū: aperti᷒ Hieronym᷒ ex hebręo/multi enī fuerūt aduerſū me.neq꜒ cū mecū dicim᷒: æq̄ apte trahit᷑ ſenſus.pene enī ⁊ mecū ⁊ aduerſū me: quippiā ꝑtendūt cōtrariū.quare poti᷒ dicēdū videt᷑: qm̄ iter multos erāt contra me.quod ꝑide valeat ac/qm̄ multi/aut ī multitudie erāt ꝯtra me.¶Viceſimoſecūdo v̄ſu vbi loc᷒ eſt diapſalmatis / ⁊ extēdit manū ſuā in retribuēdo: Hieronym᷒ ex hebreo habet/ extēdit manū ſuā ad pacifica ſua.vbi ⁊ ī ſequētib᷒ verſib᷒ vſq꜒ ad.26.videt᷑ ꝓphetia ab ipſis illis ex oppoſito cōuerti ad pios ⁊ electos/ ⁊ alia haberi ītelligētia ꝗ̄ iterp̄tes tradidere.Taliſq꜒ ⁊ hui᷒ ⁊ ſequentiū verſuum haberi poterit ītellect᷒.extēdit manū ſuā ad pacifica ſua.de᷒ ꝯuertit manū ſuā ad eos q̄ pacē ei᷒ amabūt. Contaminabit pactū ſuū/nitidi᷒ butyro os eius: appropinquat autē cor illius.repudiabit de᷒ vet᷒ teſtamentū/ſinceri᷒ caſeo os ei᷒/ verbū ⁊ ſapiētia annūciās nouū: et verbis ei᷒ cor ei᷒ accedit.Molliores ſermones eius oleo: cū ſint lancee.ſermones diuini oris molliores ſūt oleo/ſuꝑ mel ⁊ fauū dulciores cū vt lācee penetrabiles ſint/⁊ vt gladij ancipites. ¶Aduerte etiā v̄ſu 25 ex hebræo reperiri pugnat autē cor illi᷒.⁊ hanc tūc habeat ſentētiā.cor illi᷒ valide certat ad victoriā. Quib᷒ armis? Sermonibus dulcioribus melle ⁊ fauo: ſed q̄ ex ſequēti verſu ſūt iacula.viu᷒ eſt enī ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī gladio ācipiti: ⁊ ꝑtingēs vſq꜒ ad diuiſionē aīe ac ſpirit᷒/cōpagū quoq꜒ ac medullarū. Et hec nō īdigna ſentētia.¶Viceſimoquīto v̄ſu.iacta ſuꝑ dñm curā tuā. Hieronym᷒ ex hebreo proijce ſuꝑ dñm charitatē tuā. vtrūq꜒ bonā ꝯtinet ſētentiā.dñs in euāgelio nolite ſolliciti eſſe dicentes: q̄d mādūcabim᷒/aut q̄d bibem᷒/ aut quo operiemur.hec enī oīa gētes iq̄rūt. ſcit enī pater veſter: ꝙ his oībus indigetis. q̄rite ergo primū regnū dei ⁊ iuſtitiā ei᷒.⁊ hec oīa adijciētur vobis.⁊ q̄d hoc eſt: niſi iacta ſuꝑ dñm curā tuā: ⁊ ipſe te enutriet? ꝙ autem ex hebræo habet᷑ charitatē /quod primi ⁊ maximi cōtinet ꝑcepti īpletionē: idē valeat.nā qui in deū/totū amorē ſuū cōuertit: illū maxime ſitit/ī illo ſperat et confidit /et in illū totā et vniuerſā curā ſuā reijcit.qui et det nobis gratiā: vt et charitatē ⁊ omnē ſolicitudinē noſtrā ī eū ītegra fide et oī reijciam᷒ fiducia/q̄ eſt et erat et erit ſuperbñdict᷒ ī ſcl'a. Amē.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶In finē ꝓ ꝑp̄lo q̄ a ſctis longe fact᷒ eſt\Dđ in tituli inſcriptione cum tenuerūt eū allophyli in geth. LV. | ¶In finē ꝓ ꝑp̄lo q̄ a ſctis lōge factus eſt\Dđ in titu-li īſcriptiōe cū tenuerūt eū allophyli in Geth. LV. | ¶Victori ꝓ colūba muta eo ꝙ ꝓcul abierit Dđ humilis et ſimplex cū tenuerunt eū allophyli in geth. LVI. |
| 1 | MIſerere mei de᷒ quoniam cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. | MIſerere michi domine quoniam concul-cauit me homo: tota die bellans tribulauit me. | MIſerere mei de᷒ quoniam conculcauit me homo : tota die pugnās tribulauit me. |
| 2 | Cōculcauerunt me inimi | Cōculcauerunt me īimici | Conculcauerunt me inſi- |

Ayuntamiento de Madrid

## GALL.

ci mei tota die: qm̃ mľti bel
3 lantes aduerſum me.
Ab altitudine diei time=
bo:ego vero in te ſperabo.
4 In deo laudabo ſermo=
nes meos \ in deo ſperaui:
non timebo quid faciat mi=
chi caro.
5 Tota die verba mea exe=
crabantur: aduerſũ me oẽs
6 cogitationes eoꝛũ in malũ.
Inhabitabunt et abſcon=
dent:ipſi calcaneum meum
7 obſeruabunt.
Sicut ſuſtinuerunt aĩam
meã ꝓ nichilo ſaluos facies
illos:ĩ ira populos cõfrĩges
8 Deus vitã meam annũcia
ui tibi: poſuiſti lachꝛimas
9 meas in conſpectu tuo.
Sicut et ĩ pꝛomiſſiõe tua:
tunc conuertentur inimici
10 mei retroꝛſum.
In quacunqȝ die inuoca=
uero te:ecce cognoui quoni=
ã deus meus es.
11 In deo laudabo verbum
in deo laudabo ſermonem \
in dño ſperaui: non timebo
quid faciat michi homo.
12 In me ſũt deus vota tua:
q̃ reddam laudatiões tibi:
13 Quoniã eripuiſti animã
meã de moꝛte\ et pedes me=
os de lapſu: vt placeam co=
ram deo ĩ lumine viuẽtiũ.

## ROM.

tota die:ab altitudine diei.
Quoniam multi qui de=
bellant me timebũt:ego ve=
ro in te ſperabo domine.
In deo laudabo ſermo=
nes meos \ tota die in deo
ſperabo:nõ timebo q̃d faciat
michi homo.
Tota die ṽba mea execra=
bantur: aduerſũ me omnia
conſilia eoꝛum in malum.
Inhabitabunt et abſcon=
dent:ipſi calcaneum meum
obſeruabunt.
Sicut expectauit aĩa mea
ꝓ nichilo ſaluos facies eos:
in ira populos confrĩges.
Deus vitam meam nũcia
ui tibi\ poſui lachꝛimas me
as in conſpectu tuo:ſicut in
repꝛomiſſione tua.
Cõuertantur inimici mei
retroꝛſum in quacunqȝ die
inuocauero te: ecce agnoui
quoniam deus meus es tu.
In deo laudabo ṽbum et
in domino laudabo ſermo=
nem\ ĩ deo ſperabo: nõ time
bo quid faciat michi homo.
In me ſũt deus vota: que
reddam laudationis: tibi.
Qm̃ eripuiſti animã meã
de moꝛte oculos meos a la=
chꝛĩs:pedes meos a lapſu.
Ut placeã coꝛam domino:
in lumine viuentium.

## HEB.

diatoꝛes mei tota die:mul=
ti enim q̃ pugnãt cõtra me.
Altiſſime quacũqȝ die ter
rit⁹ fuero: ego ĩ te confidã.
In deo laudabo verbum\
in deo ſperaui: non time=
bo quid faciat caro michi.
Tota die ſermonibus me
affligebant: cõtra me omẽs
cogitatiões eoꝛum in malũ
Congregabuntur abſcon=
dite \plãtas meas obſerua=
bunt:expectãtes aĩam meã.
Quia nullus eſt ſalu⁹ in
eis:ĩ furoꝛe populos detra=
het deus.
Secretioꝛa mea numera=
ſti pone lachꝛimam meam ĩ
cõſpectu tuo: ſed nõ in enar
ratione tua.
Tunc conuertentur: ini=
mici mei retroꝛſum.
In quacunqȝ die inuoca=
uero: hoc ſcio quia deus me
us es.
In deo laudabo verbum \
in dño p̃dicabo ſermonem
in deo ſperaui: non timebo
quid faciat homo michi.
In me ſũt deus vota tua:
reddam gratiarum actio=
nes tibi.
Quia eripuiſti aĩam meã
de moꝛte \ ⁊ pedes meos de
lapſu:vt ambulẽ coꝛam deo
in lumine viuentium.

TITULUS. Ad victoꝛiã pro colũba muta/ eo ꝙ pꝛocul abierit dauid humilis atqȝ ſimplex quã=
do tenuerunt eum allophyli in geth: pro titulo legatur caput. 21. pꝛimi regum. columba muta: po=
pulus fidelis charitatem ſimplicitatemqȝ ſeruans/ aduerſarioꝛum calamitate pꝛeſſus vt ne mutire/
pꝛoloquiqȝ audeat. Dauid populi fidelis/ allophyli infidelium/ et geth terre ab infidelibus domina
te: figuram geſſere. Propheta in ſpiritu loquitur in perſona populi fidelis.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Miſerere mei deus qm̃ cõculcauit me homo: tota die impu
gnãs tribulauit me. mĩa tua ſuccurrat michi deus qm̃ populus aduerſarius ⁊ ĩfidelis depꝛeſſit me:
2 et abſqȝ requie me laceſſens cõturbauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm̃ multi bel
lantes aduerſum me. ꝓſtratum me tenuerunt dura ſeruitute/ me pꝛeſſerũt viri infideles toto tẽpoꝛe:
3 quoniã multitudine pugnantiũ pꝛeualuerũt aduerſum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in
te ſperabo. nunquid a ſuperbia que diebus meis ſe extulit foꝛmidabo / nunquid concidam animo:
4 minime/ ſed in te deus meus ſpem liberationis mee collocabo. In deo laudabo ſermones meos/ in

Ayuntamiento de Madrid

deo ſperaui:non timebo quid faciat michi caro.ſi qui ſermones de deo erunt illos probabo / in deo
5 ſpem meã conieci:moleſtias quas michi intulerint hoĩes carne ambulantes nichili eſtimabo.Tota
die verba mea execrabãtur:aduerſum me oẽs cogitatiões eoꝝ in malũ.inceſſanter ſermones meos
capiebant in malũ in ĩproperiũqꝫ ducebant:oĩs cogitatus eoꝝ ad malignãdum in me cõuerſus eſt.
6 Inhabitabũt et abſcõdẽt:ipſi calcaneũ meũ obſeruabũt.cõſeruabũtur mecũ ⁊ celabũt peruerſos in
7 me cogitatus ſuos:ipſi ſtudebunt me ſupplantare.Sicut ſuſtinuerunt aĩam meã/pro nichilo ſaluos
facies illos:in ira populos confringes.o deus ſpes mea et ſaluator meus/ſicut inimici mei/ viri infi
deles ſtuduerunt auferre vitã meã/ſic ꝓ re nulla illos ſaluos facies:ſed tu deus in vindicta tua infi-
8 deles hoĩes illos collides.Deꝰ,vitã meã annũciaui tibi:poſuiſti lachrimas meas ĩ cõſpectu tuo.de
9 us afflictionẽ vite mee ãte te ꝓnũciaui/ãte te fleui:⁊ ſtillas fletuũ meoꝝ ãte te collocaſti.Sicut et in
10 ꝓmiſſione tua:tũc cõuertẽtur inimici mei retrorſum.In quacũqꝫ die ĩuocauero te:ecce cognoui quo
niã deus meus es.ecce cõfido ac ſi pollicitꝰ eſſes:ꝙ cõuertes inimicos meos retro/ꝑculqꝫ a mea in-
feſtatione repelies.in quocũqꝫ tẽpore tuam opem ĩplorauero/tuũ preſidium popoſcero:quia ſcio te
11 eſſe deum meũ/qui ꝓ tua bonitate me nõ deſeres.In deo laudabo verbũ in deo laudabo ſermonẽ:
in dño ſperaui non timebo quid faciat michi homo.dictũ aut factũ ſi cõtra te deũ meũ non fuerit pro
babo locutionem/ſi de te aut pro te fuerit p̃conizabo:in te deo meo ſpes mea cõiecta eſt/nichilipen-
12 dam quicquid michi moleſti afferre poſſit homo.In me ſunt deus vota tua : que reddam laudatio-
nes tibi.o deus meꝰ ſpes mea/liberator meꝰ in memetipſo tibi voui:reddere ſcilicet gratiarũ actio-
13 nes tibi?Quoniã eripuiſti aĩam meã de morte et pedes meos de lapſu:vt placeam coram deo in lu-
mine viuentium.reddam inquam gratiarum actiones tibi/quia liberaſti de interitu vitam meam:
ab hoſtium ſupplantatione me ſeruaſti:vt acceptari et placere poſſim coram te deo meo in illumina-
tione vultus tui/in regione lucis/et gloria beatorum.

ADVERTE Pro titulo:fidelẽ cetũ/ſctõꝝqꝫ nõ ab re colũbã noĩari.nam ⁊ in cãticis amatorijs ita
nuncupatur:vt hic ſurge propera amica mea/colũba mea/formoſa mea et veni.et iterũ:vna eſt colũ
ba mea/perfecta mea.Et ex hiſtorijs:columba ſimplex auis/meditabunda/amãs/iuiolatã cõparĩ fi
dem ſeruans agnoſcitur.et ex accipitribꝰ:ſibi pericula p̃ſentire/illaqꝫ ſubſidẽdo et humili volatu de
uitare.in illiſqꝫ eſſe quidã glorie intellectus:ex ſuis coloribus variaqꝫ diſpoſitione.que dũ in oſtẽta-
tione volat et ſuo plaudit volatu:tũc ſolito volatu multo velociorẽ ſpeculatᷓ occultus fronde latro/
et gaudentẽ in ipſa gloria rapit.Sed quid hoc aliud:niſi viuũ nature argumentũ?quo ab optimo cõ
ditore monemur eſſe ſimplices:eſtote inquit ſimplices ſicut columbe.eſſe in ſimplicitate meditabun
dos.eſſe charitatis/fideiqꝫ tenaces.noſſe aduerſarios noſtros humilitate vitari poſſe.ꝙ ſi efferimur
ſi gloriabundi nimis/in bonis noſtris exultemus oſtẽtatuiqꝫ eſſe volumꝰ:timendũ eq̃ ac reformidan
dũ eſt/ne occultus inſidiator noſter vbi viderit nos plus ſolito geſtiẽtes/nobiſqꝫ ipſis applaudẽtes/
in ipſa gloria diripiat/raptos voret/et non ſit qui eripiat. ¶Tertio verſu.ab altitudine diei time-
bo/ego vero in te ſperabo:hieronymꝰ ex hebreo/altiſſime quacunqꝫ die territus fuero in te confidã.
vbi altiſſime reſpicit deũ.et in traductionibus hoc ĩ loco diaphonia eſt.nam noſtra hic habet time-
bo / heb: ea territꝰ fuero/romana ⁊ vetus timebunt/quod refertur ad bellãtes greca ου φοβηθησο-
μαι id eſt nõ timebo.ſed planior qui ex hebreo:et nõ magno impendio colligitᷓ ſenſus.¶Quarto
verſu.ĩ deo laudabo ſermones meos:meos ſuꝑfluit.nam hoc pacto ex hebreo in deo laudabo vbũ.
¶Sifr aũt et ĩ quito verſu.tota die verba mea execrabãtur:mea ſuꝑfluit.⁊ id potiꝰ de verbis aduer
ſarioꝝ eſſet intelligendum.vt hic eliceretur ſenſus.tota die/execrãda ĩ me iactabãt verba.verũ circa
litterã ꝓ additione particulaꝝ meos ⁊ mea:aliter fuit exponẽdũ.¶Septimo verſu.ſicut ſuſtinuerũt
aĩam meam:ex hebreo expectãtes aĩam meã.⁊ ſine cõꝑatiõis nota:cõtinuatᷓ ſuꝑiori ꝑticule / ipſi plã
tas meas obſeruabũt.⁊ facilis eruitᷓ ſenſus:vt vero habemꝰ difficiliꝰ.et tralatio romana cũ vtriſqꝫ
diſcrepat.ceterũ cõcordius ſine cõꝑatiõis nota verſũ inciperemꝰ:ſuſtinuerũt aĩam meã.¶Eodẽ ſe-
ptimo verſu.vbi dicimꝰ ꝓ nichilo ſaluos facies illos:ex hebreo / q̃ nullus eſt ſaluus in eis.quare
ꝓ nichilo:negãter eſt accipiẽdũ.vt ſenſus ſit pro nulla re ſaluos facies illos/quia nullũ ſaluũ facies.
ſiue quod idẽ valuerit:ꝓ quacũqꝫ re nõ ſaluos facies illos.¶Octauo verſu.deus vitã meã annũcia
ui tibi/poſuiſti lachrimas meas in cõſpectu tuo:ex hebreo ſecretiora mea numeraſti / pone lachrimã
meã in cõſpectu tuo.et alius deus motionẽ meã enarraſti poſuiſti lachrimas meas in vtre tuo.Quo
fit vt nobis potiꝰ dicẽdum videatᷓ:deus vitã meã tu annunciaſti.¶Nono verſu.ſicut ⁊ in ꝓmiſſio-
ne tua:ex hebreo ſed nõ ĩ narratiõe tua vtrobiqꝫ difficilis intelligẽtia:⁊ que nõ ſatis cõſtat inter inter
ꝑtes ob homonymiam loci hebraici.Sed et alius habet ſicut et in numeratione tua.cuius ſenſus po
teſt cum ſuperiore colligari:ac ſi diceretur:tu deus recenſuiſti/agnouiſti vitam meam/poſuiſti lachri
mas meas in vaſe tuo/poſuiſti eas ante te veluti q̃ eas nũeraſti.pioꝝ ẽnĩ lachrime ꝓcul dubio an-
te deum nũerate ſũt.⁊ qđ hieronymꝰ habet ſed nõ ĩ enarratione tua:arbitror id velle poſuiſti lachri-

Ayuntamiento de Madrid

mas meas in conſpectu tuo ſed in inenarratione tua/incõprehẽſibilitate tua/que non poteſt narrari. ❡Duodecimo verſu. que reddam laudationes tibi. ex romano et greco legendum laudationis. nã romana pſalmographia habet: que reddã laudationis tibi. greca vero ασ αποδωσω αινεσεωσ σου que reddam laudis tue. quaſi ſit ſenſus: que vota laudationis ſcilicet et gratiarũ actionis reddam tibi/aut que vota laudis tue reddam. ex hebreo autem ſine relationis nota: apertius reddam gratiarum actiones tibi. quare ſi laudationes pluratiue et accuſante caſu legitur: preſtat obelo ſuffigere que/⁊ integrum verſum ita legere. in me ſunt deus vota tua: reddam laudationes tibi. ſic enim et hebreo conformius: et melior habetur ſermo.

❡In finem ne diſperdas
David in tituli inſcriptio-
ne cum fugeret a facie Sa-
ul in ſpelunca. LVI.
1 Miſerere mei de⁹ mi-
ſerere mei: quoniã
2 in te confidit anima mea.
Et ĩ umbra alaꝝ tuaꝝ ſpe
rabo: donec trãſeat iniq̃tas
3 Clamabo ad deum altiſſi
mũ: deũ q̃ benefecit michi.
4 Miſit de celo et liberauit
me: dedit in opprobrium
conculcantes me.
5 Miſit deus miãm ſuam ⁊
veritatẽ ſuã\⁊ eripuit ani-
mam meã de medio catulo
rũ leonũ: dormiui ꝯturbatꝰ
6 Filii hominum dẽtes eo-
rum arma ⁊ ſagitte: et lin-
gua eorum gladius acutꝰ.
7 Exaltare ſuper celos deꝰ:
8 et in omni terra gloria tua.
Laqueum parauerunt pe
dibus meis: ⁊ incuruaue-
runt animam meam.
9 Foderunt ãte faciem me-
am foueam: ⁊ inciderunt
in eam. Semper.
10 Paratum cor meum deꝰ
paratum cor meum: canta-
bo et pſalmum dicam.
11 Exurge gloria mea exur-
ge pſalterium et cithara: ex
urgam diluculo.
12 Confitebor tibi in popu-
lis domine: pſalmum dicã
tibi in gentibus.
13 Quoniã magnificata ẽ vſ
q̃ ad celos miã tua: et vſq̃

❡In finem ne diſperdas
David in tituli inſcriptio
ne cum fugeret a facie Sa-
ul in ſpelunca. LVI.
Miſerere mei deꝰ mi-
ſerere mei: quoniã
in te confidit anima mea.
Et ĩ umbra alaꝝ tuaꝝ ſpe
ro: donec tranſeat iniq̃tas.
Clamabo ad deum altiſſi
mũ: ⁊ ad dñz q̃ bñfecit mihi
Miſit de celo et liberauit
me: dedit ĩ opprobrium cõ-
culcantes me. Dp̃.
Miſit deus miãm ſuam ⁊
veritatem ſuã\ animã meã
eripuit de medio catuloꝝ
leonũ dormiui ꝯturbatus.
Filii hominum dẽtes eo-
rum arma et ſagitte: et lin-
gua eorum machera acuta.
Exaltare ſuper celos deꝰ:
⁊ ſup oẽm terrã gloria tua.
Laqueos parauerunt pe-
dibus meis: et incuruaue-
runt animam meam.
Foderunt ãte faciem me-
am foueam: et ipſi incide-
runt in eam. Dp̃.
Paratum cor meum deꝰ
paratum cor meum: cãtabo
et pſalmum dicã dño.
Exurge gloria mea exur-
ge pſalterium et cithara: ex
urgam diluculo.
Confitebor tibi in popu-
lis domine: et pſalmum di
cam tibi inter gentes.
Quoniã magnificata ẽ vſ
q̃ ad celos miã tua: et vſq̃

❡Victori vt non diſper-
das David humilem ⁊ ſim
plicem quãdo fugit a facie
Saul in ſpelũcam. LVII.
Miſerere mei deꝰ mi-
ſerere mei: quoniã
in te ſperat anima mea\ in
vmbra alarũ tuaꝝ ſperabo:
donec tranſeant inſidie.
Inuocabo deũ altiſſimũ:
deum vltorem meum.
Mittet de celo et ſaluabit
me: exprobrabit conculcan-
tibus me. Sela.
Mittet deus miãm ſuã et
veritatem ſuã: anima mea
in medio leonum dormi-
uit ferocientium.
Filii hominum dẽtes eo-
rum lancee ⁊ ſagitte: et lin-
gua eorum gladius acutꝰ.
Exaltare ſuper celos deꝰ:
in omni terra gloria tua.
Rete parauerunt greſſibꝰ
meis: ad incuruandã ani-
mam meam.
Foderunt ante me foue-
am: ceciderunt in medium
eius. Sela.
Paratum cor meum deꝰ
paratum cor meum: canta-
bo et pſallam.
Surge gloria mea ſurge
pſalterium et cithara: ſur-
gam mane.
Confitebor tibi in popu-
lis domine: cantabo tibi in
gentibus.
Quia magna vſq̃ ad ce-
los miã tua: et vſq̃ ad nu-

Ayuntamiento de Madrid

ad nubes veritas tua.
14 Exaltare ſup celos deꝰ:et
ſup omnē terrā gloria tua.

ad nubes veritas tua.
Exaltare ſup celos deꝰ: et
ſup oēm terram gloria tua.

bes veritas tua.
Exaltare ſup celos deus:
in omni terra gloria tua.

TITULUS. Ad victoriam vt nō diſperdas dauid humilē ⁊ ſimplicem/ quādo fugit a facie ſaul in ſpeluncam. pro titulo lege caput. 24. primi regnoꝝ. dauid humilis et ſimplex Chriſtus dominus in paſſione. ſaul inuidus/ maliuolus et ſuperbus populus hebraicus. ſpelunca glorioſum domini ſepulcrum. Propheta in ſpiritu dominum inducit ad patrem/ orantem.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Miſerere mei deus miſerere mei: qm̄ in te confidit aīa mea.
pater meus miſereſcat te mei/ pater miſereſcat te mei: quia in tuo ſolius auxilio ſperat ſpiritꝰ meus.
2 Et in vmbra alarum tuarum ſperabo: donec tranſeat iniquitas. et o pater in protectione tua/ miſeri
cordia tua et vero iudicio / ſpem meam collocabo: donec ſcelus ſit abolitum et donec inimicorum
3 meorum defecerint īſidie. Clamabo ad deum altiſſimum: deum qui benefecit michi. vociferabo ad
celeſtem patrem meū/ deum ſuper omnia exaltatum: deum benefactorem/ vindicē et vltorem meum
4 Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. benefactorem quidem meum/
quia tranſmiſit auxiliū ſuū de celo/ et eripuit me: vindicem vero ⁊ vltorē/ quia in ignominiam ⁊ con
5 fuſionem dedit opprimentes me. Miſit deus miſericordiam ſuam/ ⁊ veritatē ſuam et eripuit animā
meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. de celo traſmiſit pater protectionem ⁊ au
xilium ſuum/ miſerationem ſuam et verum iudiciū/ et liberauit ſpiritum meum de poteſtate hominū
6 ſuperborū et ferocientiū: excepi ſomnū mortis anxiatus. Filij hominum dentes eorū arma et ſagit-
te: et lingua eorū gladius acutus. carnalium iudeorum verba in me ſpicula ⁊ iacula: et lingue dicaci
7 tas et acuta nouacula. Exaltare ſuper celos deus: et in omni terra gloria tua. pater gloria tua tran-
ſcendat celos. et ex ſatiſfactione mea pro humana redemptione/ cultus tuus ⁊ honorificētia tua per
8 vniuerſum orbem extendatur. Laqueum parauerunt pedibus meis: et incuruauerūt animā meam
principes mortis et authores peccati/ tenebrarū poteſtates inſidiate ſunt mortalitati mee: humilia-
9 uerunt et afflixerūt vitam meā. Foderunt ante faciē meā foueam: et inciderunt in eam. aperuerunt
10 anime mee puteum interitus ⁊ inferni ſpeluncā: ⁊ detruſi ſunt in illam. Paratū cor meū deus/ para-
tum cor meū: cantabo et pſalmum dicam. deus meus pater meus/ prompta eſt anima mea ad te glo
11 rificandū/ prompta eſt anima mea: canā et laudes tuas annūciabo. Exurge gloria mea exurge pſal-
teriū et cithara: exurgā diluculo. vox patris ad filium/ e ſomno mortis ſuſcitare / qui clarificas me in
12 terra/ ſuſcitare laus vetus et laus noua: vox filij ad patrem/ ſuſcitabor mane in aurora. Confitebor
tibi in populis domine: pſalmum dicā tibi in gentibus. celeſtis pater eterne glorificabo te in nationi
13 bus: edocebo gētes laudatiōes tuas. Quoniā magnificata eſt vſq ad celos miſericordia tua: et vſq
ad nubes veritas tua. dicā laudes tuas in gētibus/ quoniā tanta eſt miſeratio tua vt genus humanū
ex inferis et terrenis in celeſtia trāſferre velis: et fides tua vſq ad nubes cōſcendit / noticia tui vbiq
14 locorum eſt perfuſa. et hic verſus eandem cum quinto pſalmi. 35. habet intelligentiam. Exaltare ſu-
per celos deus: et ſuper omnem terram gloria tua. reſumit ad fortiorem inſinuādum paterne laudis
affectum/ ſeptimum verſum precedentem.

ADUERTE. Quinto verſu. et eripuit aīam meā de medio catuloꝝ leonū/ dormiui cōturbatꝰ: ex hebreo aīa mea dormiuit in medio leonū ferocientiū. quo deſignari videtur: aīa mea ex ſomno mortis a corpore ſoluta fuit in medio cateruaꝝ ſpūaliū poteſtatum more leonū ſeuientium / etſi id etiam de cuſtodibus ſepulcri a pontificibus et phariſeis ordinatis/ non inepte forſitan intelligi poſſit.

In finē ne diſpdas Dd in tituli īſcriptiōe. LVII.
1 SI vere vtiq iuſtiti-
am loquimini: recta
iudicate filij hominum.
2 Eteni in corde iniqtates
operamini in terra: iniuſti-
tias manꝰ veſtre ꝯcinnant.
3 Alienati ſunt peccatores
a vulua errauerunt ab vte-
ro: locuti ſunt falſa.

In finē ne diſpdas Dd in tituli īſcriptione. LVII
SI vere vtiq iuſti-
tiā loqmini: iuſta
iudicate filij hoīm
Eteni in corde iniqtates
operamini in terra: iniqta-
tem manꝰ veſtre concinnāt.
Alienati ſunt peccatores
ab vtero\ errauerunt a ven
tre: locuti ſunt falſa.

Victori ne diſpdas Dd humilē ſimplicē. LVIII.
SI vere vtiq iuſtitiā
loquimini: recte iu-
dicate filij hominum.
Eteni in corde iiquitates
operamini in terra: iniqta-
tes manus veſtre appēdūt.
Alienati ſunt peccatores
a vulua: errauerunt ab vte-
ro loquentes mendacium.

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEBR. |
|---|---|---|---|
| 4 | Furoꝛ illis ſcđm ſimilitu dinẽ ſerpẽtis: ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturãtꝭ aures ſuas | Ira illis ſecũdũ ſimilitu= dinẽ ſerpẽtis: ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturãtꝭ aures ſuas | Furoꝛ eoꝛũ ſicut furoꝛ ſer pẽtis: ſicut reguli ſurdi ob= turantis aurem ſuam. |
| 5 | Que non exaudiet vocem incantãtium: et venefici in cantantis ſapienter. | Que nõ exaudiet vocẽ in= cãtantiũ et venefici: que in= cantatur a ſapiente. | Ut nõ audiat vocem mur= murantiũ: nec incãtatoꝛis incantationes callidas. |
| 6 | Deus cõteret dentes eoꝝ ĩ oꝛe ipſoꝛum: molas leonum cõfringet dominus. | Deus cõteret dentes eoꝛũ ĩ oꝛe ipſoꝛũ: molas leonum confrĩget dominus. | Deus excute dẽtes eoꝛum ex oꝛe eoꝝ: molares leonum confrĩge domine. |
| 7 | Ad nichilũ deueniẽt tãꝙ aqua decurrẽs: intendit ar cum ſuũ donec infirmẽtur. | Ad nichilũ deuenient ve= lut aqua decurrẽs: intẽdit arcũ ſuũ donec infirmẽtur. | Diſſoluantur quaſi aque que defluunt: intẽdet arcũ ſuum donec conterantur. |
| 8 | Sicut cera que fluit aufe= rentur: ſupercecidit ignis ⁊ non viderũt ſolem. | Sicut cera liquefacta au= ferẽt: ſup eos cecidit ignis et non viderunt ſolem. | Quaſi vermis tabefactus ꝑtranſeant: quaſi aboꝛtiuũ mulieris qđ nõ vidit ſolem. |
| 9 | Priuſꝙ intelligerẽt ſpine veſtre rhamnum: ſicut viuẽ tes ſicut in ira abſoꝛbet eos | Priuſꝙ pꝛoducat ſpinas veſter rhamnus: ſicut viuẽ= tes ſicut in ira abſoꝛbet eos | Anteꝙ creſcãt ſpine veſtre ĩ rhãnũ: quaſi viuẽtes qua= ſi in ira tẽpeſtas rapiet eos. |
| 10 | Letabitur iuſtus cũ vide= rit vindictam: manus ſuas lauabit ĩ ſãguĩe peccatoꝛis. | Letabitur iuſtus cũ vide= rit vindictã impioꝛũ: man⁹ ſuas lauabit ĩ ſãguĩe pctoꝝ. | Letabitur iuſtus cum vi= derit vltionem: pedes ſuos lauabit in ſanguine impij. |
| 11 | Et dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans eos in terra. | Et dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans eos in terra. | Et dicet homo vere fruct⁹ eſt iuſto: vere eſt deus iudi= cans in terra. |

TITULUS. Ad victoꝛiã / vt non diſperdas dauid humilem ac ſimplicem. pſalmus ſpũalis ex= hoꝛtatio vt ⁊ Chꝛiſti dñi ⁊ ſequacium eius perſecutoꝛes reſipiſcant. Pꝛopheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Si vere vtiqꝫ iuſtitiã loquimini: recta iudicate filij hoim. o
hoies terreni ſi loquimini in oꝛe que vera et iuſta ſunt: ſic etiam ſentite in coꝛde / ⁊ rectũ animo facite
2 iudicium. Etenim in coꝛde iniquitates operamini in terra: iniuſtitias manus veſtre concinnant. ve=
rũ vos filij hoim ꝑ terrenis bona verba habetis in oꝛe / et mala in aĩo cogitatis: iniqua facta veſtra
3 palliata et adũbꝛata pꝛo viribus veſtris ad effectũ deducitis. Alienati ſunt peccatoꝛes a vulua: er=
rauerunt ab vtero / locuti ſunt falſa. terrenis hoibus et impiis ab inuolucris vteri / auerſionis inſita
4 eſt pꝛonitas: ab aluo inſita deuiationis natura / vita mẽdax et ſubdola. Furoꝛ illis ſecundũ ſimilitu
dinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas. iraſcuntur ⁊ furiunt moꝛe calcatoꝛum
ſerpentũ ſua venena funditantiũ: in ſimilitudinẽ reguloꝛũ obſurdeſcentiũ et occludentium auditum
5 ſuum. Que non exaudiet vocem incantantium: ⁊ venefici incãtantis ſapienter. in ſimilitudinem in=
quã reguloꝝ aures ſuas obturantium vt non audiant ſceleſtas immurmurationes maleficoꝝ: et ma=
giſtute pꝛecantantis / ſic ⁊ illi veritati pꝛecludunt aures / ne tabificũ nocendi virus ſalutari doctri=
6 na repꝛimatur. Deus conteret dentes eoꝝ in oꝛe ipſoꝛum: molas leonũ confringet dñs. iudex om=
nium iuſtus cõminuet oꝛa eoꝛum que laxauerunt in mendaciũ: vires ſuperbie eoꝛũ quibus vt leões
7 ſeuierunt elidet foꝛtiſſimus dñatoꝛ omniũ. Ad nichilum deuenient tanꝙ aqua decurrens: intendit
arcum ſuũ donec infirmentur. peccatoꝛes redigentur in nichilum / velut toꝛrens qui continuo elabi=
8 tur: deus vindicẽ iram non remittet / donec ipſi intereant. Sicut cera que defluit auferẽtur: ſuperce=
cidit ignis et non viderunt ſolem. hi impij vt ſerpentes lingua virus fundẽtes / ne doctrinam excipe
rent aures claudentes vt reguli / ſeuientes vt leones / ſicut cereus liqueſcit ſic ipſi diſperibunt: ſuper
9 eos decidet vltio / in igne detinebuntur nunꝙ ſolem iuſtitie / lumen viuentium aſpectabũt. Priuſꝙ
intelligerẽt ſpine veſtre rhamnum: ſicut viuẽtes ſic in ira abſoꝛbet eos. filios veſtros o genimina vi=
perarũ quos tanꝙ ſpinas ad pungendum in futuꝝ ſeruiſtis / pꝛiuſꝙ adoleſcant ĩ fruticẽ / pꝛiuſꝙ ad
adultã perueniant etatem perfectaſqꝫ nocẽdi vires adipiſcant: tanꝙ etate maturos / ſic in furoꝛe ſuo
10 demetet / detrũcabit euelletqꝫ dñs. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in
ſanguine peccatoꝛis. exultabit in recto dei iudicio vir ſpũalis / vir criminis inſons / cum iuſtam ſtue=

Ayuntamiento de Madrid

bitur vltionem: et iuſtior/ puriorqꝫ apparebit/ ꝙ diuine iuſtitie exultans applaudet/ cum ſãguis im-
u piorum fundetur/ cum punientur peccatores. Et dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fructus iuſto? vtiqꝫ eſt deus iudicans eos in terra. quęret igitur nunc hõ ſi eſt vtilitas et merces innoxie pieqꝫ vite viro pbo? ſciat reuera eſſe/ ſiquidem eſt deus rectum in terra et iuſtorum ⁊ iniuſtorum ferens iudicium/ iniuſtos de- lens et eternis mandans ſupplicijs/ iuſtos autem conſeruans et ineffabilibus replens delicijs.
ADVERTE. Quarto verſu. ſicut aſpidis ſurde: Hieronymus ex hebreo/ ſicut reguli ſurdi. ſic eti- am in hieremia mittam in vos ſerpentes regulos: quibus non eſt incantatio. quod quadrat ei quod quinto ſubſequenti verſu ſubiungitur. aſpides autem patere incantationibus arbitror notum: niſi pſylli et marſi qui etianum per italicam oram paſſim bacchantur torquati anguibus mentiantur/ ve- neficí profecto et incantatores nefandi. per quos crediderim: venenorum ⁊ toxicorum illi genti olim notam perniciē. Et aſpidis ſcribitur intumeſcere collo / hebetes natura oculos habere/ eoſqꝫ non in fronte ſed in temporibus. itaqꝫ auditu q̃ viſu ſepius excitari. ꝙ aurium vnam in terra ⁊ alteram cau- da figat/ non accedo: niſi probata adducatur hiſtoria. ¶ Quinto verſu. et venefici incantantis ſapiẽ- ter. grece non incantantis ſed incantata ſiue que incantatur vt in tralatione romana legitur et refertur ad aſpidem φαρμακευομενη παρα σοφου incantata a ſapiente/ aut ſi mauis cum incantatur a ſapiente. ¶ Octauo verſu: ſicut cera que fluit auferentur: hieronymus ex hebreo/ ſicut vermis tabe- factus pertranſient. et vtraqꝫ ſimilitudo pulcra et accommoda. nam cera vbi in lichno liquefacta fue rit: nichil amplius apparet. ſimiliter vbi vermis contabuerit. nichil niſi terra reperitur/ ⁊ ne quidem veſtigium vermis. ita peccatores vbi interierint: nichil ipſorum amplius / neqꝫ in hoc mundo / neqꝫ in lumine viuentium apparebit/ non ſecus ac ſi nunq̃ fuiſſent. anime autem eorum: perpetuo rotabũ tur/ cruciabuntur qꝫ tormento/ denſiſſimarum tenebrarum horroribus obſite. ¶ Secunda particula eiuſdem octaui verſus ſupcecidit ignis et non viderunt ſolem: hieronym⁹ ex hebro habet/ quaſi abor tiuum mulieris quod non vidit ſolem. quod reſpicit ſuperius verbum pertranſient. qui enim in hoc mundo ſic moriuntur vt ad viſionem ſupramundani et ſuperintellectualis iuſtitie ſolis non admit- tantur: aſſimilantur ijs qui ſic in aluo materna emoriuntur vt nunq̃ videant ſenſibilem ſolem. quod enim eſt eſſe in vtero matris ad ſenſibilem ſolem. hoc eſt eſſe in hoc mundo ad ſuperintelligibile lu- men. quare mundus iſte iuſtos parit ad alteram vitam/ et ad dulce ſuperſpiritualis lucis ſpectacu- lum: iniuſtos autem et peccatores abortit mortuos/ ad triſte et funeſtum horrendarum tenebrarum ſepulcrum. nec iniuria. nam anime ſanitas: iuſtitia. morbus autem eiuſdem vel extremus et letalis iniquitas. atqui fetum ſanum et equabilem omnem mater parit ad hunc contuendum viſibilem ſolẽ: morbidum autem et extreme languentem abortit/ ſolis ipſis damnatum tenebris. ⁊ accommoda hec admodum peccatoribus proportio: et ſi altera vera ſit. nam et alibi ſcriptum eſt. pluet ſuper pecca- tores laqueos: ignis/ ſulfur et ſpiritus procellarum pars calicis eorum. ¶ Nono verſu. priuſqꝫ intel ligerent ſpine veſtre rhamnum: legendum potius intelligant / ex hebreo et romano. nam ex hebreo anteq̃ creſcant ſpine veſtre in rhamnum. ex romano priuſq̃ producat ſpinas veſter rhamnus. et cum legitur intelligũt/ melior ſermo: attamẽ vt ex hebreo habetur intelligibilior. Et diffiniũt rhãnũ rubũ eſſe candidiorem et fructuoſiorem ceteris: eũqꝫ florere et ramos ſpargere rectis aculeis non vt ceteri aduncis/ folijs maioribus. Et hieronym⁹ diffiniuit rhamnũ: vnũ eſſe e generibus ſentiũ aſperrimũ/ et flore gratiſſimũ. ¶ Eodẽ nono verſu. ſicut in ira abſorbet eos: melius abſorbebit. vt cognoſcatur facili⁹ eſſe futurũ. vt ex hebreo cognoſcitur vbi dicitur: quaſi ĩ ira tẽpeſtas rapiet eos. Et ꝙ romana tralatio habet priuſq̃ pducat ſpinas veſter rhamnus: ex greco προ του συνιεναι τας ακανθας υμων την ραμνον potius eſſet legẽdum/ veſtra rhamnus q̃ veſter. q̃q̃ et verti poteſt ⁊ priuſq̃ in- telligant ſpine veſtre rhamnum ⁊ priuſq̃ intelligat ſpinas veſtra rhamnus. anceps enim illic ſenſus. Et ſunt qui habẽt ſicut in ira ſic viuẽtes abſorbet eos. ſed codex grecus oſtendit vtrobiqꝫ eodẽ voca- bulo vtendum / non in vno ſicut in altero ſic: qui hoc modo habet ωσει ζωντας ωσει εν οργη καταπιεται αυτους. quaſi viuentes quaſi ĩ ira abſorbebit eos. ¶ Decimo verſu. letabitur iuſtus cum viderit vindictã/ manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorũ. hec prophetia impleta videtur cũ poſt interfectionẽ Chriſti dñi. / lapidationẽ ſtephani obturantibus ⁊ claudẽtibus iudeis aures ſuas ne verba vite exaudirent/ poſt p̃cipitationẽ iacobi poſt fugã apoſtolorum. per Titum in impios iu- dæos digna vĩdicta ſecuta eſt. et ſi poſſit vniuerſaliter ſup iuſtis dei iudicijs in ĩpios et pctõres in- terpretari. ¶ Vndecimo verſu. et dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fructus iuſto: ex hebreo ſine cõditionis no- ta/ et dicet homo vere fructus eſt iuſto: et eſt ſenſus cũ patebit vindicta peccatorum et innocentia iu- ſtorum: tunc confitebitur homo quicũqꝫ ſiue ex iuſtis fuerit ſiue ex ſontibus/ confitebitur inquã vere fructus eſt iuſto/ vere eſt deus iudicans in terra. et planior rationabiliorqꝫ aſſertorius ſenſus q̃ cum conditione quem in modum legere ſolemus. quare ſi concordiam maluerimus: legendum nobis erit Et dicet homo vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans in terra.

Ayuntamiento de Madrid

¶ In finem ne diſperdas
Dauid in tituli inſcriptio=
ne quando miſit Saul et
cuſtodiuit domum eius vt
interficeret eum. LVIII.
1 Eripe me de inimicis
meis de⁹ me⁹: ⁊ ab in
ſurgentib⁹ in me libera me.
2 Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de viris ſã=
guinum ſalua me.
3 Quia ecce ceperunt aĩam
meã: irruerunt ĩ me foꝛtes.
4 Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ
peccatum meum dñe: ſine
iniq̃tate cucurri et direxi.
5 Exurge in occurſum me=
um et vide: et tu domine de
us virtutum deus iſrael.
6 Intẽde ad viſitãdas oẽs
gentes: nõ miſerearis oib⁹
qui operãtur iniquitatem.
7 Conuertentur ad veſperã
et famem patientur vt ca=
nes: ⁊ circuibũt ciuitatem.
8 Ecce loquentur in oꝛe ſuo
et gladius in labijs eoꝛum:
quoniam quis audiuit?
9 Et tu domine deridebis
eos: ad nichilum deduces
omnes gentes.
10 Foꝛtitudinem meam ad
te cuſtodiam\ quia deus ſu
ſceptoꝛ meus es: deus me⁹
mĩa eius pꝛeueniet me.
11 Deus oſtẽdit michi ſuper
inimicos meos\ ne occidas
eos: nequando obliuiſcan=
tur populi mei.
12 Diſperge illos in virtute
tua: et depone eos ꝓtectoꝛ
meus domine.
13 Delictum oꝛis eoꝝ ſermo
nem labioꝝ ipſoꝝ: et cõpꝛe=
hendãtur in ſuperbia ſua.
14 Et de execratione et men=

¶ In finem ne diſperdas
Dauid in tituli inſcriptio
ne quando miſit Saul et
cuſtodiuit domum eius vt
eum interficeret. LVIII.
Eripe me de inimicis
meis de⁹ me⁹: ⁊ ab in
ſurgẽtibus ĩ me libera me.
Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de viris ſã=
guinum ſalua me.
Quia ecce occupauerunt
animã meã\ irruerũt in me
foꝛtes: neqꝫ iniq̃tas mea ne
qꝫ peccatum meũ domine.
Sine ĩiq̃tate cucurri ⁊ di=
rigebar\ exurge in occurſũ
michi et vide: et tu domine
deus virtutum deus iſrael
Intẽde ad viſitãdas oẽs
gẽtes: nõ miſerearis oĩbus
qui operãtur iniquitatem.
Conuertentur ad veſperũ
et famẽ patientur vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
Ecce ipſi loquẽt ĩ oꝛe ſuo:
et gladius eſt ĩ labijs eoꝝ.
Quoniam quis audiuit?
et tu domĩe deridebis eos:
et pꝛo nichilo habebis om=
nes gentes.
Foꝛtitudinem meam ad
te cuſtodiam: quia tu deus
ſuſceptoꝛ me⁹ es miſericoꝛ=
dia eius pꝛeueniet me.
Deus meus oſtẽde michi
bona inter inimicos meos:
ne occideris eos nequando
obliuiſcantur legis tue.
Diſperge illos in virtute
tua: et deſtrue eos ꝓtectoꝛ
meus domine.
Delicta oꝛis eoꝛum ſermo
labioꝝ ipſoꝛum: ⁊ compꝛe=
hendãtur in ſuperbia ſua.
Et de execratione et men=

¶ Victoꝛi ne diſperdas
Dauid humilem et ſimpli=
cem quando miſit Saul et
cuſtodiuit domum eius vt
eum interficeret. LIX.
Eripe me de inimicis
meis deus me⁹: ⁊ a re
ſiſtẽtibus michi ꝓtege me.
Libera me ab operariis ĩi
quitatis: et a viris ſangui=
num ſalua me.
Qꝛ ecce ĩſidiati ſũt anime
mee cõgregant̃ aduerſũ me
foꝛtiſſimi: abſqꝫ iniquitate
mea et abſqꝫ pctõ meo dñe.
Non egi inique et illi cur=
runt et pꝛeparantur.
Surge et aduerſo pꝛo me
et reſpice: et tu domine de⁹
exercituum deus iſrael.
Euigila vt viſites oẽs gẽ=
tes: non miſerearis vniuer=
ſis q̃ operant̃ iniquitatem.
Reuertantur ad veſperã ⁊
latrent vt canes: et circuine
ant ciuitatem.
Ecce loquũtur in oꝛe ſuo:
et gladij in labijs eoꝛum:
quaſi nemo audiat.
Tu autem dñe deridebis
eos: ſubſãnabis oẽs gẽtes.
Foꝛtitudinem meam ad
te ſeruabo\ quoniam tu de⁹
eleuatoꝛ meus: dei mei mi=
ſericoꝛdiã pꝛeueniet me.
Deus oſtendit michi ꝓ in
ſidiatoꝛibus meis\ ne occi=
das eos: ne foꝛte obliuiſcan
tur populi mei.
Diſperge eos in foꝛtitudi
ne tua: et deſtrue eos pꝛote=
ctoꝛ meus domine.
In peccato oꝛis ſui in ſer=
mone labioꝛum ſuoꝝ: et ca=
piantur in ſuperbia ſua.
Maledictionem et men=

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

dacio annunciabuntur in
conſumatione: in ira conſu
mationis et non erunt.
15 Et ſcient quia deus domi
nabitur iacob: et finiũ terre
16 Conuertentur ad veſperã
et famem patient̃ vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
17 Ipſi diſpergentur ad mã
ducandum: ſi vero non fue=
rit ſaturati ⁊ murmurabũt
18 Ego autem cantabo foꝛti=
tudinem tuam: et exaltabo
mane miſericoꝛdiam tuam
19 Quia factus es ſuſceptoꝛ
meus: et refugium meum ĩ
die tribulationis mee.
20 Adiutoꝛ meus tibi pſallã
quia deus ſuſceptoꝛ meus
es: deus meus mĩa mea.

**ROM.**

dacio compellantur: in ira
conſumationis et non erũt.
Et ſcient quia deus domi
nabitur iacob: ⁊ finiũ terre.
Conuertentur ad veſperũ
et famẽ patientur vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
Ecce ipſi diſpergentur ad
mãducãdum: ſi vero nõ fue
rit ſaturati ⁊ murmurabũt
Ego autem cantabo virtu
tem tuam: ⁊ exaltabo mane
miſericoꝛdiam tuam.
Quia factus es ſuſceptoꝛ
meus: et refugium meum ĩ
die tribulationis mee.
Adiutoꝛ meus tibi pſal=
lam quia tu deus ſuſceptoꝛ
meus es: deus meus miſe=
ricoꝛdia mea.

**HEB.**

dacium narrantes conſu=
me in furoꝛe: conſume vt
non ſubſiſtant.
Et ſciant quoniã deus do
minabit̃ iacob: ĩ finibꝰ terre
Conuertantur ad veſperã
et latrent vt canis: et circũe=
ant ciuitatem.
Ipſi vagabuntur vt come
dant: ⁊ cum ſaturati nõ fue
rint murmurabunt.
Ego autem cantabo impe
rium tuum: et laudabo ma
ne miſericoꝛdiam tuam.
Quoniã factus es foꝛtitu
do mea: et refugium meum
in die tribulationis mee.
Tibi cãtabo quoniam deꝰ
adiutoꝛ meus es: foꝛtitudo
mea deꝰ miſericoꝛdia mea.

TITULUS. Ad victoꝛiã vt non diſperdas Dauid humilem ac ſimplicem/ quando miſit Saul ⁊
cuſtodierunt domum eius vt interficeret eum. Pꝛo titulo lege caput. 19. pꝛimi Regnoꝛum Dauid:
Chꝛiſti domini. Saul: populi hebꝛaici. domus Dauid: ſepulcri domini. miſſi ad cuſtodiam: cuſtodũ
ſepulcri. demiſſio Dauid per feneſtram: egreſſionis domini ſepulcro clauſo figuram geſſit: et eo tem=
poꝛe quo Saul miſit ſatellites ſuos nocte in domum Dauid vt cuſtodirent eum et interficeretur ma=
ne/ et per feneſtram depoſitus (vt illic ſcribitur) aufugit et ſaluatus eſt: hoc ſpectaculũ in ſpiritu Da=
uid monſtratum eſt. Pſalmus de Chꝛiſto domino. Pꝛopheta in ſpiritu inducit Chꝛiſtum ad patrẽ.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab inſurgentibus
2 in me libera me. pater erue me de iudeis: ⁊ de periculis irruentium in me ſubtrahe me. Eripe me de
operantibꝰ iniquitatẽ: et de viris ſanguinũ ſalua me. pater eterne libera me de manibus pctoꝝ: ⁊ de
3 manibus volentiũ fundere ſanguinẽ innoxiũ pꝛotege me. Quia ecce ceperũt animã meã: irruerunt ĩ
me foꝛtes. eripe me pater iuſtiſſime/ qꝛ ecce inſidijs occupauerũt vitã meã: impetum in me fecerunt
4 violentiſſimi hoſtes. Neq̃ iniquitas mea neq̃ peccatũ meũ dñe: ſine iniquitate cucurri et direxi. pa
ter eterne neq̃ trãſgreſſio mea eſt/ neq̃ reatus meꝰ in cauſa eſt vt me pꝛoſequãtur: ſine tranſgreſſione
5 et dolo in mũdo ſum cõuerſatus/ ⁊ alios ad ſancte pieq̃ cõuerſandũ induxi. Exurge in occurſũ meũ
6 et vide: et tu dñe deus virtutũ deus iſrael. Intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis oĩ
bus qui operantur iniq̃tatem. veni in adiutoꝛium meum aduerſus hoſtes meos et attende innocen=
tiã meam et coꝛum iniuſtitiã: et tu pater mi/ domine deus celeſtiũ agminum/ deus te agnoſcentium.
excitare ad purificãdas omnes nationes: ne parcas cũctis qui me vltro afficiũt/ qui doctrine pacis ⁊
7 annunciationi regni tui obſiſtunt et qui me perſequuntur. Conuertẽtur ad veſperã et famem patien
tur vt canes: et circuibunt ciuitatem. aduerſarij mei ad te reuertẽtur in nouiſſimis diebus/ in occaſu
mundi famelici erunt doctrine vt canes cibi: et ad doctrinã exhauriendam circuibunt cetum ſancto=
rum/ Hieruſalem ſanctam/ montem ſion/ ſpecioſum germen/ latera aquilonis/ ciuitatẽ regis magni.
8 Ecce loquentur in oꝛe ſuo et gladius in oꝛe eoꝛum: quoniam quis audiuit? ecce aduerſarij mei qui
expectantur me verbo ſuo/ et moꝛti me adiudicant ſermone ſuo/ blaſphemauit inquiunt/ reus eſt moꝛ=
9 tis/ tolle tolle/ crucifige eum: quaſi nullus ſit qui nequitiã eoꝛum aduertat. Et tu domine deridebis
eos: ad nichilum deduces omnes gentes. et tu pater eterne ludibꝛio habebis eos / et delebis de ter=
10 ra omnium gentium erroꝛes/ et alia eis indes nomina. Foꝛtitudinem meam ad te cuſtodiam / quia
deus ſuſceptoꝛ meus es: deus meus miſericoꝛdia eius pꝛeueniet me. foꝛtem populum meum ad te
honoꝛificandum patrem meum/ pꝛotegam/ quia tu es deus exaltatoꝛ meus: et miſeratio tua antici=
11 pabit me. Deus oſtendit michi ſuper inimicos meos/ ne occidas eos: nequando obliuiſcantur po=
puli mei. pater meus manifeſtauit michi de iudeis inſultatoꝛibus meis dicens ne funditus de terra

Ayuntamiento de Madrid

12 eradices eos.ne forte penitus memoria deleatur / ꝙ fuerit populus meꝰ. Diſperge illos in virtute
tua: et depone eos protector meꝰ dñe. ventila eos per terras/ gẽtes/ et nationes in potẽtia tua pater
13 eterne: et abijce eos/ deſtrue eos defenſor meus/ dominator eterne. Delictũ oris eorum/ ſermonem
labiorum ipſorũ: ⁊ cõprehẽdantur in ſuperbia ſua. deſtrue eos pater ob peccatũ oris eorum/ quia
me negauerunt Chriſtũ tuum/ ſanguinẽ meum ſuper ſe et filios ſuos popoſcerũt/ blaſphemias et cõ
14 uicia addiderũt: deꝑhendãtur ĩ elatione ſua qua cõtra te/ ſe eleuauerũt. Et de execratiõe et mẽdacio
annunciabuntur in conſumatione: in ira cõſumationis et nõ erunt. et de execrabili improperio/ quia
et de me dixerunt demoniũ habet/ ĩ beelzebuth principe demoniorũ eijcit demonia/ quia negauerũt
me a te eſſe miſſũ/ et doctrinã meã eſſe a deo/ ⁊ clam contra me falſa teſtimonia cõmentati ſũt: accuſa-
15 buntur in nouiſſimo die/ accuſabũtur ĩ die vltiõis vltime/ ⁊ de morte ad vitã nõ reſpirabũt. Et ſciẽt
quia deus dñabitur iacob: et finiũ terre. id intelligãt anteꝗ̃ cõſumãtur / priuſꝗ̃ dies vltionis veniat
quia deus quem annunciaui/ pater/ verbum/ et ſpiritus cognoſcetur dominus iudæorum: et gentiũ
16 vſq̃ ad vltimum terre. Conuertẽtur ad veſperam/ ⁊ famem patiẽtur vt canes: et circuibunt ciuitatẽ
17 reſumptio ſeptimi verſus et ſenſus idem. Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint
ſaturati et murmurabunt. diuagabuntur ad varios cetus fidelium vt doctrina ſalutari paſcantur: ſi
18 vero illis non ſatiſfiat non tacebunt/ non contenti erunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuã: ⁊ ex-
altabo mane miſericordiam tuã. ſed O pater laudans magnificabo inſuperabilem iuſtitiam tuam: ⁊
19 in naſcente eccleſia tua magnificabo miſerationem tuam. Quia factus es ſuſceptor meus: et refu-
gium meum in die tribulationis mee. exaltabo et magnificabo miſerationem tuam / quia tu pater
20 factus es adiutor meus. et portus refugij mei in tempore calicis et exceſſus mei. Adiutor meus ti-
bi pſallam quia deus ſuſceptor meus es: deus meus miſericordia mea. pater iuſte confitebor tibi in
pſalmo in laude quia tu es auxiliator meus: ꝓtector meus/ deus meus et miſeratio que ſuſcepit me.

ADVERTE. Quarto verſu. ſine iniquitate cucurri et direxi. Hieronymꝰ non egi inique ⁊ illi cur-runt et preparantur. hic curſũ ⁊ ꝑparationẽ ad aduerſarios: interpretes ad eum quem propheta induxit retulerunt. ¶ Octauo verſu. ecce loquẽtur: ex hebreo ecce loquuntur. et accommodatius preſens illud reſpicere videtur/ quo dominũ afficiebant in terris: non autẽ veſperã illã/ qua ad deum redituri ſũt cum ipſe dominabitur Jacob et finiũ terre. legatur igitur authore Hieronymo: ecce loquũtur ĩ ore ſuo. ¶ Vltima eiuſdẽ octaui verſus particula/ quoniã quis audiuit: ex Hieronymo/ quaſi nemo audiat. et hoc quidẽ clarius et dilucidius. ¶ Decimo verſu. deus meꝰ miſericordia eius ꝑueniet me: Hieronymus ex hebreo/ dei mei miſericordia preueniet me. aptior ſermo: et lingue romane conſpiratior. quid enĩ prohibet: quod magis cõſentaneũ ex hebreo nos mutuare / quod ſepe mutuamus ex romano vel romanum ex noſtro: preſertim vbi aut eadem aut verior tenetur ſententia: legamus igitur. fortitudinẽ meã ad te cuſtodiã quia deus ſuſceptor meus es: dei mei miſericordia preueniet me. ¶ Tertiodecimo verſu. delictũ oris eoꝝ ſermonẽ labiorum ipſorum: nullus ſenſus ſine ꝑpoſitionis intellectu. vbi et Hieronymus habet in peccato oris ſui/ in ſermone labiorum ſuorum. ⁊ tũc apta eſt intelligentia. adiungitur enim cum eo quod prepoſitum fuerat. deſtrue eos protector meus domine. quare ad eandẽ normã legendũ eſſet: in delicto oris eorum et ĩ ſermone labiorum ipſorum. Alioquin ſi ſenſum extorquere vis ex precedẽti verſu verbum depone accõmoda vt audias / depone delictum oris eorum/ ſermonem labiorum ipſorum. ¶ Quartodecimo verſu. et de execratione et mendacio annunciabuntur in cõſumatione/ in ira cõſumationis ⁊ non erunt: Hieronymus ex hebreo/ maledictionem et mendacium narrantes cõſume in furore/ conſume vt non ſubſiſtant. vbi non tam vltime ꝗ̃ e vicino diuine iuſtitie inuocatio eſt in blaſphemos et mendaces: et qui in ſpiritum ſanctũ peccauerãt/ indignos et preſenti et futura venia. ¶ Quintodecimo verſu. ⁊ ſcient: rectius videtur et ſciãt/ ex hebreo ⁊ ex ꝓcedẽti ſentẽtia. q̃ fit enĩ vt vbi dictũ eſt. et nõ erũt: continuo adiũgatur ⁊ ſciẽt: rectius itaq̃ vt Hieronymus habet: et ſciant velint nolint dominũ dominaturũ toti orbi terrarum: quẽ eos viſitantẽ ad ſalutẽ perſequebantur/ maledictis et execrationibus appetentes. ¶ Septimodecimo ꝟſu. ſi vero nõ fuerit ſaturati et murmurabũt. et ſuperfluit. quod ⁊ ex hebreo liquere poteſt.

¶ In finẽ ꝓ ijs qui immutabũtur in tituli inſcriptione Dd̃ in doctrinã cũ ſuccẽdit Syriã Meſopotamie ⁊ Syriã Sobal et cõuertit Joab et ꝑcuſſit Idumeã in valle Salinaꝝ. xij. milia. LIX.

¶ In finẽ ꝓ ijs qui immutabũtur in tituli inſcriptione Dd̃ in doctrinã cũ ſuccẽdit Syriã Meſopotamie ⁊ Syriã Sobal ⁊ cõuertit Joab et percuſſit Edom in valle Salinaꝝ. xij. milia. LIX.

¶ Victori ꝓ lilijs teſtimoniũ humilis ⁊ ſimplicis dd̃ qñ pugnauit aduerſꝰ Syriã Meſopotamie ⁊ aduerſus Syriã Sobal ⁊ reuerſꝰ eſt Joab ⁊ ꝑcuſſit Edõ ĩ valle Salinaꝝ xij. milia. LX

**GALL.**

Deus repuliſti nos ⁊
1 deſtruxiſti nos: ira-
tus es ⁊ miſertus es nobis.
2 Commouiſti terram et cõ
turbaſti eam: ſana cõtritio-
nes eius quia commota eſt.
Oſtendiſti populo tuo du
3 ra: potaſti nos vino com-
punctionis.
4 Dediſti metuentibus te
ſignificationem: vt fugiant
a facie arcus.
5 Ut liberentur dilecti tui:
ſaluum fac dextera tua et
exaudi me.
6 Deus locutus eſt in ſan-
cto ſuo \ letabor et partibor
ſiccimam: et conuallem ta-
bernaculorum metibor.
7 Meus eſt galaad et meus
eſt man aſſes: et effraĩ forti-
tudo capitis mei.
8 Iuda rex meus: moab ol-
la ſpei mee.
9 In idumeã extendam cal
ciamentum meum: michi
alienigene ſubditi ſunt.
10 Quis deducet me in ciui-
tatem munitã: quis dedu-
cet me vſq; in idumeam?
11 Nonne tu deus qui repu-
liſti nos: et non egredieris
deus in virtutibus nr̃is?
12 Da nobis auxilium de tri
bulatiõe: qꝛ vana ſal⁹ hoĩs.
13 In deo faciemus virtutẽ:
⁊ ipſe ad nichilum deducet
tribulantes nos.

**ROM.**

Deus repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti nos: iratus es ⁊ miſertus es nobis.
Commouiſti terram conturbaſti eam: ſana cõtritiones eius quia mota eſt.
Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.
Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant a facie arcus: vt liberentur electi tui.
Saluum me fac dextera tua et exaudi me \ deus locutus eſt in ſancto ſuo: letabor et diuidam ſiccimam \ et conuallem tabernaculorum metibor.
Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: et effrem forti tudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla ſpei mee
In idumeam extendã calciamẽtum meum: michi allophyli ſubditi ſunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitã: aut quis deducet me vſq; in idumeam?
Nonne tu deus qui repuliſti nos: et non egredieris deus in virtutib⁹ noſtris?
Da nobis auxilium de tribulatiõe: et vana ſal⁹ hoĩs.
In deo faciemus virtutẽ: et ipſe ad nichilum deducet tribulãtes nos.

**HEB.**

Deus proieciſti nos ⁊ ſcidiſti: iratus es \ cõuertiſti nos.
Commouiſti terrã et diſrupiſti eam: ſana contritiones eius quoniam mota eſt
Oſtendiſti populo tuo duritiam: potaſti nos vino cõſopiente.
Dediſti metuentibus te ſignum: vt fugerent a facie arcus.
Ut liberenť amici tui: ſalua dextera tua ⁊ exaudi me
Deus locutus eſt in ſanctuario ſuo: letabor diuidam ſiccimam \ ⁊ vallem ſoccot demetiar.
Meus eſt galaad et meus eſt manaſſe: et effraim fortitudo capitis mei.
Iudas legifer meus: moab olla lauacri mei.
Super idumeam ĩcedam calciamento meo: michi paleſtina federata eſt.
Quis deducet me ad ciuitatem munitã: quis deducet me vſq; ad idumeam?
Nonne tu deus qui proieciſti nos: et non egredieris deus in exercitib⁹ noſtris?
Da nobis auxilium in tribulatione: vana eſt enim ſalus ab homine.
In deo faciemus virtutẽ: et ipſe conculcabit tribulantes nos.

TITULUS. Ad victoriã pro lilijs teſtimoniũ humilis et ſimplicis Dauid / quãdo pugnauit aduerſus Syriam Meſopotamie et aduerſus Syriam et Sobal et reuerſus eſt Joab et percuſſit in valle Salinarum duodecim milia. Pro titulo legatur caput octauum ſecundi Regnorum. Pſalmus: humana deprecatio. Dauid in perſona populi loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. De⁹ repuliſti nos / deſtruxiſti nos: irat⁹ es ⁊ miſert⁹ es no-
bis. tu de⁹ hacten⁹ viſus ꝓijcere nos populũ tuũ fidelẽ iſraeliticũ ⁊ diſperdere hacten⁹: ſuccẽſiſti no
2 bis / nunc autẽ miſeratus es nos ⁊ nos ad te cõuertis. Cõmouiſti terrã ⁊ cõturbaſti eã: ſana cõtritio-
nes eius quia cõmota eſt. tu deus cõcuſſiſti habitationẽ populi tui et cõfregiſti eã: medere preſſuris
3 et attritionibus eius quia cõquaſſata eſt. Oſtẽdiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compũctionis
tu hactenus durus et auſter⁹ nobis apparuiſti / vt aut ob delicta punires aut ĩ teſtamẽto ꝓbares po-

Ayuntamiento de Madrid

4 tus noſter lachrime penitudinis et triſticie. Dediſti metuentibus te ſignificationẽ . vt fugiant a facie
arcus. viuẽtibus in tĩore tuo ſignũ ſuggeſſiſti/ ꝓuidiſti ſecreta tua prouidentia indidiſti : vt effugerẽt
5 vindicte tue plagã. Ut liberent dilecti tui: ſaluũ fac dextera tua et exaudi me. nunc ergo deus vt ſal-
6 uentur timẽtes te: fortitudine tua fer auxiliũ et precẽ meã admitte. Deus locutus eſt ĩ ſãcto ſuo . de⁹
in propheta ſuo oraculũ ſuũ aperuit. letabor ⁊ partibor ſiccimã: et conuallẽ tabernaculorũ metibor.
7 8 Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: et effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla
9 10 ſpei mee. In idumæã extendã calciamentum meũ: michi alienigene ſubditi ſunt. Quis deducet me
in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vſq; in idumeã? hoc totũ dei oraculũ con:inet/ gaudebo et diui-
dam terrã Siccẽ populo meo/ conuallẽ tabernaculorũ illis dimetiar ĩ ſortẽ. terra galaad ⁊ manaſſes
mea eſt ad illis tribuendũ: effraim robur eſt regni populi mei. de iuda/ rex meus ĩ populo : moabite
michi erunt ĩ delicijs et obſequio. in Indumæã extendã pedes populi mei: allophyli michi ſeruiẽt
quis deducet populum meum in ciuitatẽ munitã in Meſopotamiã: quis deducet vſq; in Idumæã?
11 Nonne tu deus qui repuliſti nos: et non egredieris deus in virtutibus noſtris? Reſpõdet propheta
vltime particule oraculi/ in qua ſpiritus interrogare videbat/ quis deducet in ciuitatẽ munitã quis
deducet me vſq; ĩ Idumæã? certe nullus deducere nos poteſt/ niſi tu deus q̃ hacten⁹ ꝓieciſti nos/
12 et nonne tu deus preſens aderis exercitibus potentijſq; noſtris cũ hec efficiẽtur? Aderis. Da nobis
auxilũ de tribulatione: quia vana ſalus hominis. releua nos ab ijs que nos hactenus preſſere: quia
13 inanis eſt expectatio ſaluationis noſtre ab homine. In deo faciemus virtutem: ⁊ ipſe ad nichilũ de-
ducet tribulantes nos . in virtute/ preſidioq; diuino victoria hoſtiũ potiemur/ Meſopotamiã/ Idu-
mæos/ et Philiſteos nobis ſubijciemus: et ipſe funditus diſperdet eos qui nobis aduerſantur .
ADUERTE. Quarto verſu. vt fugiant a facie arcus: ex hebreo vt fugerent a facie arcus/ ⁊ meli⁹:
vt preteritũ iudicetur de quo et propheta loquitur/ non futurũ. nã futurã victoriã et pacem de⁹ illis
erat allaturus. ¶ Undecimo verſu. et nõ egredieris deus ĩ virtutibus noſtris. quia ex vltimo verſu
videtur per interrogationem legi debere: clarius et minus ambigue totus legeretur/ nonne tu deus
qui repuliſti nos/ et nonne egredieris deus in virtutibus noſtris. ¶ Duodecimo verſu. et vana ſal⁹
hominis: Hieronymus ex hebreo vana eſt enim ſalus ab homine. quare hic verſus decentius lege-
retur. da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis. aptius enĩ hic quia q̃ʒ et: ſermo-
ne pariter et intelligentia meliore .

¶ In finem ĩ hymnis Da-
uid. LX.

1 Exaudi deus depreca
tionem meam: inten-
de orationi mee.
2 A finibus terre ad te cla-
maui: dum anxiaretur cor
meum ĩ petra exaltaſti me.
3 Deduxiſti me quia factus
es ſpes mea: turris fortitu-
dinis a facie inimici.
4 Inhabitabo in tabernacu
lo tuo in ſecula: protegar in
velamento alarum tua-
rum. Semper.
5 Quoniam tu deus meus
exaudiſti orationem meã :
dediſti hereditatem timen-
tibus nomen tuum.
6 Dies ſup dies regis adij-
cies: ãnos eius vſq; ĩ diẽ ge
nerationis et generatiõis.
7 Permanet in eternum in

¶ In finem in hymnis da
uid. LX.

Exaudi deus depreca
tionem meam: inten-
de orationi mee.
A finibus terre ad te cla-
maui: dum anxiaretur cor
meum ĩ petra exaltaſti me.
Deduxiſti me quia fact⁹
es ſpes mea: turris fortitu-
dinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernacu
lo tuo in ſecula: protegar in
velamento alarum tua-
rum. Dp̃.
Quoniam tu deus exau-
diſti orationem meam: de-
diſti hereditatem timenti-
bus nomen tuum.
Dies ſup dies regis adij-
cies annos ei⁹ vſq; in diem
ſeculi ⁊ ĩ ſecula: ꝑmanebit
in eternũ in conſpectu dei.

¶ Victori in pſalmis Da
uid. LXI.

Exaudi deus lauda-
tionem meam: inten
de orationi mee.
De nouiſſimo terre ad te
clamabo: cum triſte fuerit
cor meum.
Cũ fortis eleuabit aduer-
ſũ me: tu eris ductor meus.
Fuiſti ſpes mea: turr(is) mu
nitiſſima a facie inimici.
Habitabo in tabernaculo
tuo iugiter: ſpabo in prote-
ctione alarum tuaꝝ. Sela.
Tu enim deus exaudiſti
orationem meam: dediſti
hereditatem timentibus
nomen tuum.
Dies ſup dies regis adij-
cies annos eius: donec eſt
generatio et generatio.
Sedebit ſemper ante fa-

GALL.

conſpectu dei:miſericordiã
et veritatẽ eius qs req̃ret?
8 Sic pſalmũ dicã noĩ tuo ĩ
ſeculum ſeculi: vt reddam
vota mea de die in diem.

ROM.

Miſericordiã ⁊ veritatem
quis requiret eorũ? ſic pſal=
lam nomini tuo deus in ſe=
culum ſeculi: vt reddã vo=
ta mea de die in diem.

HEBR.

ciem dei:miſericordia ⁊ ve=
ritas ſeruabunt eum.
Sic canam nomini tuo iu
giter:reddẽs vota mea per
ſingulos dies.

TITULUS. Ad victoriam in pſalmis/pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. Pro=
pheta in ſpiritu inducit populum fidelem.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exaudi deꝰ depcationẽ meã:intẽde orationi mee.celeſtis
2 pater eterne exaudire digneare precẽ meã:admoue aurẽ tuam ſupplicationi mee. A finibus terre ad
te clamaui dũ anxiaret cor meũ:in petra exaltaſti me a terminis terre oriẽte et occidente/ſeptemtrio=
ne et meridie ad te p̃ces meas effudi/dum aĩa mea aut offenſa in te commiſſa aut hoſtilibus cateruis
3 preſſa mereret et turbaret:tu vero eleuans me ad refugiũ Chriſti tui/ſaluaſti me. D eduxiſti me qr
factus es ſpes mea:turris fortitudinis a facie inimici.pater miſericordiſſime dux meus fuiſti/attra=
xiſti me/quia in te deo meo ſperaui:factus es michi arx inexpugnabilis et munitiſſima ab inuaſione
4 hoſtili/a poteſtate maligni. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula:protegar in velamento alarum
tuarũ.manebo in regno tuo in perpetuũ:tutabor ⁊ defendar in vmbraculo diuinitatis tue in tegmine
5 miſericordie et iuſtitie tue in ſempiternũ. Quoniam tu deus meus exaudiſti orationẽ meam:dediſti
hereditatẽ timentibus nomẽ tuũ.quoniã tu creator et factor meus exaudiſti me ad te orantem:feciſti
6 me timentẽ Chriſtũ dñm verbũ tuũ/Chriſti tui coheredẽ. Dies ſuper dies regis adijcies: ⁊ annos
eius vſq̃ in diẽ generationis ⁊ generationis.durationi preſẽtis ſeculi futurã addes imperio Chriſti
7 tui:extenſionem annorum eius a preſẽti generatione in futuri ſeculi generationẽ. Permanet ĩ eternũ
in conſpectu dei:miſericordiam et veritatem eius quis requiret? rex noſter Chriſtus dñs aſſidet in
perpetuum preſentie dei patris:miſerationem eius qua nos redemit/et veritatẽ qua nos inſtruxit/
8 quis comprehendere ſufficeret? nullus ſane. Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculũ ſeculi: vt red=
dam vota mea de die in diem.hac igitur cauſa celeſtis pater/ laudabo verbum tuum Chriſtum regẽ
eternum aſſidue: vt per ſingulos dies laudationes meas/memoriam beneficiorum eius offeram.
ADUERTE. Secũdo verſu.et tertio que pferimus per preteritũ: Hieronymꝰ ex hebreo pfert
per futurũ. ¶ Secũda ſecundi verſus particula in petra exaltaſti me: Hieronimus/cũ fortis eleua=
bitur aduerſũ me.quod cum particula adiũgit:tu eris adiutor meꝰ. ⁊ hec ſiue hoc ſiue illo modo di=
cantur:dignã perferunt indulgentiã. ¶ Septimo verſu vbi dicimus permanet ĩ eternum in conſpe=
ctu dei miſericordiam ⁊ veritatẽ eius qs requiret: Hieronymus ex hebreo ſedebit ſemper ante faciẽ
dei/miſericordia et veritas ſeruabũt eum.et hec et interpretũ/ vtraq̃ ſcilicet ſentẽtia:digna. ¶ Ul=
timo verſu vt reddã: ex hebreo reddens.et id quoq̃ ſufficiebat: ⁊ ſenſus dilucidior/ ⁊ ſermo melior.

GALL.

¶ In finem pro idithum
pſalmus Dauid. LXI.
1 Nonne deo ſubiecta
erit anima mea? ab
ipſo enim ſalutare meum.
2 Nã et ipſe deus meus ⁊ ſa
lutaris meꝰ: ſuſceptor meꝰ
non mouebor amplius.
3 Quouſq̃ irruitis in ho=
minem\interficitis vniuer
ſi vos? tanq̃ parieti inclina
to et macerie depulſe?
4 Uerũtamen precium me=
um cogitauerunt repellere
cucurri in ſiti:ore ſuo bene=
dicebant et corde ſuo male=
dicebant. Semper.
5 Uerũtamen deo ſubiecta

ROM.

¶ In finem pro idithum
pſalmus Dauid. LXI.
Nonne deo ſubiecta
erit anima mea? ab
ipſo enim ſalutare meum.
Etenim ipſe eſt deꝰ meꝰ et
ſalutaris meꝰ:adiutor me=
us non mouebor amplius.
Quouſq̃ irruitis in ho=
mines\ interficitis vniuer=
ſos:tanq̃ parieti inclinato
et macerie impulſe.
Uerũtamen honorem me=
um cogitauerunt repellere
cucurri in ſiti:ore ſuo bene=
dicebant et in corde ſuo ma
ledicebant. Dp̃.
Uerũtamen deo ſubdita

HEBR.

¶ Uictori p idithum pſal
mus Dauid. LXII.
Attamen apud deum
ſilebit anima mea:
ex eo ſalus mea.
Attamẽ ipe eſt ſcutũ meũ
et ſalꝰ mea fortitudo mea:
nõ commouebor amplius.
Uſq̃quo inſidiamini con
tra virum\interficitis om=
nes: quaſi murus inclina=
tus et maceria corruens?
Patrem enim eius cogita
uerunt expellere\placuerũt
ſibi in mẽdacio:ore ſuo ſin=
guli benedicũt et corde ſuo
maledicunt. Sela.
Uerũtamen deo retice ani

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

eſto anima mea: quoniam
ab ipſo patientia mea.
6 Quia ipſe deus meus et
ſaluatoꝛ meus\adiutoꝛ me
us: non emigrabo.
7 In deo ſalutare meum et
gloꝛia mea: de⁹ auxilii mei
et ſpes mea in deo eſt.
8 Sperate in eo omnis con=
gregatio populi \ effundite
coꝛā illo coꝛda veſtra: deus
adiutoꝛ nr̄ ī eternū. Semp
9 Verūtamē vani filij hoīm
mendaces filij hoīm in ſta=
teris: vt decipiāt ipſi de va=
nitate in idipſum.
10 Nolite ſperare in iniq̄tate
et rapinas nolite cōcupiſce=
re: diuitie ſi affluant noli=
te coꝛ apponere.
11 Semel locut⁹ eſt de⁹ duo
hec audiui \ quia poteſtas
dei eſt et tibi dn̄e miſericoꝛ
dia: quia tu reddes vnicui=
qꝫ iuxta opera ſua.

ROM.

erit anima mea: quoniam
ab ipſo eſt patientia mea.
Etenim ipſe eſt deus me⁹
et ſalutaris meus\adiutoꝛ
meus non emigrabo.
In deo ſalutare meum et
gloꝛia mea: de⁹ auxilij mei
ſpes mea in deo eſt.
Sperate in eo oīs conuen
tus plebis \ et effundite co=
ram illo coꝛda veſtra: quia
deus adiutoꝛ nr̄ eſt. Dp̄.
Verūtamē vani filij homi
nū \ mendaces filij hoīm in
ſtateris: vt decipiāt ipſi de
vanitate ſua in idipſum.
Nolite ſperare ī iniquita=
te: et in rapinis nolite con=
cupiſcere.
Diuitie ſi affluant nolite
coꝛ apponere: ſemel locutus
eſt deus duo hec audiui.
Quia poteſtas dei eſt et ti
bi dn̄e mīa: qꝛ tu reddes ſin
gulis ſecūdum opera eoꝛū.

HEB

ma mea: ab ipſo enim pꝛe=
ſtolatio mea.
Ipſe eſt foꝛtitudo mea et
ſalus mea\ſuſceptoꝛ meus:
non timebo.
In deo ſalutare meum et
gloꝛia mea: robur foꝛtitudi
nis mee et ſal⁹ mea in deo.
Sperate in eo omni tem=
poꝛe populi\effundite co=
ram eo coꝛ veſtrum: deus
ſpes noſtra eſt. Sela.
Veruntamē vanitas filij
adā \ mendaciū filij viri in
ſtateris doloſis: fraudulen
ter agunt ſimul.
Nolite cōfidere ī calūnia
et ī rapina ne fruſtremini.
Diuitie ſi affluxerint: ne
apponatis coꝛ.
Vnū locutus eſt de⁹: duo
hec audiui.
Quia īperiū dei eſt et tibi
dn̄e mīa: qꝛ tu reddes vni=
cuiqꝫ ſecundum opus ſuū.

TITULUS. Ad victoꝛiā idithū. Pſalm⁹ de Chꝛiſto dn̄o. Pꝛopheta ī ſpiritu īducit pplm ſācṫū
1 EXPOSITIO CONTINUA. Nonne deo ſubiecta erit aīa mea? ab ipſo eni ſalutare meū.
nōne adueniet hoꝛa qua ſoli deo aīa mea ſubdita ſit/a mundi pꝛeſſuris et īpietatibus liberata? nā ab
2 ipſo expectatio ſalutaris mei/ꝛ liberationis mee. Nā et ipſe deus me⁹ ꝛ ſalutaris me⁹: ſuſceptoꝛ me
us non moueboꝛ amplius. nā ipſe idē deus meus eſt/ſaluatoꝛ me⁹ eſt: auxiliatoꝛ meus a cōcuſſioni=
3 bus mundi/nō fluctuabo/nō angar amplius vbi illi ſubditus fuero. Quouſqꝫ irruitis ī hoīem/īter=
ficitis vniuerſi vos: tanqꝫ parieti īclinato et macerie depulſe? O filij hominum/vanitatū amatoꝛes/
quouſqꝫ impetū facitis in populū ſalutē et liberationē ſuā a deo expectantē/quouſqꝫ vos omēs mo=
limini illum veſtro impetu obꝛuere: tanqꝫ pꝛono pariete muroue ruente/et congerie lapidum ſubita
4 ruina oppꝛimente. Verūtamen pꝛeciū meum cogitauerunt repellere cucurri in ſiti: oꝛe ſuo benedice
Mons dei mons pinguis:
mōs excelſꝰ \ mōs pinguis.
Quare contenditis mon=
tes excelſi aduerſus mōtem
quem dilexit deus vt habi=
taret in eo? ſiquidem domi=
nus habitatoꝛ ſemper.
Currus dei innumerabi=
lis milia abundantium:
dominus in eis in ſina in
ſancto.
Aſcendiſti in excelſū capti
uam duxiſti captiuitatē: ac
cepiſti dona in hominibus.
Inſup ⁊ nō credentes: in=
habitare dominum deum.
Benedictus dominus per
ſingulos dies: poꝛtabit nos

Ayuntamiento de Madrid

faciet nobis deus ſalutariū
noſtrorum. Semper.
22 Deus noſter deus ſaluos
faciendi: et domini domi-
ni exitus mortis.
23 Uerūtamen deus cōfrin-
get capita inimicorum ſuo
rū: verticē capilli perambu-
lantium in delictis ſuis.
24 Dixit dominus ex baſan
conuertam: conuertam in
profundum maris.
25 Ut intingatur pes tuꝰ in
ſanguine: lingua canū tuo-
rum ex inimicis ab ipſo.
26 Uiderunt ingreſſus tuos
deus: ingreſſus dei mei re-
gis mei qui eſt in ſancto.
27 Preuenerūt pricipes ↄiun
cti pſallētibꝰ: ī medio iuuē
cularum tympaniſtriarum
28 In eccleſiis bn̄dicite deo
dn̄o: de fontibus iſrael.
29 Ibi beniamin adoleſcen-
tulus: in mentis exceſſu.
30 Principes iuda duces eo-
rum principes zabulon \ pri
cipes nephthalim.
31 Manda deus virtuti tue:
confirma deꝰ hoc quod ope
ratus es in nobis.
32 A templo tuo ī hieruſalē:
tibi offerēt reges munera.
33 Increpa feras arūdinis \
congregatio taurorū ī vac-
cis populorū: vt excludant
eos q̄ probati ſunt argento.
34 Diſſipa gentes que bella
volunt \ venient legati ex
egypto: ethiopia preueniet
manus eius deo.
35 Regna terre cantate deo:
pſallite domino. Semp.
36 Pſallite deo qui aſcendit
ſuper celū celi: ad orientem
37 Ecce dabit voci ſue vocem

Proſperum iter faciet no-
bis deꝰ: ſalutaris nr̄. Dp̄.
Deꝰ nr̄ deus ſaluos faciēdi:
et domini exitus mortis.
Uerūtamē deus conquaſ-
ſabit capita īimicorum ſuo
rū: verticē capilli perambu-
lantium in delictis ſuis.
Dixit dominus ex baſan
conuertar \ cōuertar in pro-
fundū maris: donec intin-
gatur pes tuus in ſāguine.
Lingua canum tuorū: ex
inimicis ab ipſo.
Uiſi ſunt greſſus tui deꝰ:
ingreſſus dei mei regis qui
eſt in ſancto ipſius.
Preuenerūt principes cō-
iuncti pſallentibꝰ: ī medio
iuuenū tympaniſtriarum.
In eccleſiis bn̄dicite dn̄m
deum: de fontibus iſrael.
Ibi beniamin adoleſcen-
tior: in pauore.
Principes iuda duces eo-
rū: principes zabulon \ prin
cipes nephthalim.
Manda deus virtutem tu
am: confirma hoc deꝰ quod
operatus es nobis.
A templo ſācto tuo quod
eſt in hieruſalem: tibi offe-
rent reges munera.
Increpa feras ſiluarū \ cō-
ciliū taurorum īter vaccas
populorum: vt excludātur
ii qui probati ſunt argento
Diſſipa gentes que bella
volūt \ venient legati ex egy
pto: ethiopia preueniet ma-
nus eius deo.
Regna terre cantate deo:
pſallite domino. Dp̄.
Pſallite deo q̄ aſcēdit ſup
celos celorū: ad orientem.
Ecce dabit vocē ſuā vocē

deus ſalutis noſtre. Sela.
Deus noſter deꝰ ſalutis:
et dn̄i dei mortis egreſſus.
Uerūtamen deꝰ confrin-
get capita inimicorum ſuo
rum: verticē crinis peram-
bulantium in delictis ſuis
Dixit dn̄s de baſan con-
uertam \ conuertam de pro-
fundis maris: vt calcet pes
tuus in ſanguine.
Lingua canum tuorū: ex
inimicis a temetipſo.
Uiderunt itinera tua de-
us: itinera dei mei regis
mei in ſancto.
Precellerunt cantatores
eos qui poſt tergum pſalle-
bant: in medio puellarum
tympaniſtriarum.
In eccleſiis bn̄dicite deo
domino: de fontibus iſrael
Ibi beniamin paruulꝰ cō-
tinens eos \ principes iuda
ī purpura ſua: pricipes za-
bulon pricipes nephthalim
Precepit deus tuꝰ de for-
titudine tua: cōforta deus
hoc qđ operatꝰ es in nobis.
De templo tuo quod eſt ī
hieruſalem: tibi offerent re-
ges munera.
Increpa beſtiam calami
congregatio fortium in vi-
tulis populorum: calcitran
tiū contra rotas argenteas
Diſperge ppl̄os qui bella
volunt \ offerātur velociter
ex egypto: ethiopia feſtinet
dare manus deo.
Regna terre cantate deo:
canite domino. Sela.
Qui aſcēdit ſuper celum
celi: a principio.
Ecce dabit voci ſue: vocem
fortitudinis.



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

virtutis\date gloꝛiam deo
ſup iſrael:magnificẽtia eiꝰ
et virtus eius in nubibus.
58 Mirabilis deus in ſanctis
ſuis\deus iſrael ipſe dabit
virtutem et foꝛtitudinem
plebi ſue:benedictus deus.

**ROM.**

virtut(ſue:date honoꝛẽ deo
Sup iſrl̃ magnificẽtia eiꝰ
et virtus eius in nubibus.
Mirabilis deꝰ in ſãctis ſu
is\deus iſrael ipſe dabit vir
tutem et foꝛtitudinem ple=
bi ſue:benedictus deus.

**HEB.**

Date gloꝛiã deo ſuper iſ=
rael:magnificẽtia eiꝰ ⁊ foꝛ=
titudo eius in celis.
Terribilis deꝰ de ſanctua
rio ſuo\deus iſrael ipſe da=
bit foꝛtitudinẽ et robur po=
pulo:benedictus deus.

TITULUS. Ad victoꝛiã David pſalmꝰ cantici. Pſalmꝰ de Chꝛiſto dño. Ꝓpheta ĩ ſpũ loqͥt.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exurgat deus ⁊ diſſipẽtur inimici eiꝰ: ⁊ fugiãt q̃ oderũt eũ
a facie eius. excitetur Chꝛiſtus dñs pꝛimogenitus ex moꝛtuis: ⁊ diſſoluãtur nequitiarum ſpiritus/ ⁊
2 diffugiant aſpectũ eius qui odio perſecuti ſunt eũ. Sicut deficit fumus deficiant: ſicut fluit cera a fa=
cie ignis ſic pereãt pctõꝛes a facie dei. ĩmici eius ſic attenuẽtur ⁊ vaneſcãt vt vapoꝛ tenuis et halitꝰ:
3 ſic impij diſpereãt a vindicta dei vt ceres teda liquefaciente flamma diſperit. Et iuſti epulentur ⁊ ex
ultent in conſpectu dei: et delectentur in letitia. et pij delitijs fruantur eternis et geſtiant dei viſione
4 atqꝫ pꝛeſentia: ⁊ oblectentur exultatiõe ſempiterna. Cãtate deo/ pſalmũ dicite nomini eius/ iter faci
te et qui aſcendit ſuper occaſũ: dñs nomẽ illi. pſallite deo/ cõcinite laudẽ verbo eius/ aptate laudem
ei qui deuicta moꝛte remeans ex inferis aſcendit ſuper moꝛtis occaſus ſuper abyſſos et externas ſo=
5 litudines: ſi nomẽ queritis/ rex regũ/ ⁊ dñs dominantiũ nomẽ eius. Exultate in cõſpectu eius: tur=
babuntur a facie eius patris oꝛphanoꝛũ ⁊ iudicis viduarũ. O vos iuſti gaudete pꝛeſentia reuiuiſcẽ=
6 tie eius: qua confundẽtur inimici eius qui paſcit pupillos/ ⁊ qui derelictis facit iudiciũ. Deus in lo
co ſancto ſuo: deus inhabitare facit vnius moꝛis in domo. deus reſumpſit ſanctum coꝛpoꝛis ſui tem=
7 plum: et eos in eccleſia ſua poſuit quibus eſt anima vna ⁊ coꝛ vnũ. Qui eduxit vinctos in foꝛtitudi=
ne: ſiliter eos q̃ exaſperãt q̃ habitant in ſepulcris. reſũpſit ſãctum coꝛpis ſui tẽplũ q̃ extraxit ab infe=
ris et de lacu miſerie in vinculis detentos: et qui ſimiliter incredulas gẽtes infidelitate moꝛtuas/ tu
8 mulos moꝛtis inhabitãtes/ ad fidẽ extraxit et vitã. Deus cũ egrederẽris in cõſpectu populi tui: cũ
pertranſieris in deſertũ. tu deus cũ olim deſcenderes ante filios iſrael: cũ ante eos pertrãſires in de=
9 ſerta ſolitudinũ cades. Terra mota eſt/ eteni celi diſtillauerunt a facie dei ſinai: a facie dei iſrael. con
tremuit mons ſinai cũ deſcenderes et hymber fluxit abundãs ob pꝛeſentiam tuã dei ſinai/ ob pꝛeſen=
10 tiam tuã dei iſrael. Pluuiã voluntariã ſegregabis hereditati tue ⁊ infirmata eſt: tu vero perfeciſti eã.
fluentis doctrine/ bone voluntatis tue irrigabis poſſeſſionẽ tuã futurã: ⁊ vbi laboꝛauerit/ tu cõfoꝛta=
11 bis eam. Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi deus. animalia tua q̃ vi=
dit Ezechiel pꝛopheta que non reuertebant cũ incederẽt/ moꝛabantur in illa poſſeſſiõe tua: tu deus
inopi populo tuo alimẽtũ/ vitalis doctrine pabulum pꝛouidiſti in manſuetudine et benignitate tua.
12 Dñs dabit verbũ euangelizantibus: virtute multa. deus pꝛeſtabit ſermonẽ/ cibum illũ adminiſtrã=
13 tibꝰ/ euangeliũ pacis/ viuificantem doctrinã annunciantibus: in foꝛtitudine copioſa. Rex virtutum
dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei domus diuidere ſpolia. qui annũciabit/ rex eſt celeſtiũ agminũ/ qui annuncia
14 bunt amici amici: ⁊ ſponſe erit diſtribuere eos qui in domũ regis fuerint introducti. Si doꝛmiatis in
ter medios cleros/ penne colũbe deargentate: et poſterioꝛa doꝛſi eius in palloꝛe auri. ſi requieſcatis
in lapide angulari/ in compage veteris ⁊ noui edificij/ ĩ iũctura q̃ vtriuſqꝫ limites nectit/ que vtroſqꝫ
parietes vnit/ penne colũbe/ actiones ſponſe/ pure vt argentũ: ſũmitates/ ale doꝛſi eiꝰ/ eleuationes
15 cõtẽplationeſqꝫ eius vt aurũ pꝛefulgidum. Dum diſcernit celeſtis reges ſuper eã/ niue dealbabunt
in ſelmon: mons dei mons pinguis. dũ oꝛdinat et eligit rex gloꝛie ſuper columbã ſuam apoſtolos et
pꝛincipes candidioꝛes niue/ moꝛibus/ cõuerſatione et vita efficiẽtur ĩ Chꝛiſti humanitate/ lapide an
gulari/ in monte diuinitatis vmbꝛaculo/ mons ille dei/ mons eſt gratia ⁊ veritate pleniſſimus/ ex cu
16 ius plenitudine accipiunt omnes. Mons coagulatus/ mons pinguis: vt q̃d ſuſpicamini mõtes coa
gulatos? mons vber/ mons denſus/ mons gratia fœcũdiſſimus: quare ſuſpicamini alios mõtes dẽ
17 ſos pingues et conglutinatos? Mons in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo: etenim dominꝰ ha=
bitabit in finẽ. mons iſte eſt quẽ diuinitati placuit vt aſſumeret/ cui ĩmanet: ⁊ enĩ diuinitas ⁊ dei ver=
18 bum ĩ eo manebit in ſempiternũ. Currus dei decẽ millibus multiplex millia letantiũ: dominꝰ in eis
in ſinai in ſancto. vehiculũ Chꝛiſti dñi in celũ aſcẽdentis multiplicata dena millia celeſtium virtutum
exultantium: Chꝛiſtus dñs ſedens in ſinai/ in ſinai myſtico id eſt in ſancto monte et noſtre humanita
19 tis aſſũpto indumẽto. Aſcẽdiſti in altũ cepiſti captiuitatẽ: accepiſti dona ĩ hominibus Chꝛiſte ſalua
toꝛ/ Chꝛiſte redẽptoꝛ. Chꝛiſte deus noſter/ deus olim aſſumptus es in celũ/ eruiſti de faucibus inferi
captiuũ genus humanũ: pꝛo dono a patre tuo homines e vinculis ⁊ ergaſtulis moꝛtis liberatos ac=

Ayuntamiento de Madrid

20 cepiſti. Etenĩ non credentes: inhabitare dñm deũ. et etiã pro dono accepiſti incredulas gentes que
21 non credebant/ neqꝫ ad deum ſe accedere/ neqꝫ deũ hoĩem inhabitare poſſe. Bñdictus dñs die quo
tidie: proſperum iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorũ. benedicatur ⁊ glorificetur dñs noſter de
22 die in diẽ et aſſidue: parabit nobis viã ſalutarẽ deus ſaluationum noſtrarum. Deus noſter deus ſal
uos faciẽdi: ⁊ dñi dñi exitus mortis. dñs deꝰ noſter eſt ꝗ ſaluos facere põt: et dñi dei noſtri eſt eiuſqꝫ
23 poteſtatis vt euadamus gehennã ⁊ ſuppliciũ eterne mortis. Verũtamẽ deus cõſtringet capita inimi
corum ſuorũ: verticem capilli perambulantiũ in delictis ſuis. et qꝫqꝫ in manu dñi ſit ſalutis ⁊ mortis
imperiũ/ attamẽ inimicos ſuos morte mulctabit: perdet ſuperbam vanitatẽ viuẽtium in executione
24 iniquitatũ ſuarũ. Dixit dñs ex baſan conuertã: cõuertã in profundũ maris. ĩ ſpiritu de hoſte ſuo/ de
tauris pinguibus qui obſederunt eũ locutus eſt deus/ de arida transferã: transferã te in imũ barathri
25 de terra demergã te ad inferos. Vt intigatur pes tuus in ſanguine: lingua canũ tuoꝝ ex inimicis ab
ipſo. demergã te/ vt cadauer tuum innatet in ſanguine tuo: lingent te et rodent te canes tui ob flagi=
26 tia et auerſionẽ tuã conſtituti tibi inimici a temetipſo. hactenus dei verba. Viderũt ingreſſus tuos
deus/ ingreſſus dei mei regis mei: qui eſt in ſancto. hic verba ꝓphete. inimici tui deꝰ viderũt ĩgreſ=
ſionẽ tuã in mundũ/ cõuerſationẽ tuã inter eos/ viderũt cõuerſationẽ dei mei/ meſſie mei in tẽplo cor
27 poris ſui aſſumpto. Preuenerũt principes cõiũcti pſallẽtibus: in medio iuuencularũ tympaniſtria=
rum. primi electi in ingreſſu regis meſſie in ſancto/ duces euangelizantiũ coniuncti choro diſcipulo=
rum canentiũ et laudantiũ deum/ et Chriſtum dñm: in medio adoleſcentularũ virginem regis eter=
28 ni matrẽ imitantiũ/ diuinas laudes recrepãtiũ. In eccleſijs benedicite deo dño: de fõtibus iſrael in
29 congregationibus ſanctis glorificate dñm deũ noſtrũ: ex fluẽtis doctrĩe viroꝝ ex iſrael electorũ. Ibi
beniamin adoleſcẽtulꝰ: in mẽtis exceſſu. inter electos ex iſrael eſt Chriſtifer Paulꝰ ex tribu beniamĩ
in adoleſcẽtia electꝰ: ab equo in extaſi ꝓſtratꝰ/ ad celũ raptꝰ/ nõ in ſe viuẽs/ ſed in eo viuẽs Chriſtus
30 dñs. Prĩcipes iuda duces eoꝝ: prĩcipes zabulon/ prĩcipes nephthali. de tribu iuda ⁊ ſtirpe regia.
Iacobꝰ Ioãnes/ Simõ/ Lebdeꝰ ductores pioꝝ Chriſto deo pſallẽtiũ electi ſũt: petrꝰ/ ãdreas ⁊ alij
31 de galilea terra ⁊ tribubꝰ zabulõ ⁊ nephthali effecti ſũt apl'i ⁊ rectores Chriſto dño pſallẽtiũ. Mãda
deꝰ virtuti tue: cõfirma deꝰ hoc qđ operatꝰ es in nobis. ĩmitte deꝰ ſpm̃ ſctm̃ tuũ: ꝑfice et robora deꝰ
32 opus qđ in electis ex gẽte noſtra cepiſti. A tẽplo tuo ĩ Hieruſalẽ: tibi offerẽt reges munera. electi prĩ
33 cipes ⁊ duces tui incipiẽtes a domo tua ꝗ eſt ĩ hieruſalẽ: adducẽt ad te fideles. Increpa feras arũ=
dinis: cõgregatio taurorũ in vaccis populorũ: vt excludãt eos ꝗ ꝓbati ſunt argẽto. reprime ſathane
aſtutias ꝗ ludit mẽtes hoĩm ĩſtabiles/ arũdineas ⁊ vagas/ ⁊ ꝗ (vt dixiſti) ſub vmbra dormit ĩ ſecreto
calami in locis humentibus/ congregati ſũt immanes et fortes terre ĩ turbis laſciuientibus ex popu=
34 lis: vt eos repellant quos tu piorũ duces et principes elegiſti/ puriſſimo argento ꝓbatiores. Diſſi=
pa gentes que bella volunt/ venient legati ex egypto: æthiopia preueniet manus eius deo. diſſolue
populos qui illis aduerſari ſatagũt: adducentur tibi fideles ex egypto/ ethiopia feſtinabit ſubmitte=
35 36 re manũ/ et obedientiã preſtare Chriſto dño. Regna terre cãtate deo: pſallite dño. Pſallite deo qui
aſcẽdit ſupra celũ celi: ad orientẽ. habitatores regnorũ terre canite deo: hymnũ dicite dño. hymnũ
37 dicite Chriſto deo qui aſſũptus eſt ſuꝑ ſũmũ celi verticẽ: ad orientẽ. Ecce dabit voci ſue vocẽ virtu=
tis/ date gloriã deo ſuꝑ iſrael: magnificẽtia eius et virtus eius in nubibꝰ. ecce Chriſtꝰ dñs qui ſupra
celũ celorũ eleuatus eſt/ mittet ãnunciantibꝰ vocẽ ſuã/ vocẽ ſpiritus ſãcti/ glorificate deũ ſuꝑ magna
lia/ que operaꝫ in electis ex iſrael: magnificẽtie ſue opera ⁊ potẽtie ſue ꝓdigia in eis ipſis ꝗ vt nubes
38 terrarũ orbẽ ſua irrorabunt doctrina. Mirabilis deus in ſanctis ſuis/ deus iſrael ipſe dabit virtutẽ ⁊
fortitudinem plebi ſue: bñdictus deus. mirabiliũ operũ patrator deꝰ in electis ſuis/ deꝰ iſrael robur
et inſuperabilem preſtabit aduerſus perſecutiones/ tyrannides et tormẽta populo ſuo magnanimi=
tatem: glorificatus et honorificatus/ et magnificatus Chriſtus dominus. AMEN.

ADVERTE. Quarto verſu. iter facite ei ꝗ aſcẽdit ſuꝑ occaſũ: Hieronymꝰ ex hebreo/ ꝑparate viã aſcẽdẽti ꝑ deſerta. quare id de occaſu mortis qꝫ de occaſu celi ſua ſententia potius eſt intelligendum.

¶ Quinto verſu. particula hec/ turbabunꝫ a facie eiꝰ: ſuperfluit/ nec habetur ex hebreo. ⁊ forte quia adiectũ eſt turbabunꝫ: hec cauſa fuit vt Hieronymꝰ ĩ expoſitione ſua ſuꝑ pſalteriũ (modo ſua ſit) ĩ ſequente particula/ patres et iudices pluratiue expoſuerit. mirum tamen: quia neqꝫ ex hebreo/ neqꝫ ex greco/ neqꝫ gallica aut romana editione id habeꝫ. grece enim habeꝫ τόυ πατρος τωρ ορφαρωρ καὶ κριτου τωρ χηρωρ: id eſt patris orphanorũ ⁊ iudicis viduarũ/ non patres ⁊ iudices. et admodum cõſequẽs eſt vt dicamꝰ exultate in cõſpectu eius patris orphanorũ ⁊ iudicis viduarũ. nã huic ex hebreo ꝓrſus reſpõdet: exultate corã eo patre pupilloꝝ ⁊ defẽſore viduarum. quis eñi ante piiſſimum patrẽ/ et iudicẽ clementiſſimũ derelictorũ: nõ habeat potius exultãdi qꝫ turbandi occaſionem.

¶ Octauo verſu. deus cũ egrederẽris in cõſpectu populi tui cũ ꝑtranſieris in deſerto: tã ex romano pſalterio qꝫ ex hebreo potius dicẽdũ/ cũ ꝑtrãſires. nã ex hebreo ⁊ ãbulares/ ex romano cum trãſgreſ



Ayuntamiento de Madrid

dereris. ⁊ id etiā recta locutio vult. ¶ Duodecimo verſu. dn̄s dabit verbū euāgelizantibus virtute
multa: Hieronym⁹/ dn̄e dabis ſermonē ānunciatricib⁹ foꝛtitudinis plurime. vbi aduertēdū eſt ſupꝛio
ri verſu/ id eſt vndecimo/ aīalia tua habitabunt: id aīalia in hebꝛæo HAIATECHA fœmininū
eſſe ac ſi diceremꝰ aīantes ⁊ ānunciatrices/ eſſetq̧ ānūciatrices illiꝰ epithetō. quare cū Hieronymus
mutauerit genus in p̄cedēti verſu vertēs aīalia tua habitauerūt in ea: æquū eſt vt id ānūciatricibus
etiā neutrū itelligat̄. vt id omnino quadret oꝛaculo Ezechielis. Quod ſi nō placet ānūciatricib⁹ neu
trū eſſe ⁊ epitheton aīalia reſpiciēs/ ſed fœmininū. he ꝑfecto ānūciatrices foꝛtitudinis plurie/ apte ĩ
telligentur ſancte ille mulieres/ que mane diluculo ſepulcrū authoꝛis vite adeuntes/ aut ex voce an
geli aut ex aſpectu dn̄i/ meruerunt pꝛime fuiſſe potētiſſime reſurrectionis eiꝰ nuncie. itaq̧ oꝛaculū et
de mulierib⁹ verū eſt/ ⁊ de apl̄is etiā verū. ¶ Tertiodecimo v̄ſu. rex virtutū dilecti dilecti: dicēdū re
gēs ex hebꝛęo/ ex quo habet̄ reges exercituū federabunt̄ federabunt̄. qđ ⁊ cōfirmat Paulꝰ hebꝛæꝰ.
itē ⁊ ex quintodecimo verſu/ et triceſimotertio: vbi ⁊ eoſdē vocat reges cū dicit. dū diſcernit celeſtis
reges ſuper eā. ⁊ a tēplo tuo qđ eſt in hieruſalē: tibi offerent reges munera. et idem ſunt: quos et ali-
bi duces et pꝛincipes appellat. vnde patet ⁊ gręce nō recte haberi rex ſingulariter/ et dilecti in geni-
tiuo ſingulari/ βασιλευσ τωρ Δυραμεωρ του αγαπητου/ rex virtutum dilecti: vbi ⁊ rex et
dilecti vnice et ſingulariter dicuntur. Sed dices/ ſi legetur reges virtutū dilecti dilecti/ ſiue reges ex
ercituū federabūtur federabunt̄: qs ſenſꝰ q̄ intelligētia dabit̄? rex virtutū/ rex exercituū/ rex ſabaoth:
vnus eſt. quomodo igit̄ reges ſabaoth dicemus? id noſſe opoꝛtet exercitus celeſtes eſſe: quos et hie-
rarchias et ſacros celeſtes pꝛincipatus dicimus. et eſſe exercitus ⁊ hierarchias eccleſiaſticas: quarū
rectoꝛes ad celeſtiū illarū imitationē pꝛimi duces noſtri/ a Chꝛiſto dn̄o celeſtiū exercituū et oīm rege
oꝛdinati ſunt. hic igitur verſiculi huius/ reges virtutum dilecti dilecti eſto ſenſus: rectoꝛes eccleſiaſti
coꝛum exercituū/ eccleſiaſticarū hierarchiarū amici/ amici/ federati/ federati. ſi qs enī diuinū Diony
ſium/ deiloqui ac deiferi Pauli diſcipulū/ in operibus ſuis cōſulat: intuebitur plane eccleſiā iferioꝛē
ad ſuperioꝛis oꝛnatus harmoniā/ pꝛimitus ab apoſtolis fuiſſe effictā. et hinc reges/ pꝛincipes et du-
ces exercituū/ ſed eccleſiaſticoꝝ/ qui illis ſūmatibus et angelicis inferioꝛes ſunt apoſtoli: iure dicun-
tur. et ideo federati dilecti/ ſodales et amici: ꝗ cōſpirantē vbiq̧ habuerunt ſacrarū ſuarum diſtinctio
num inſtitutionē ad diuinoꝝ traditionē. ꝙ autē dilecti dilecti ſeu federabūtur federabūtur reſumitur
id ad charitatis nexū eoꝛū/ et eundē conſēſum auctioꝛē/ validioꝛēq̧ explicandum pertinet. iuncteq̧
erant (inquit Ezechiel) penne eoꝛū alterius ad alterū. hic enī nexus federationē illā pꝛetendere vi-
detur. ¶ Quintodecimo verſu. dum diſcernit celeſtis reges ſup eam/ niue dealbabuntur in Selmō:
Hieronymus ex hebꝛęo/ dum diuideret robuſtiſſimus reges in ea niue dealbata eſt in ſelmō. vbi ea
et dealbata reſpiciunt columbā id eſt ſponſā ⁊ eccleſiā. de qua in amatoꝛijs celeſtis ſponſi et ſpiritua
lis ſponſe canticis dicitur/ ſurge/ ꝓpera amica mea/ columba mea/ foꝛmoſa mea et veni. dealbabunt̄
vero reſpiciebat reges id eſt apoſtolos. Et verū eſt ⁊ ſponſam ⁊ apoſtolos dealbatos in humanitate
Chꝛiſti/ in monte ipſo diuinitatis vmbꝛaculo. ¶ Sextodecimo verſu. vbi habemus mons coagula
tus: Hieronymus ex hebꝛęo habet mons excelſus. qđ oꝛaculo Eſaie ⁊ Michee quadrat. ⁊ erit ĩ no-
uiſſimis diebus pꝛeparatus mons domus dn̄i in vertice montium: ⁊ eleuabitur ſuper colles. ⁊ hic ⁊
apud illos: ſermo fit de eodē mōte Chꝛiſto dn̄o carne aſſumpta/ ſuper oēm altitudinē et ſublimitatē
eleuato. ¶ Eodē ſextodecimo verſu. quid ſuſpicamini mōtes coagulatos: dicendū coagulati/ et me-
lius ex Hieronymo excelſi. ſermo enī ad montes id eſt poteſtates mūdi huius tā ſpirituales q̄ terre
nas que cōtendebant aduerſus Chꝛiſtū/ ⁊ ſuſpicabātur nō eum eſſe in quo deus eſſet/ imo qui et de-
us et homo eſſet. ſpiritus autē dei in ꝓpheta: illos coarguit/ ⁊ ſui erroꝛis nequiſſimi dānat. ſic enim
ſacer Hieronymus. quare contenditis montes excelſi aduerſus montē quē dilexit deus vt habitaret
in eo? ſiquidē dn̄s habitabit in ſēpiternū. quod autē nunc legimus accuſante caſu coagulatos: factū
puto ob ſermonē grecum habentem/ ιρα τι υπολαμβαρετε ορη τετυρωμερα quod ambigu-
um eſt ob genus neutrum quo ορη id eſt montes apud eos eſt: an accuſante caſu dicamus/ vt q̇d ſuſ-
picamini montes caſeatos? an vocante vt quid ſuſpicamini montes caſeati/ ſeu vt alij vertunt coagu
lati. vt in editione romana in qua dicitur/ vt qui ſuſpicitis montes vberes: ęque dubium eſt an accu
ſante an vocante caſu id dicatur. ſed ex hebꝛęo ſoluitur ambiguitas: vocāte caſu eſſe dicendū. ¶ No
nodecimo verſu. aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatē/ accepiſti dona in hoibus: beatiſſimus Pau-
lus hunc locum ita habet. aſcendens in altum captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. ⁊
vltimā particulā: de ſpiritu ſancto et Chꝛiſti chariſmatibus manifeſte intelligit. at quia dare et acci-
pere oppoſitā habere vident̄ intelligentiam: ideo difficile trahi vident̄ tralationes hebꝛaica/ greca/
romana/ ⁊ gallica ad diuiniſſimi Pauli ſententiā. Sed noſſe opoꝛtet accipere dei et deū dare coinci-
dere. quicquid enī accipit: ſe illi dat. ⁊ quicunq̧ dat: quatenus dat/ accipit. quid igitur mirum/ ſi ſpi
ritum ſāctū dat hominibus: dona accipere homines? quinimo ſi dona accipit hoīes: ſpiritum ſuum

Ayuntamiento de Madrid

et chariſmata ſua illis donat. et (quod circa litterã expoſitum eſt) Chriſtum dñm dono hoĩes accepiſſe a patre: neqꝫ id deifero Paulo / neqꝫ dictis in hoc loco aduerſatur. nã et id Chriſtũ dñm dono accipere hoĩes a patre: hoc ipſum eſt patrẽ dona dare hominibus. at quę pater dat hominibus: ⁊ filius dat. qui igitur videt coincidentiã: videt inter alias et Chriſtiformis Pauli interpretationem / nõ eſſe differentiã: ſed dilucidius Chriſto / deoqꝫ plenus apoſtolꝰ: ſpiritus ſancti ſenſũ nobis aperuit. quod et ſequẽtia etiã declarant. quid enim eſt deum eos qui ipſum non nouerant accipere / proſperum iter facere / portare / ſaluare: niſi dona dare? ¶ Viceſimoquarto verſu. dixit dñs ex baſan cõuertã / cõuertã in profũdũ maris: Hieronymus ex hebręo dixit dñs de baſan cõuertã / cõuertã de ꝓfũdis maris: qui ſẽſus eſſe videtur / dixit diuinũ oraculũ: adducã tibi hoſtes tuos de arido loco ⁊ adducã tibi etiã hoſtes tuos de mari / vt tanta ſit tuorum ſtrages quo poſſit pes tuus in ſanguine interfectorum innatare. quod impletum eſt ſub Veſpaſiano ⁊ Tito romanis imperatoribus. Et q̃q̃ baſan / pigue / ariditatem et confuſionem ſignat / ⁊ pleraqꝫ alia hebręis nota: vult tamẽ analogia oppoſiti / vt hic aridum ſiccumqꝫ deſignet. ſic enĩ apte reſpicit ex aduerſo quod dicitur conuertã de profundis maris. alia tamen circa litterã ob variatam tralationẽ / aptata eſt intelligentia: et ſic hanc veriorẽ crediderĩ. ¶ Vñtriceſimo verſu. vbi habemus in mentis exceſſu: Hieronymus ex hebræo habet / cõtinẽs eos. quod deſignat beatiſſimũ Paulũ eos qui euangeliʒantibus cõiungebanẗ ĩ fide / in medio eccleſiarũ recenẗ naſcentiũ Chriſto vite largitori pſallebãt cõfirmate / confortate / et continere in fide. ſiquidem deiferi Pauli ſolicitudo erat oĩm eccleſiarũ ſolicitudo. ⁊ vtraqꝫ / ⁊ hec ⁊ illa intelligentia bona eſt: et in qua dei oraculum / verum conſpicitur. ¶ Triceſimotertio verſu. Increpa feras arundinis: Hieronymꝰ ex hebręo / increpa beſtiã calami. quo manifeſtius behemoth ⁊ diabolus intelligitur: iuxta ſermonẽ dei ad Job capite 40. ¶ In eodẽ triceſimotertio verſu. ꝯgregatio tauroꝝ ĩ vaccis populoꝝ / vt excludãt eos qui probati ſunt argento: Hieronymus ex hebręo / congregatio fortium in vitulis populorũ calcitrantiũ contra rotas argenteas. qua particula in vitulis populorum calcitrantium manifeſtius inſinuatur petulantia aduerſantiũ probatiſſimis apoſtolis / triturãtibus ĩ horreo dei ſabaoth: q̃ ſi dicaẗ in vaccis: vacce enim bellaces ⁊ petulantes minime ſunt: ſed ignaue potiꝰ ⁊ deſides. et quod de bellacibus hic intelligat: obiter ſubſequens verſus indicat / quo dicitur. diſſipa gẽtes que bella volunt. qui quidẽ verſꝰ quod precedẽs ĩ ęnigmate dixerat: ſine velamine detegit ac denudat. ¶ Triceſimo quarto verſu. venient legati ex ægypto / ęthiopia preueniet manꝰ eius deo: Hieronymus in hebręo / offerantur velociter ex egypto ęthiopia feſtinet dare manus ſuas deo. et hic atqꝫ illic idem ſenſus pretenditur. et videbitur forte aptius vbi habemus ęthiopia preueniet manus eius deo: ſi manus ſingulare ſit / vt diceremus manum / vel pluratiue manus. quaſi intelligamus preueniet / ãticipabit / feſtinabit obediẽtiã ſuã deo. ſic eĩ ⁊ grece χειρα id eſt manũ habeẗ. ⁊ de feſtina conuerſione oblationeqꝫ ęgyptiorum Chriſto domino: oraculum impletũ eſt / eccleſijs a Marco euãgeliſta Alexãdrie et circa Alexandriã mira ſãctimonia inſtitutis. quarũ etiam Phillo iudæus: mirifica cũ laude meminit. Et de ępthiopia identidem impletum eſt: Mattheo apoſtolo / eodem ⁊ euangeliſta ibi predicante / ⁊ euangeliũ relinquente. ⁊ hec ⁊ ſimilia ex hiſtoria africani / quã poſt Abdiam reliquit: manifeſta ſunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finẽ pro ijs q̃ cõmutabuntur David. LXVIII. | ¶ In finẽ ꝑ ijs q̃ cõmutabũtur. David. LXVIII. | ¶ Victori pro lilijs \ David. LXVIIII. |
| 1 | SAluum me fac deus: q̃m intrauerũt aque vſqꝫ ad animam meam. | SAluum me fac deus: q̃m introierũt aque vſqꝫ ad animam meam. | SAlua me deus: quoniam venerunt aque vſqꝫ ad animam meam. |
| 2 | Infixus ſum ĩ limo ꝓfundi: et non eſt ſubſtantia. | Infixus ſum ĩ limo ꝓfundi: et non eſt ſubſtantia. | Infixus ſum in limo ꝓfũdi: et non poſſum conſiſtere |
| 3 | Veni ĩ altitudinẽ maris: et tempeſtas demerſit me. | Veni in altitudinẽ maris: et tempeſtas demerſit me. | Veni ĩ profundum aquarum: et flumẽ operuit me. |
| 4 | Laboraui clamans \ raucę facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meum. | Laboraui clamans \ raucę facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meum. | Laboraui clamãs exaſperatum eſt guttur meum: defecerunt oculi mei expectantes deum meum. |
| 5 | Multiplicati ſũt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. | Multiplicati ſunt ſuꝑ capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. | Multiplicati ſunt ſuꝑ capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. |



Ayuntamiento de Madrid

## GALL.

6 Confoꝛtati ſūt q̄ perſecuti
ſunt me īimici mei iniuſte: q̄
non rapui tunc exoluebam.
7 Deus tu ſcis inſipientiā
meam: et delicta mea a te
non ſunt abſcondita.
8 Non erubeſcant in me qui
expectant te domine: domi-
ne virtutum.
9 Nō confūdātur ſuper me
qui querunt te deus iſrael.
10 Quoniā ꝓpter te ſuſti-
nui oppꝛobꝛium: operuit cō
fuſio faciem meam.
11 Extraneus factus ſū fra-
tribus meis: et peregrinus
filijs matris mee.
12 Qm̄ zel⁹ dom⁹ tue come-
dit me: et oppꝛobꝛia expꝛo-
bꝛātiū tibi ceciderūt ſup me
13 Et operui in ieiunio ani-
mam meam: ⁊ factum eſt in
oppꝛobꝛium michi.
14 Et poſui veſtimentū meū
cilicium: ⁊ factus ſum illis
in parabolam.
15 Aduerſum me loquebant
qui ſedebāt in poꝛta: ⁊ ī me
pſallebāt q̄ bibebant vinū.
16 Ego vero oꝛationē meam
ad te domine: tempus bene
placiti deus.
17 In multitudie miſericoꝛ
die tue exaudi me: in verita
te ſalutis tue.
18 Eripe me de luto vt nō infi
gar: libera me ab ijs q̄ oderūt
me et de pꝛofundis aquaꝝ.
19 Non me demergat tempe-
ſtas aque, neq3 abſoꝛbeat
me pꝛofūdum: neq3 vrgeat
ſuper me puteus os ſuum.
20 Exaudi me dn̄e qm̄ beni-
gna eſt miſericoꝛdia tua: ſe
cundū multitudinē miſera
tionū tuarum reſpice i me.

## ROM.

Cōfoꝛtati ſūt ſup me q̄ me
ꝑſequunt inimici mei iniuſte:
q̄ nō rapui tūc exoluebam.
Deus tu ſcis inſipiētiam
meā: et delicta mea a te non
ſunt abſcondita.
Non erubeſcant in me qui
te expectāt dn̄e: de⁹ virtutū.
Nō reuereantur ſuper me
qui requirūt te: deus iſrael
Quoniam ꝓpter te ſup-
poꝛtaui impꝛoperium, ope
ruit irreuerentia faciē me-
am: exter factus ſum fratri
bus meis et hoſpes filijs
matris mee.
Qm̄ zel⁹ dom⁹ tue come-
dit me: et oppꝛobꝛia expꝛo-
bꝛātiū tibi ceciderūt ſup me
Et operui in ieiunio ani-
mam meam: et factū eſt mi-
chi in oppꝛobꝛium.
Et poſui veſtimētum me-
um cilicium: et factus ſum
illis in parabolam.
Aduerſum me exercebant-
tur qui ſedebant in poꝛta: ⁊
in me pſallebant qui bibe-
bant vinum.
Ego vero oꝛonē meā ad te
dn̄e: tēpus beneplaciti de⁹.
In multitudie miſericoꝛ-
die tue exaudi me: in verita
te ſalutis tue.
Eripe me de luto vt non
inhereā, libera me ex odiē
tibus me et de pꝛofundo
aquarum: non me demer-
gat tempeſtas aque.
Neq3 abſoꝛbeat me pꝛofū-
dum: neq3 vrgeat ſuper me
puteus os ſuum.
Exaudi me qm̄ dn̄e beni-
gna eſt miſericoꝛdia tua: ſe-
cundū multitudinē miſera
tionū tuarum reſpice in me

## HEB.

Confoꝛtati ſūt q̄ perſeque
bant me īimici mei iniuſte: q̄
non rapueram tūc reddebā
De⁹ tu ſcis ſtultitiā meā:
et peccata mea a te non ſunt
abſcondita.
Non confundantur in me
qui expectant te domine
deus exercituum: non con-
fundantur in me qui que-
runt te deus iſrael.
Quia ꝓpter te poꝛtaui
oppꝛobꝛium: operuit confu
ſio faciem meam.
Alienus factus ſum fra-
tribus meis: et peregrinus
filijs matris mee.
Quia zelus domus tue co
medit me: et oppꝛobꝛium
expꝛobꝛantium tibi cecidit
ſuper me.
Et fleui in ieiunio animā
meam: et factum eſt in op-
pꝛobꝛium michi.
Et poſui veſtimentum me
um ſaccum: et fact⁹ ſum eis
in parabolam.
Contra me loquebantur
qui ſedebant in poꝛta: ⁊ cā-
tabant bibentes vinum.
Mea autē oꝛatio ad te do-
mine, tempus reconciliatio
nis eſt deus: in multitudi-
ne miſericoꝛdie tue exaudi
me in veritate ſalutis tue.
Erue me de luto vt nō infi
gar: libera me ab ijs q̄ oderūt
me et de pꝛofundis aquis.
Ne operiat me fluui⁹ aque
et ne abſoꝛbeat me pꝛofun-
dum: et non coꝛonet ſuper
me puteus os ſuum.
Exaudi me dn̄e qm̄ bona
eſt miſericoꝛdia tua: ſecun-
dum multitudinē miſera-
tionum tuaꝝ reſpice ad me

Ayuntamiento de Madrid

21 Et ne auertas faciē tuam
a puero tuo: q̄m tribulor ve
lociter exaudi me.
22 Intende anime mee et li=
bera eam: propter ĩimicos
meos eripe me.
23 Tu ſcis improperiū meū
et confuſionem meam: ⁊ re
uerentiam meam.
24 In cōſpectu tuo ſunt oēs
q̄ tribulāt me: īproperiū ex
pectauit cor meū ⁊ miſeriā
25 Et ſuſtinui qui ſimul cō=
triſtaret̃ et non fuit: et qui
conſolaretur et nō inueni.
26 Et dederunt in eſcā meā
fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt
me aceto.
27 Fiat mēſa eorum coram
ipſis in laqueum: ⁊ ī retri=
butiones et in ſcandalum.
28 Obſcurētur oculi eorum
ne videant: et dorſum eo=
rum ſemper incurua.
29 Effunde ſuper eos iram
tuam: et furor ire tue com=
prehendat eos.
30 Fiat habitatio eorum de
ſerta: ⁊ in tabernaculis eo=
rum non ſit qui inhabitet.
31 Quoniā quē tu pcuſſiſti
perſecuti ſūt: et ſup dolorē
vulnerū meorū addiderūt
32 Appone iniquitatē ſuper
iniquitatem eorum: ⁊ non
intrent in iuſtitia tua.
33 Deleant̃ de libro viuētiū:
⁊ cum iuſtis nō ſcribantur
34 Ego ſū pauper ⁊ dolens:
ſalus tua deus ſuſcepit me
35 Laudabo nomen dei cū
cantico: magnificabo eum
in laude.
36 Et placebit deo ſuper vi=
tulum nouellum: cornua
producentem et vngulas.

Ne auertas faciem tuam
a puero tuo: q̄m tribulor ve
lociter exaudi me.
Intende anime mee et li=
bera eam: propter inimicos
meos eripe me.
Tu enī ſcis improperium
meū\cōfuſionē ⁊ verecūdiā
meam: in conſpectu tuo ſūt
omnes tribulantes me.
Improperiū expectauit
cor meum ⁊ miſeriā\ſuſti=
nui qui ſimul mecū contri=
ſtaret̃ ⁊ non fuit: conſolan=
tē me queſiui ⁊ non īueni.
Et dederunt in eſcā meā
fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt
me aceto.
Fiat mēſa eorum coram
ipſis in laqueum: ⁊ ī retri=
butionem ⁊ in ſcandalum.
Obſcurētur oculi eorum
ne videant: ⁊ dorſum illo=
rum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram
tuam: ⁊ indignatio ire tue
apprehendat eos.
Fiat habitatio eorum de
ſerta: et in tabernaculis eo=
rum non ſit qui inhabitet.
Q̄m quē tu pcuſſiſti ipſi
pſecuti ſūt me: ⁊ ſup dolorē
vulnerū meorū addiderūt.
Appone iniq̄tatem ſuper
iniquitatem ipſorū: et non
intrent in tuā iuſtitiam.
Deleant̃ de libro viuen=
tiū: et cū iuſtis nō ſcribant̃.
Paup ⁊ dolēs ego ſū: ⁊ ſa
lꝰ vultꝰ tui deꝰ ſuſcepit me
Laudabo nomen dei mei
cum cantico. et magnifica=
bo eum in laude.
Et placebit deo ſup vitu=
lum nouellum: cornua pro
ducentem et vngulas.

Et ne abſcondas faciem
tuam a ſeruo tuo: q̄m tribu
lor cito exaudi me.
Accede ad animam meā\
redime eam: propter inimi
cos meos libera me.
Tu ſcis opprobriū meum
et confuſionem meā ⁊ igno
miniam meā: coram te ſūt
omnes hoſtes mei.
Opprobrio contritum eſt
cor meū ⁊ deſperatus ſum\
et expectaui qui contriſta=
retur et non fuit: et qui con
ſolaretur et non inueni.
Et dederunt in eſcā meā
fel: et in ſiti mea potauerūt
me aceto.
Sit menſa eorū coram eis
in laqueū: et in retributio=
nes ad corruendum.
Contenebrentur oculi eo=
rum ne videant: et dorſum
eorum ſemper incurua.
Effunde ſup eos indigna
tionem tuam: ⁊ ira furoris
tui comprehendat eos.
Fiat cōmoratio eorū deſer
ta: in tabernaculis eorum
non ſit qui habitet.
Q̄m quē tu percuſſiſti p=
ſecuti ſunt: ⁊ vt affligerent
vulneratos tuos narrabāt.
Da iniquitatem ſuper ini=
quitatem eorum: et non ve=
niant in iuſtitia tua.
Deleant̃ de libro viuētiū:
et cū iuſtis non ſcribantur.
Ego aūt paup et dolens:
ſalus tua deꝰ ſuſcepit me.
Laudabo nomē dei in cā
tico: ⁊ magnificabo eum in
confeſſione.
Et placebit dño ſuper vi=
tulum nouellū: cornua effe
rentem et vngulas.



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

37 Videāt paupes ⁊ letent̄: q̄
rite deū et viuet aīa veſtra.
38 Quoniam exaudiuit pau
peres dominus: et vinctos
ſuos non deſpexit.
39 Laudent illū celi et terra:
mare et oīa reptilia in eis.
40 Quoniam deus ſaluam
faciet ſion: ⁊ edificabuntur
ciuitates iude.
41 Et inhabitabunt ibi: et he
reditate acquirent eam.
42 Et ſemen ſeruoꝝ eiꝰ poſſi-
debit eā: ⁊ q̄ diligūt nomen
eius habitabunt in ea.

**ROM.**

Videāt paupes ⁊ letent̄: q̄
rite dn̄m ⁊ viuet aīa veſtra
Quoniam exaudiuit pau
peres dominus: et vinctos
ſuos non ſpꝛeuit.
Laudēt eum celi et terra:
mare et oīa que in eis ſunt.
Q̄m deus ſaluā faciet ſiō\
et edificabuntur ciuitates
iude: et inhabitabunt ibi.
Et hereditate acquirent
eam\ et ſemen ſeruoꝛum eiꝰ
poſſidebit eam: et qui dili-
gunt nomen eius inhabita
bunt in ea.

**HEBR.**

Videntes manſueti leta-
buntur: qui queritis deum
viuet anima veſtra.
Quoniam exaudiuit pau
peres dominus: et vinctos
ſuos non deſpexit.
Laudēt eū celi ⁊ terra: ma
re ⁊ oīa q̄ mouētur in eis.
Quia deus ſaluabit ſion
et edificabit ciuitates iuda
et habitabunt ibi: ⁊ poſſide-
bunt eam.
Et ſemen ſeruoꝝ eiꝰ poſſi-
debit eā: et qui diligunt no
men eiꝰ habitabunt in ea.

TITULUS. Ad victoꝛiam pꝛo lilijs/ Dauid. pſalmꝰ de Chꝛiſto ⁊ eccleſia. Pꝛopheta in ſpiritu
inducit Chꝛiſtum ad patrem.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Saluum me fac deus: q̄m ītrauerūt aque vſq; ad aīam meā.
2 ſalua me pater eterne: quoniam tribulationes penetrauerunt vſq; ad interioꝛa aīe mee. Infixus ſum
in limo ꝓfundi: ⁊ nō eſt ſubſtātia. īmerſus ſum in pꝛofūdo cœno delictoꝝ: ⁊ non eſt vbi queam con-
3 ſiſtere. Veni in altitudinem maris: et tempeſtas demerſit me. deſcendi in pꝛofundum barathꝛi ini-
4 quitatum/ ⁊ pꝛocella obꝛuit me. Laboꝛaui clamans/ rauce facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi
mei dum ſpero in deum meum. clangui depꝛecans et vociferans/ exaſperatum eſt guttur meum/ he
5 buit viſus meus: dum expecto te et auxilium tuum pater mi et deus meus. Multiplicati ſunt ſuper
capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. plures facti ſunt q̄ numerus capilloꝛum meoꝛum ini-
mici mei: qui abſq; cauſa me odio habuerunt/ nunc in ſe ⁊ in poſteris ſuis vſq; in nouiſſimos dies me
6 inſectantes. Confoꝛtati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: que non rapui/ tunc exolue-
bam. pontifices/ ſcribe/ et phariſei hoſtes mei qui ab re/ inique/ et ſine cauſa me moleſtijs/ contradi-
ctionibus et perſecutionibus affecerunt roboꝛati ſunt et inualuerunt: et pꝛo ijs que non admiſi/ tunc
7 ſatiſfaciebam. Deus tu ſcis inſipientiam meam: et delicta mea a te non ſunt abſcondita. pater eterne
tu cognoſcis ſtultitiam generis mei qua ſtultum deſipiens et impꝛudens in te tranſgreſſum eſt: ⁊ pec
8 cata generis humani pꝛo quibus tibi ſatiſfacturus ſum/ tibi non ſunt incognita. Non erubeſcant in
9 me qui te expectant domine: domine virtutum. Non confundantur ſuper me: qui querunt te deus
iſrael. non teneat eos confuſio erubeſcentiaq; mei/ qui ſperant in te pater: qui ſperant in te domine de
us ſabaoth. non teneat eos confuſio mei/ non ſcandalizentur in me: qui querunt te pater/ qui aſpirāt
10 ad te deus iſrael. Quoniam pꝛopter te ſuſtinui oppꝛobꝛium: operuit confuſio faciem meam. nō eru-
beſcant inquam/ non confundantur in me/ quoniam pꝛopter iuſſionem et voluntatem tuam implen-
dam pertuli impꝛoperia aduerſantium: pudoꝛ et reuerentia ob impꝛoperia offudit vultum meum.
11 Extraneus factus ſum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee. vt alienꝰ factus ſum iudeis
ex quoꝛum genere ſecundum carnem deſcendi: et alienigena factus ſum pontificibus/ ſcribis/ ⁊ pha
12 riſeis filijs ſinagoge. Quoniam zelus domus tue comedit me: et oppꝛobꝛia expꝛobꝛantium tibi ce-
ciderunt ſuper me. vt ignotus vt alienigena factus ſum illis/ ideo quia feruens amoꝛ honoꝛificentie
culture tue ſtimulauit me/ mentem meam vehementius pupugit: ⁊ impꝛoperia impꝛoperantium ti-
13 bi/ delinquentium in te/ deriuata ſunt in me/ et in zelo meo me afflixerunt grauiſſime. Et operui in ie
iunio animam meam: et factum eſt in oppꝛobꝛium michi. et afflixi ac humiliaui pꝛo eoꝛum emenda-
14 tione in abſtinentia vitam meam: ſed ipſi pꝛo hoc facto contumeliam compenſarunt michi. Et poſui
veſtimentum meum cilicium: et factus ſum illis in parabolam. ſacco indutus ſum ad penitendum
15 pꝛo illis: et me habuerunt in ſimilitudinem maledicti. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in
poꝛta: et in me pſallebant q̄ bibebant vinū. detrahebant michi iudices populi pꝛo foꝛibus templi ſe-
16 dentes: et tabernarum bibuli eoꝛum clientes et fautoꝛes/ in me cantilenas conficiebant. Ego vero
oꝛationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus. ego vero pater eterne pꝛecem meam ad
te effundo: tempus eſt vt tibi reconcilietur genus humanum/ aduenit hoꝛa vt manifeſtetur bona/ cle
17 mens et miſericoꝛs voluntas tua. In multitudine miſericoꝛdie tue exaudi me: ī veritate ſalutis tue.

Ayuntamiento de Madrid

pro multorum peccatis oro te/pro totius mundi delictis orationem meam effundo ad te/ideo me ex
18 audire digneris vtens multitudine miſerationis tue: vtens vera tua ſaluatione. Eripe me de luto vt
non infigar libera me ab ijs qui oderunt me: et de profundis aquarum. libera me de cœnoſo lacu
peccati vt non demergar/ vt non maneā inexauditus/ erue me a poteſtate/ odio me perſequentium
19 ſpiritualium nequitiarum/et hoſtium terrenorum: et de abyſſis inferorum. Non me demergat tem=
peſtas aque/ neq̧ abſorbeat me profundum: neq̧ vrgeat ſuper me puteus os ſuum. non me obruat
20 ꝓcella peccati/non deglutiat me abyſſus: neq̧ gehenne lacus claudat ſuper me egreſſum ſuum. Ex=
audi me domine quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinem miſerationum tua
rum reſpice ī me. admittere dignare pater orationem meam/quoniā miſeratio tua prona eſt ad igno=
ſcendum: intende michi et adiuua me ſecundum incomprehenſibilem numerum miſericordiarū tua
21 rum. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. et ne ſubſtra=
has auxilium tuum a ſeruo tuo: quoniam vehementer anxior/non differas in lōgum precem meam
22 admittere. Intende anime mee et libera eā: propter inimicos meos eripe me. auxiliare ſpiritui meo
23 liberans eum: ob iniuſtitiam inimicorum erue me. Tu ſcis improperium meum et confuſionem me
am: et reuerentiam meam. tu pater eterne agnoſcis probrum quod michi illatum eſt et vilipenſionē:
24 et ignominiam meam. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor
meum et miſeriam. oculi tui pater celeſtis aſpiciūt eos qui me tantis afficiunt probris: opprobrium
25 et crucis contumeliā preſtolata eſt anima mea. Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur et non fuit: et qui
cōſolaretur ⁊ nō inueni. et expectaui qui me in his tolerandis moleſtijs adiuuaret/ et nullꝰ aſtitit: ex=
26 pectaui qui me in his ipſis tribulationibus meis confortaret et non repperi. Et dederunt in eſcā me
am fel: et in ſiti mea potauerunt me aceto. loco cibi obtulerunt michi inimici mei fel: et loco potꝰ por
27 rexerunt michi acetum. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: et in retributiones et in ſcanda=
lum. fiat eis feſtiuitatis eorum epulum in pedicam et retiaculum: et in talionem et in offendiculum.
28 Obſcurentur oculi eorum ne videant: et dorſum eorum ſemper incurua. cecutiant mentes eorum ne
ſcripturarum veritatem intelligant: et eos et poſteros eorum graui ſeruitute cōtinue preme/aſſidue
29 ſubiuga. Effunde ſuper eos iram tuam: ⁊ furor ire tue cōprehendat eos. Expande ſuper eos vindi=
30 ctam tuā: ⁊ vltionis tue rigor conterat eos. Fiat habitatio eorum deſerta: et in tabernaculis eorum
31 nō ſit qui inhabitet. deſtruatur ciuitas eoꝝ quā inhabitant: ⁊ nō ſit qui domicilia eoꝝ incolat. Quo=
niam quē percuſſiſti perſecuti ſunt: ⁊ ſuper dolorē vulnerū meoꝝ addiderunt. he calamitates omnes
illis cōtingant quoniā me/quē tu pater propter ſcelus populi tui humiliaſti/cōtriuiſti/alliſiſti/inui=
dia et odio inſectati ſunt ad perdendum: et angorē in afflictione mea ſuper angorem plagarum mea=
32 rum adiecerunt. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eoꝝ: et non intrent in iuſtitia tua. de ſcele=
re in ſcelus ruant/addantq̧ poſteri ad peccatū patrum ſuorum: ⁊ in regnum iuſtorum non introeant.
33 Deleantur de libro viuentiū: ⁊ cū iuſtis nō ſcribantur. excludantur de numero ſaluandorum: ⁊ cum
34 ijs qui eternam hereditatē poſſidebunt non cōputentur. Ego ſum pauper ⁊ dolens: ſalus tua deus
ſuſcepit me. ego pro hoībus redimendis inops factus ſum/ ⁊ in doloribus cōſtitutus: ſed tu pater de
35 us meus ſaluaſti ⁊ ſuſcitaſti me. Laudabo nomen dei cū cantico: magnificabo eū in laude. clarifica=
36 bo nomē patris mei cum hymno nouo: honorificabo eum cum ſacrificio laudis. Et placebit deo ſu=
per vitulum nouellum: cornua producentem et vngulas. ⁊ beneplacitum erit patri meo in ſacrificio
37 noue legis: quo idolatria et omnis ſuperbia vani cultus confodietur/ et terrena calcabuntur. Vide=
ant pauperes ⁊ letētur: querite deum et viuet anima veſtra. hic de eccleſia/ intelligat populus imi=
tator meus/michi in paupertate ſeruiēs et in me regenitꝰ/ et exultet: o pauperes mei tota mente ve=
38 ſtra contendite/ſatagite aſpirate ad patrem meum/ et ſpiritus veſter immortalitate veſtietur. Quo=
niā exaudiuit pauperes dominus: et vinctos ſuos non deſpexit. quoniam celeſtis pater meus pre=
ces pauperum ſuorum non excluſit: et eos qui ꝓ honore eiꝰ et implendo beneplacito vincula carce=
39 res/tormēta/oīmodas perſecutiones et deniq̧ mortē patiuntur nō neglexit. Laudent illum celi et
terra: mare et omnia reptilia in eis. exaltent et magnificent eum celeſtia/terreſtria / et inferna: et vni=
40 uerſa que mouentur in eis. Quoniam deus ſaluam faciet ſion: et edificabuntur ciuitates iude. qm̄
pater meus ſaluabit eccleſiā fidelium: et multiplicabūtur et accreſcent congregationes populorum
41 deum agnoſcentium et confitentium. Et inhabitabunt ibi et hereditate acquirent eam. et morabun=
42 tur in noua illa ſion: et in poſſeſſione accipient eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: et qui
diligunt nomen eius habitabunt in ea. et filij eorum qui patrem meum agnoſcunt et colunt/nouam
ſion/celorum regnum/celeſtem habitationem/poſſidebunt: et qui venerantur et amant verbum eiꝰ/
in eternitate temporum permanebunt in ea.

ADVERTE. hūc pſalmum ꝓphetiā eſſe de Chriſto: ipſe idē ſaluator ex ſecunda particula quin=
ti verſus dignatus eſt aperire. ⁊ diſcipuli eius apud Joannē authores ſunt ex 12 verſus prima par=



Ayuntamiento de Madrid

ticula. paulus vero apoſtolus: ex eiuſdē 12 verſus particula ſecunda et ex verſu 27 ⁊ 28. ⁊ viceſimiſexti verſus prophetiam conſtat aperte ex quatuor euāgeliſtarū teſtimonio/ in dn̄o ſaluatore noſtro/ ī viuifica eius paſſione fuiſſe impletam. ¶ Secundo verſu. et non eſt ſubſtantia: hieronymus ex hebręo et non poſſum conſiſtere. grecus autem interpres και ουκ εστιν υποστασις. quo deſignari videtur infixus in profunditate cœni peccatorū/ ſed non eſt hypoſtaſis/ non eſt ſubſidentia / nullum ſedimen nulla reſidentia firma (tanta eſt limi huius profunditas) vbi pes conſiſtere poſſit. et ſermonis intelligentia apud grecos clarior: niſi eos hypoſtaſis ea ſignificatio que medicis frequentiſſima et notiſſima eſt/ lateat. alia autē ſignificatio huius vocabuli hypoſtaſis/ eſt qua vtuntur theologi. et nunc ſubſiſtentiā/ nunc ſubſtantiā/ nunc perſonam perindeac προσωπον interpretatur: que minus huic loco eſt accomodata. quo fit vt rectius legeretur infixꝰ ſum in limo profūdi: ⁊ non eſt ſubſidentia. ſic enim ſedimen ⁊ quippiā firmū vbi ſtetur: melius intelligit̄. ¶ Sextodecimo verſu. ego vero orationem meā ad te dn̄e: melius mea vero oratio ad te dn̄e/ tum ex hebręo/ tum quia vt legimus nullꝰ ſenſus/ ſine extorta verbi abſentis ⁊ inuſitati intelligentia. ¶ Viceſimoquarto verſu. pro particula qua legimus improperium expectauit cor meum et miſeriam: hieronymus poſuit opprobrio contritū eſt cor meum/ et deſperatus ſum. vbi per id deſperatus noli intelligere Chriſtum ſpem perdidiſſe (id eēt impius error. et non deſperatus: ſed deſperaui legeretur) ſed hac particula deſignatur Chriſtus dn̄s ab alijs deſperatus/ alioſqꝫ de eo ſpem ꝙ ipſe eſſet meſſias et redemptor perdidiſſe. quod etiā de chariſſimis diſcipulis ſuis conſtat impletum fuiſſe. ſic enim diſcipuli eius qui ibant in locum prope hieruſalem qui nunc nicopolis: dicebant. nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus iſrael: et nunc ſuper hec omnia tertia dies eſt hodie/ ꝙ hec facta ſunt. quaſi ſperaſſent: ſed ſperare deſijſſent. quapropter dn̄s eos hoc pacto increpat: o ſtulti et tardi corde ad credendū in oībus que locuti ſūt ꝓphete. nonne hec oportuit pati Chriſtum: et ita intrare ī gloriam ſuam? itaqꝫ ſiue dicamus improperium expectauit cor meum et miſeriam: et hic quoqꝫ et dignus et verus ſenſꝰ. de quo beatiſſimꝰ paulus: qui propoſito ſibi (inquit) gaudio ſuſtinuit crucem/ confuſione contempta. ſiue etiam dicamus opprobrio contritum eſt cor meum et deſperatus ſum: et hec quoqꝫ intelligentia digna eſt.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | ¶ In finē Dauid in rememoratione\ eo quod ſaluū me fecit dominꝰ. LXIX. | ¶ In finem Dauid in rememoratione\ quod ſaluū me fecit dominꝰ. LXIX. | ¶ Victori Dauid ad recordandum. LXX. |
| 1 | Deus ī adiutorium meū intēde: dn̄e ad adiuuandum me\festina. | Deus ī adiutorium meū intēde: dn̄e ad adiuuandum me \ feſtina. | Deus vt liberes me: domine vt auxilieris michi\feſtina. |
| 2 | Confundātur et reuereātur: qui querūt aīam meā. | Confundantur et reuereantur inimici mei: qui querunt animam meam. | Cōfundātur ⁊ erubeſcāt: qui querunt animā meam |
| 3 | Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcant: qui volunt michi mala. | Auertāt̄ retrorſū ⁊ erubeſcāt: q̇ cogitāt michi mala. | Conuertantur retrorſum et erubeſcant: qui volunt malum michi. |
| 4 | Auertantur ſtatim erubeſcētes: qui dicunt michi euge euge. | Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt michi euge euge. | Reuertantur ad veſtigiū confuſionis ſue: qui dicunt vah vah. |
| 5 | Exultēt ⁊ letētur ī te oēs qui querūt te: ⁊ dicāt ſemp̄ magnificetur dn̄s qui diligunt ſalutare tuum. | Exultent ⁊ letētur q̇ querunt te dn̄e: et dicant ſemp̄ magnificet̄ dn̄s q̇ diligunt ſalutare tuum. | Gaudeāt ⁊ letētur ī te oēs qui querūt te: ⁊ dicāt ſemp̄ magnificetur dn̄s qui diligunt ſalutare tuum. |
| 6 | Ego vero egenus et pauper ſum: deus adiuua me. | Ego vero egenus et pauper ſum: deus adiuua me. | Ego autē egenus et pauper: deus feſtina pro me. |
| 7 | Adiutor meꝰ ⁊ liberator meꝰ es tu: dn̄e ne moreris. | Adiutor meꝰ ⁊ liberator meꝰ es tu: dn̄e ne tardaueris | Auxiliū meū et ſaluator meus tu: dn̄e ne moreris. |

TITULUS. Ad victoriam Dauid ad recordandū. Pſalmus de Chriſto dn̄o. Propheta in ſpiritu inducit Chriſtum ad patrē. ⁊ continet hic pſalmus rememorationē pſalmi 39 a decimo nono verſu ad finem vſqꝫ. nam ſecundus huius pſalmi verſus reſpondet 19 verſui pſalmi triceſiminoni. et tertius huius: 20 illius. et quartus: 21. ⁊ quītus: 22. ſextus: 23. ſeptimus et vltimus huius: 24. atqꝫ vlti-

Ayuntamiento de Madrid

me illius. quare hic ꝙ illic non eſt alia efflagitanda intelligentia. pꝛimus autem verſus huius pſalmi: ipſi peculiaris eſt/cuius intelligentia aperta.

ADVERTE Secundo verſu confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: id incompletum eſſe/ſed intelligentiam ex pſalmi 39 verſu 19 eſſe petendam. vbi ad id/qui querunt animam meam: adiicitur vt auferant eam. de male enim querentibus: hic verſus intelligendus.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | Pſalmꝰ dd filioꝝ Jonadab et pꝛioꝝ captiuoꝝ. LXX | Pſalmꝰ dd filioꝝ Jonadab et pꝛioꝝ captiuoꝝ. LXX | LXXI. |
| 1 | IN te domine ſperaui non cõfundar in eternum: in iuſtitia tua libera me et eripe me. | DEus i te ſperaui domine nõ cõfundar i eternum: in tua iuſtitia libera me ⁊ eripe me. | IN te domine ſperaui non cõfundar in eternum: ĩ iuſtitia tua erue me et libera me. |
| 2 | Inclina ad me aurẽ tuã: et ſalua me. | Inclina ad me aurẽ tuã: et libera me. | Inclina ad me aurẽ tuã: et ſalua me. |
| 3 | Eſto michi in deum pꝛotectoꝛem ⁊ in locũ munitum: vt ſaluum me facias. | Eſto michi in deum pꝛotectoꝛem ⁊ in locum munitũ: vt ſaluum me facias. | Eſto michi robuſtũ habitaculũ vt ĩgrediar iugiter: pꝛecepiſti vt ſaluares me. |
| 4 | Quoniam firmamentum meũ: et refugium meum es tu. | Quõ firmamẽtum meum et refugium meum es tu \ | Quia petra mea: et foꝛtitudo mea es tu. |
| 5 | Deus meus eripe me de manu pctõꝛis: et de manu cõtra legẽ agentis et iniqui | deus meus eripe me de manu pctõꝛis: et de manu contra legem agentis ⁊ iniqui | Deus meus ſalua me de manu impii: de manu iniqui et nocentis. |
| 6 | Quoniam tu es patientia mea domine: domine ſpes mea a iuuentute mea. | Quoniam tu es patientia mea domine: ſpes mea a iuuentute mea. | Qꝛ tu es expectatio mea: domine deus fiducia mea ab adoleſcentia mea. |
| 7 | In te cõfirmatus ſum ex vtero: de ventre matris mee tu es pꝛotectoꝛ meus. | In te cõfirmatus ſum ex vtero \ de vẽtre matris mee tu es meus pꝛotectoꝛ: in te | A te ſuſtẽtatꝰ ſũ ex vtero \ de vẽtre matris mee tu es pꝛotectoꝛ meꝰ: ĩ te laus mea ſẽp |
| 8 | In te cantatio mea ſemp\ tanꝙ pꝛodigiũ factus ſum multis: ⁊ tu adiutoꝛ foꝛtis | decantatio mea ſemper. Tanꝙ pꝛodigiũ factꝰ ſum multis: ⁊ tu adiutoꝛ foꝛtis | Quaſi poꝛtentum factus ſum multis: et tu ſpes mea foꝛtiſſima. |
| 9 | Repleatur os meũ laude vt cantem gloꝛiã tuã: tota die magnitudinem tuam. | Repleatᷣ os meũ laude tua vt poſſim cãtare gloꝛiã tuã tota die magnificẽtiã tuã. | Impleatur os meum laude tua: tota die magnitudine tua. |
oculos tuos: ſicut dies he=
ſterna que pꝛeterijt.
Et ſicut cuſtodia ī nocte:
que pꝛo nichilo habētur an=
ni eoꝛum.
Mane ſicut herba tranſ=
eat \ mane floꝛeat et per=
tranſeat:veſpere decidat in
duret et areſcat.
Quia defecimus in ira
tua: et ī furoꝛe tuo contur=
bati ſumus.
Poſuiſti iiq̄tates noſtras
ī cōſpectu tuo:ſeculū noſtrū
ī illuminatione vult9 tui.
Quoniā omnes dies no=
ſtri defecerunt:⁊ nos in ira
tua defecimus.
Anni nr̄i ſicut aranea me
ditabūtur:dies annoꝝ nr̄o
rū ī ipſis ſeptuaginta āniſ
Si autem in potentatib9
octoginta anni: ⁊ plurimū
eoꝛū laboꝛ ⁊ doloꝛ.
Q̄m ſup̄uēit ſup̄ nos mā
ſuetudo:et coꝛripiemur.
Quis nouit poteſtatē ire
tue: aut pꝛe timoꝛe iram
tuam dinumerare?
Dexteram tuam dn̄e no=
tam fac nobis: et eruditos
coꝛde in ſapientia.
Conuertere domine ali=
quantulum:⁊ depꝛecare ſu
per ſeruos tuos.
Repleti ſumus mane mi=
ſericoꝛdia tua: et exultaui
mus ⁊ delectati ſumus in
omnibus diebus noſtris.
Delectati ſum9 pꝛo dieb9
quibus nos humiliaſti: et
annis quib9 vidim9 mala.
Reſpice in ſeruos tuos et
in opera tua dn̄e: et diri=

## HEB.

reuertimini filij adam.
Quia mille anni in ocu=
lis tuis:ſicut dies heſterna
que pertranſijt: et vigilia
nocturna.
Percutiēte te eos vt ſom=
nium erūt: mane quaſi her
ba pertranſiens.
Mane floꝛuit et abijt: ad
veſperum cōteretur atq̄ ſic
cabitur.
Conſumpti enī ſumus in
furoꝛe tuo: et in indigna=
tione tua conturbati ſum9.
Poſuiſti iiq̄tates noſtras
coꝛam te: negligentias no=
ſtras in luce vultus tui.
Oēs enim dies nr̄i tranſie
runt:in furoꝛe tuo conſum
pſimus annos noſtros qua
ſi ſermonem loquens.
Dies annoꝛū noſtroꝛum:
in ipſis ſeptuaginta annis
Si autem multū\ octogin
ta anni:⁊ quod amplius lā
boꝛ et doloꝛ.
Quoniam tranſiuim9 ci=
to ⁊ auolauimus: quis no=
uit foꝛtitudinem ire tue\ ⁊
ſecundum timoꝛem tuum
indignationem tuam?
Ut numerentur dies no=
ſtri ſic oſtende:⁊ veniemus
coꝛde ſapienti.
Reuertere domine vſque=
quo:et exoꝛabilis eſto ſuper
ſeruos tuos.
Imple nos matutina mi=
ſericoꝛdia tua: et laudabi=
mus et letabimur cunctis
diebus noſtris.
Letifica nos pꝛo diebus
quibus afflixiſti nos:et an=
nis quibus vidimus mala.
Appareat apud ſeruos tu
os opus tuum:⁊ gloꝛia tua



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

lios eorum.
19 Et ſit ſplẽdor dñi dei nr̄i
ſup nos \ ⁊ opera manuum
noſtrarũ dirige ſup nos: et
opꝰ manuũ noſtrarum dirige

**ROM.**

ge filios eorum.
Et ſit plẽdor domini dei
noſtri ſuper nos: et opera
manuum noſtrarum diri=
ge ſuper nos.

**HEB.**

ſuper filios eorum.
Et ſit decor dñi dei nr̄i: ſu
p nos \ ⁊ opꝰ manuũ nr̄arũ
fac ſtabile ſup nos: et opus
manuũ noſtrarũ confirma.

TITULUS. Oratio Moyſi viri dei. confeſſio ſtatus hominis et deprecatio miſſionis ſaluatoris noſtri Chriſti dei. vir dei in perſona populi ſancti loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dñe refugiũ factus es nobis: a gñatione in generationem
dñe deus in tot malis que nos premũt/ tu ſolus relictus es ad quẽ confugiamus/ a quo opem ſpere=
2 mus: in poſteritatũ ſucceſſione et ſucceſſione. Priuſq̃ montes fierent aut formaretur terra et orbis:
a ſeculo ⁊ in ſeculũ tu es deus. dñe deus ſemper fuiſti/ ſemper eris: anteq̃ angeli crearentur et crea=
turarũ ſublimitates/ anteq̃ plaſmarẽtur terrena ⁊ mundus: ab eterno et ſine fine ineternum tu es de=
3 us. Ne auertas hominẽ in humilitatẽ: et dixiſti cõuertimini filij hominũ. ne penitus hominũ genus
quod tu plaſmaſti/ abijcias in vltimã peccati delectionẽ: qui ſententiã dediſti vt in puluerẽ et terram
4 ſuã conuertant filij adam. Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̃ dies heſterna q̃ preterijt. Et cuſto
dia in nocte/ q̃ pro nichilo habẽtur: eorum anni erũt. ne auertas hoiem in humilitatẽ/ qm̃ millenarium
annorum tempus eternitatis tue collatione qui ab ęterno ⁊ in ęternum es: ſicut heſterne diei defluxio q̃
iam abijt. ⁊ ſicut nocturne excubie: que et dies heſterna iam exacta/ et excubiarũ morula que nichili
6 eſtimantur eorum vite duratio. Mane ſicut herba tranſeat/ mane floreat et tranſeat: veſpere decidat
induret et areſcat. filiorum hominũ etates et annorum durationes hoc pacto erunt/ matutina adoleſcẽ=
tia ſicut fenum tranſibit/ meridiana iuuentus florebit et tranſibit: veſpertina ſenectus decidet indu=
7 rabit/ areſcet/ vitamq̃ mortificabit. Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati ſumus. hoc
nobis euenit ⁊ conſumimur/ quia incurrimus indignationem tuam preuaricatione noſtra: ⁊ in porta
8 tione pene iuſte iuſtitie tue confuſi et contribulati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu
tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui. preſentia tibi feciſti ſcelera noſtra: et iniquitates ſe
9 culi noſtri in luce/ in aperta cognitione poſuiſti ante vultũ tuum. Quoniam oẽs dies noſtri defece=
runt: et in ira tua defecimus. ꝙ autem peccata ⁊ iniquitates noſtras in luce ante vultum tuum poſue
ris hoc nobis ſignũ/ quia vniuerſe vite noſtre ſpacium exactum eſt: et in indignatione tua (nondum
10 placata/ nondum mitigata ira tua) cõſumpti ſumus. Anni noſtri ſicut aranea meditabũtur: dies an=
norũ noſtrorũ in ipſis ſeptuaginta annis. fragilia et cito deficientia annorum noſtrorum curricula ceu
11 araneorum fila cogitabuntur: dies decurſus etatis in filijs hoim ſeptuagenarius annorũ. Si autẽ i po=
tentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. ſi aũt in filijs hominũ robuſtiores et vi=
uaciores fuerint/ etas eorum octogenarius annorũ: et quod vite ſuperadditur morbus eſt et angor.
12 Quoniam ſuperuenit manſuetudo: et corripiemur. ⁊ in hac annorum breuitate additur punitioni tue
clementia/ quod nos non funditus deles/ et non perdis: ſed corripis/ cito nos ex clauſtris corporeis
13 auolare faciens. Quis nouit poteſtatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare? o vindex
potẽtiſſime quis eſt qui comprehendere poſſit quantũ poſſes punire/ niſi clemẽtia tua punitionẽ mi=
tigares: et quis auderet pre formidine tui numerũ ire tue/ immenſitatẽ punitionis quã potes inflige
14 re cogitare? Dexteram tuam dñe notam fac nobis: et eruditos corde in ſapientia. mitte nobis dñe et
oſtende brachium tuum: mitte ⁊ oſtende nobis ſanctos quos docuerit ſapientia eterna et verbum tu=
15 um. Cõuertere domine/ vſquequo/ ⁊ deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. placare domine/ et in be=
nignitate tua cõuertere ad nos/ quouſq̃ dñe non conuerteris? conuertere dñe et ꝓpicius eſto ſeruis
16 tuis. Repleti ſumus mane miſericordia tua: et exultauimus et delectati ſumus in oibus diebus no=
ſtris. repleſti nos aduentu viſitationis miſericordie tue/ brachij/ ſapiẽtie et Chriſti tui: et gaudio op
17 pleti ſumus/ et voluptate perfuſi tota duratione vite noſtre. Letati ſumus pro diebus quibus nos
humiliaſti: annis quibus vidimus mala. ex viſitatione miſericordie tue gaudio nos perfudiſti/ pro
diuerſi curriculis qbus nos ꝓleciſti: pro annis quibꝰ ad aduentũ vſq̃ et oſtenſionẽ brachij tui iratum
18 te habuimus/ vltionem tuam ſenſimus deſcendentes in infernum. Reſpice in ſeruos tuos et in ope=
19 ra tua: et dirige filios eorum. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos/ et opera manuum noſtra=
rum dirige ſuper nos: et opus manuum noſtrarum dirige. intende domine ſeruis tuis qui ſunt opus
tuum et quos tu regeneraſti tibi: et duc eos quos in fide genuerunt et qui ab eis proceſſerunt in ob=
ſeruatione voluntatis tue et mandatorum tuorum. et ſit verbũ/ imago et character dominatoris om
nium/ dei noſtri/ patris immenſi/ ſit lux omnia illuminans ſuper nos/ et operationes noſtras rectas
effice in nobis: et operationes noſtras rectas effice.

ADUERTE. Circa titulũ. oratio Moiſi viri dei. Paulꝰ hebræus credit hũc Moſẽ non fuiſſe le

Ayuntamiento de Madrid

giſlatorē/ſed vnum de prophetis quales Eman/Ethan et filij core.et argumētū ducit ex decimo et
vndecimo verſu:vbi etas hominum ſeptuagenario ⁊ octogenario annorū/id eſt ſimul centum quin=
quaginta diffinitur.Et quāuis id verum eſſet:non ducor argumento:nā qui prophetat:de futuro pnū
cians/plerūq̄ longe poſtmodū ventura dicit.quare etſi tēpore Moſeos ꝓtractiore mora viuebant:
non oportuit eum pro ſuo/ſed alio pro quo eum ſpiritus monebat/verum eſſe. ¶ Primo verſu.in
generatione et generatione:ſic etiā ex hebræo habetur/⁊ grece conſimiliter εν γενεα και γενεα ſo=
lemus tamen paſſim legere a generatione in generationem:quādam extenſionē refugij diuini a ſuc=
ceſſione in ſucceſſionem ſignificantes.⁊ qui ita dixerunt:vidētur eādem intelligentiā voluiſſe aut nō
obſcurius expreſſiſſe.et tres precipue ſunt generationes:nature/legis/et gratie.prima cepit ſecun=
da profecit.tertia perfecit.prima a mundi exordio ad Noam:ſecunda a noa poſt quē non multo poſt
Abraam et Moſes/ad Chriſtum.tertia a Chriſto domino ad mundi conſumationem.prima et ſecū
da tranſierunt.tertia nunc agitur:que maxime ad deum refugit/niſi quatenus iuxta oracula multo=
rum refriguit charitas. ¶ Tertio verſu.ne auertas hominem in humilitatem ⁊ dixiſti cōuertimini fi
lij hoīm:Hieronymus ex hebræo/ꝯuertēs hoīem vſq̄ ad contritionē/⁊ dicēs reuertimini filij Adā
Et paulus hebræus:ita ex hebræo expreſſit.auertiſti hoīem in humiliatione:et dixiſti reuertimini
filii hominū/negatq̄ vllā negationis particulā hic haberi.verum et cū Adam terrā/terrenūue ſigni
ficet:vult et id cum dicit̄ reuertimini filij Adam/intelligi de reuerſione in terram/acſi diceremus filij
terre ſeu terreni reuertimini in terram veſtrā vnde ortum natiuitatemq̄ duxiſtis.quod et ad ſequen=
tia quadrat.quāq̄ ſoleat id reuertimini:de vocatione ad deū a q̄ plurimis intelligi.potius igit̄ legen
dū auertiſti hoīem in hūilitatē/⁊ dixiſti ꝯuertimini filii hoīm.quo deſignat̄ adduxiſti hoīem in mor=
tem:⁊ dixiſti filii terre ſeu terreni (quid enī homo:niſi humꝰ ſeu humigena/dū eius hūiliationē cogi
tamus) cōuertimini in terrā veſtrā.que dei ſentētia eſt ad protoplaſtū:cinis es/et ī cinerē reuerteris
quid enī hoc:niſi hūmꝰ es/et in humū reuerteris? ¶ Quinto verſu.q̄ pro nichilo habētur/eoꝝ anni
erūt:Hieronymus ex hebræo percutiēte te eos/ſomniū erūt.quo ſignificat̄.ꝑflāte te:⁊ auferēte ſpi=
ritum filioꝝ hoīm:erit vita eorū veluti ſomniū qđ citiſſime euolat ⁊ pertrāſit.verū Paulꝰ hebræꝰ et
nōnulli aliorū:hunc locū ita intellexerūt fluctuaſti eos ſomniū erūt.quo deſignari volūt ꝑteritos lō=
geuioris vite hoīes fluctibꝰ diluuij obrutos/⁊ eoꝝ (qui a diluuio poſt eos futuri erāt) vitā/ob abbre
uiationē ſomnio cōparandā.primo enī a noningentorū annorū ⁊ porrectiore viuēdi ſpacio/ad cētū
viginti annos vita ꝯtracta eſt. erūtq̄ (inquit) dies illiꝰ centū viginti annorū.⁊ hoc in loco vitā inco=
lumē:ad ſeptuageſimū et octogeſimū in viuacioribus oraculū cōtrahit.Et ſi ſinitur lr̄a tralatiōis nr̄e
manere vt iacet:clarior intelligētia fuerit ſi verſum incipiamus eorū anni erūt.qui quidem anni her
be vniꝰ diei comparant̄:que mane viret/meridie floret/veſperi indureſcit ſiccatur ⁊ areſcit.Verū et
quod grece habetur τα εξουδενωματα αυτων ετη εσονται:ſine relatione legi poſſe videtur/vt
τα articulus ſit/ſitq̄ ita nectendum τα ετη αυτων εσονται εξουδενωματα ſignatq̄ verſus/vt
ſic dicam/nichilipendia anni eorū erunt.et ſatis fuiſſet pro eo εξουδενωματα ſolū vertiſſe pro ni=
chilo et ſic integrum noſtrum verſum legiſſe.Et cuſtodia matutina:pro nichilo anni eorum erunt.et
etiam (ſi hebræum reſpicias) et cuſtodia matutina ad precedentem verſum ſpectat:⁊ quod ſequitur
ſpectat ad ſequētem. ¶ Octauo verſu.ſeculū noſtrum:ex hebræo/negligētias nr̄as.paulꝰ hebręꝰ:
abſcondita noſtra.ſed quod interpretes dixerunt ſeculū:non aliud forte intellexerunt.quid eſt enim
immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo/et Chriſtū dediſſe ſemetipſum vt nos eriperet de preſenti ſe=
culo nequam:niſi ab iniquitatibus et de iniquitatibus ſeculi? ¶ Decimo verſu.anni noſtri ſicut ara
nea meditabūtur:ex hebræo conſumpſimus annos noſtros quaſi ſermonē loquēs.quo deſignat̄.ſic
repēte defecerūt anni noſtri:ſicut ſermo loquentis qui ocyus fugitat irreparabilis.et huic etiam ex
hebræo ſentētie:aſtipulatur Paulꝰ hebræus. ¶ Eodē decīo verſu.ſeptuaginta annis/⁊ vndecimo
octoginta anni.hic Auguſtinus myſticā intelligentiam putat potius ſequendam:et per ſeptuaginta
id intelligēdum quod per ſeptē/vniuerſum tēpus legis que in ſeptimo ſabbatizabat.et per octogin=
ta idem quod per octo:vniuerſum tempus gratie que octauum/reſurrectionis dn̄ice memoriā cele=
brat.itaq̄ poſt diluuium vniuerſa vita hoīm cōtracta eſt ad tēpus legis et tēpus gratie.deinde finis
mundi:que ſequetur perpetuus dolor ⁊ labor miſerorū.ex quo per oppoſitū/intelligimus ſolatiū ⁊
gaudium eternū iuſtorū.et Hieronymus/ante cōſimile ſenſerat.quāq̄ et arbitror oraculū ad lr̄am ve
rum eſſe:licet nonnulli opponant nobis macrouios vt taprobanitas/⁊ nōnullos alios quos cauſant̄
hanc etatē viuēdo excedere.ſed re vera/nullus eo tēporis deductos ſenes eſſe negabit.⁊ ſenium:la=
borē/anxietatē/curas et multa huius etatis incōmoda comitari.adde et iuxta adagium:ſenectutem
ipſam morbum eſſe.Et quid? ſi legēdum hic ſit (vt nōnulli volūt) excellētia eorū labor et dolor.qđ
perinde eſt acſi dicatur ſuperbia eorū labor ⁊ dolor.quaſi lōgeuitas annorū iis q̄bus ꝓlixius indul=
ſit deus viuēdi ſpacium/addiderit ſuperbiā que laborē parit ⁊ dolorē? pauci tamē excipiēdi/ex qui



Ayuntamiento de Madrid

bus deus (deletis ſupbis) mites ſeminauit qui colerent terrã. et vbi habem' vltimo caſu ſeptuagin-
ta annis: grecus habet in recto. εβΔομηκοντα ετη ſeptuaginta anni. vt ſic toti' verſus ſenſum colli
gas. dies annorum noſtrorũ in ipſis annis / ſunt ſeptuaginta anni. vt autẽ habemus / ſic ſenſus colli-
gitur / dies annorũ noſtrorum: ſunt in ipſis ſeptuaginta annis. et ſi tollas ipſis: eque ſenſum colligis ac
ſi dicas dies noſtri ſunt in nũero ſeptuaginta annorũ. ¶ Duodecimo verſu. qm̃ ſupuenit mãſuetudo
et corripiemur: Hieronymus ex hebræo qm̃ trãſiuimus cito et auolauim'. et hoc / ad ſequẽs accom-
modatum. q̃q̃ et interpretum expreſſio: non indignam habeat intelligentiam. ¶ Tertiodecimo ver
ſu. pre timore tuo. rectius tui. ſed id paſſim confunditur. ¶ Sextodecimo verſu. repleti ſumus ma-
ne miſericordia tua / et exultauimus et delectati ſumus omnibus diebus noſtris: Hieronymus ex he
bræo / imple nos matutina miſericordia tua / et laudabimus et letabimur cunctis diebus noſtris. qđ
intelligentie quadrantius eſt. Nam id exultauimus / et delectati ſumus om̃ibus diebus noſtris: quo
modo quadrat cum eo quod ſeptimo verſu dictum eſt defecimus in ira tua / et in furore tuo turbati ſu
mus / poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui: hic
igitur verſus / pariter et principium ſeptimidecimi verſus: per futurũ eſt exprimendum. aut princi-
pia horum verſuum cum ſacro Hieronymo per deprecatorium modum legẽda. Paulus hebræus:
per optatiuum expreſſit / hoc pacto repleamur mane miſericordia tua / et exultemus et delectemur oi
bus diebus noſtris. et vt conſequens erat reliquum exponere potuiſſet: letemur pro diebus quibus
nos humiliaſti. ſed rediit in intelligentiã hieronymi. ¶ Nonodecimo verſu. et opera manuũ noſtrarum
dirige ſuper nos / et opus manuũ noſtrarum dirige: ex hebræo / et opus manuũ noſtrarum fac ſtabile ſuper
nos / et opus manuũ noſtrarũ dirige. vbi in reiteratione: dictionis opus nõ mutat numerũ / ſed vtrobi
q3 dicit opus. et id precari videtur propheticus ſpiritus: vt bonũ opus noſtrum perſeuerãs fiat. ſed
ſicut ſine deo bonũ opus inchoare non poſſumus: ita quoq3 ſine deo in bono opere perſeuerare ſtabi
leſq3 eſſe non poſſumus. vt agnita fragilitate noſtra et eius benefica virtute: in omnibus agnoſcam'
benefactorem / et ei iuges gratias agamus. qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum amen.

¶ Laus cantici Dauid. LXXXX.

1 Qui habitat in adiu-
torio altiſſimi: i protectione dei celi cõmorabitur.
2 Dicet domino ſuſceptor
meus es tu: et refugium me
um deus meus.
3 Sperabo in eum qm̃ ipſe
liberauit me de laq̃o venan
tium: et a verbo aſpero.
4 In ſcapul' ſuis obũbrabit
tibi: et ſub pẽnis ei' ſperabis.
5 Scuto circundabit te veri
tas eius: non timebis a ti-
more nocturno.
6 A ſagitta volante in die a
negocio perambulante in
tenebris: ab incurſu et de-
monio meridiano.
7 Cadẽt a latere tuo mille et
decẽ milia a dextris tuis: ad
te autẽ non appropinquabit
8 Verumtamen oculis tuis
conſiderabis: et retributio
nem peccatorum videbis.

¶ Laus cantici Dauid. LXXXX.

Qui habitat i adiuto
rio altiſſimi: in protectione dei celi cõmorabitur
Dicet domino ſuſceptor
meus es\et refugiũ meum
deus meus: ſperabo i eum.
Quoniam ipſe liberauit
me de laqueo venantium:
et a verbo aſpero.
Scapulis ſuis obũbrabit
tibi: et ſub pẽnis ei' ſpabis.
Scuto circundabit te ve-
ritas eius: non timebis a ti
more nocturno.
A ſagitta volante per diẽ
a negocio perambulante in
tenebris: a ruina et demo-
nio meridiano.
Cadẽt a latere tuo mille et
decẽ milia a dextris tuis ti
bi autẽ nõ appropiquabunt.
Verumtamen oculis tuis
conſiderabis: et retributio-
nem peccatorum videbis.

LXXXXI.

Qui habitat i abſcon
dito excelſi: i vmbra
culo dñi commorabitur.
Dicens domino ſpes mea
et fortitudo mea deus me-
us: confidam in eo.
Quia ipſe liberabit te de
laqueo venantium: de mor
te inſidiarum.
In ſcapul' ſuis obũbrabit
tibi: et ſub alis ei' ſperabis.
Scutum et protectio veri
tas eius: non timebis a ti-
more nocturno.
A ſagitta volante per di-
em a peſte in tenebris ambu
lante: a morſu inſidiantis
meridie.
Cadẽt a latere tuo mille et
decem milia a dextris tuis
ad te autẽ nõ appropiquabit
Verumtamen oculis tuis
videbis: et vltionem impio
rum cernes.

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| 9 | Quoniam tu es domine ſpes mea : altiſſimum poſuiſti refugium tuum. | Quoniam tu es domine ſpes mea : altiſſimum poſuiſti refugium tuum. | Tu enim es domine ſpes mea : excelſum poſuiſti habitaculum tuum. |
| 10 | Non accedet ad te malū : ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. | Non accedent ad te mala : ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. | Non accedet ad te malū : et lepra non appropinquabit tabernaculo tuo. |
| 11 | Quoniā angelis ſuis mā dauit de te : vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. | Quoniā angelis ſuis mā dauit de te : vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. | Quoniā angelis ſuis mā dauit de te : vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. |
| 12 | In manibus portabūt te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. | In manibus portabunt te:ne vnq̄ offendas ad lapidem pedem tuum. | In manibus portabunt te : ne forte offendat ad lapidem pes tuus. |
| 13 | Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis:et conculcabis leonem ⁊ draconem. | Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis:et conculcabis leonem et draconem. | Super aſpidem et baſiliſcum calcabis : conculcabis leonem et draconem. |
| 14 | Qm̄ in me ſperauit et liberabo eum : protegā eum qm̄ cognouit nomen meū. | Qm̄ in me ſperauit liberabo eū : protegā eū quoniam cognouit nomen meum. | Qm̄ michi adheſit et liberabo eum : exaltabo eū qm̄ cognouit nomen meum. |
| 15 | Clamauit ad me et exaudiam eum \ cum ipſo ſum in tribulatione :eripiam eū et glorificabo eum. | Inuocauit me et ego exaudiam eum :cum ip̄o ſum in tribulatione. Eripiā eum ⁊ glorificabo eum \ | Inuocabit me et exaudiam eum\cum ipſo ero in tribulatione: eruam eū et glorificabo. |
| 16 | Longitudine dierum replebo eum : ⁊ oſtendam illi ſalutare meum. | longitudine dierum adimplebo eum : et oſtendam illi ſalutare meum. | Lōgitudine dierum implebo eum : et oſtendam ei ſalutare meum. |

TITULUS nullus. Pſalmus de Chriſto domino. propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in ꝓtectiōe dei celi ꝯmo
2 rabit. q̄ ſuſcipit ī vmbraculo verbi dei. in ꝓſidio dei celi ꝑmanebit. Dicet dn̄o ſuſceptor meus es tu:
et refugiū meū de⁹ meus ſperabo ī eū. ſuſceptus ī vmbraculo et ꝓtectione altiſſimi dicet/ dn̄s adiu=
3 tor meus eſt: ⁊ loc⁹ refugij deus meus eſt/ ꝯfidā ī eo. Qm̄ ipſe liberauit me de laq̄o venantium: et a
verbo aſpero. ꝯfidā ī eo/ qm̄ ipſe eripuit me de tētatiōibus malignoꝝ. ⁊ de ſubdola ſuggeſtiōe eoꝝ.
4 deinceps ꝓpheta ī ſpiritu dirigit verba ad Chriſtū habitatorem abſconditi altiſſimi. Scapulis ſuis
obūbrabit tibi: ⁊ ſub pēnis eius ſperabis. o tu q̄ in abſcondito dei habitas/ deus te proſequetur beni
5 gniſſimis fauoribus ſuis: et in m̄ia et iuſtitia ſua fiduciam tuam habebis. Scuto circūdabit te veri=
tas eius: non timebis a timore nocturno. in circuitu proteget te verbū eius: non formidabis a princi
6 pe tenebrarū. A ſagitta volāte in die/ a negocio perābulāte in tenebris: ab īcurſu et dæmonio meri=
ridiano. nō formidabis inquā a maligno in aperto ſeuiēte/ a ferocitate eius inſidiantis in occulto: ab
7 inſilitione eius/ et ab angelo nequā in angelū lucis ſe trāſformāte. Cadēt a latere tuo mille ⁊ decem
milia a dextris tuis: ad te autē nō approꝑīquabit. aſtu huius polymorphi et multiplicis ſathane la=
bentur et tētationi cedēt millení a ſiniſtris tuis/ cedent ⁊ deni milleni ex ijs qui erant in dextris tuis
8 collocati: verū ipſe ⁊ poteſtas eius ad te nō pertinget. Verūtamē oculis tuis cōſiderabis: et retribu
tionē peccatorū videbis: attamē in his corruētib₃/ in his tētationi cedentibus tu ipſe examine tuo/
diſcuſſione/ et cognitione tua dijudicabis: et vltionē in eos qui ī impietate ꝑſtiterint ipſe diſcernes.
9 Qm̄ tu es deus ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refugium tuū. enuero dn̄e habitor arcani ſecretiq₃ vm=
braculi dei/ de⁹ me⁹ es et fiducia mea: tu diuinitatē īhabitas oīb⁹ ſupeminentē et ſupgrediētem vni
10 11 uerſa. Non accedet ad te malū: et flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis
ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. ingreſſum ad te nō habebit peccatum: et cōta=
gio eius nō appropinquabit corpori tuo/ nō afficiet/ nō tāget ipſum. nā deus celeſtibus adminiſtra=
12 torijs ſpiritib⁹ ſuis p̄cepit de te: vt ſolicitā tui curā gerāt in vniuerſis agēdis tuis. In manib⁹ porta
būt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. angelici ſpūs obſequijs ſuis miniſtrabunt tibi: ne vel in
13 minimo poſſit eſſe offendiculum actionum tuarū. Super aſpidē et baſiliſcū ambulabis: ⁊ cōculcabis



Ayuntamiento de Madrid

leonem ⁊ draconē.tu habitator ſecreti dei/ſerpētis antiqui inſanabile virus ⁊ principem ſuperbum
calcabis:tu ſub pede premes eius ferocitatē/tu ſupprimes aiarū īſidiatorē.hactenus ꝓphete verba
14 in ſpiritu de Chriſto dño.que ſequunł/eterni patris verba ſunt de eodē. Quoniā in me ſperauit li=
berabo eū:protegā eum qm̄ cognouit nomē meū.quoniā in me deo patre ſuo/totā fiduciā ſuam cōie=
15 cit/ab omni inſultu maligno eripiam eū:defendā eū qm̄ ipſe me agnouit patrē ſuum. Clamauit ad
me et ego exaudiā eū/cū ipſo ſum in tribulatione:eripiā eum ⁊ glorificabo eum. eleuauit orationem
ſuā ad me ⁊ petitionibus eius ānuā/in oībus tribulationibus eius quas perferet in mūdo ipſi aſſū:⁊
16 ab illis eruā eum/et poſtq̄ eruero/in amenitatibus paradiſi clarificabo eum. Longitudine dierum
replebo eum:et oſtendam illi ſalutare meum. immortalitate vite donabo eum: et ei vt inhabitatori
et enhypoſtato/non vt ceteris/patefaciam et manifeſtabo verbum meum.
ADUERTE.primo verſu.qui habitat in adiutorio altiſſimi:Hieronymꝰ ex hebræo/qui habitat
in abſcōdito excelſi.quo nimirū ſermone accōmodatius deſignari poſſe videł: arcana ⁊ abſconſa fi=
lij dei incarnatio.ſacramentū eni incarnationis Chriſti / reuelatū etiā manet occultū/ſed et ( vt ver=
bis diuini Dionyſij vtar)nullo ſermone vel mēte/eius rei myſteriū ꝓmitur: verū ⁊ cū ꝓfertur /arca=
num:et dū intelligił/manet incognitū. ¶Secūdo verſu.dicet dño ſuſceptor meꝰ es tu et refugium
meū deus meꝰ ſperabo in eū:ex hebræo nullū Hieronymꝰ expreſſit verbū / ſed videtur potiꝰ tertie
perſone verbū ſi explicetur/exprimendū q̄ ſecūde/vt interp̄tes fecerūt/⁊ legendū potius hoc pacto
dicet/dñs ſuſceptor meus eſt/⁊ refugiū meū deus meꝰ/ſperabo in eo: et diſtinctiōes faciēde poſt di=
cet/eſt/et meus. ¶Tertio verſu.qm̄ ipſe liberauit me de laqueo venantiū/et a verbo aſpero :Hiero
nymus ex hebræo/quia ipſe liberabit te de laqueo venantiū / ⁊ de morte inſidiarū. quod ſi ita lega=
tur:ſermo quo propheta inducit Chriſtū loquentē finit in ſecūdo verſu/et ſermonē ſuū propheta di=
rigit ad Chriſtū vſq̄ ad quartūdecimū verſum. vt autē in tralatiōe noſtra legimus:ſermonē ſuum in
quarto verſu primū dirigit propheta. ¶Sexto verſu.a ſagitta volāte in die a negocio perābulāte in
tenebris/ab incurſu/et demonio meridiano:ex hebræo/a ſagitta volante per diē/a peſte in tenebris
ambulāte a morſu inſidiātis meridie.hec timor nocturnus/ſagitta volās in die/peſtis ſerpens in te=
nebris/morſus inſidiātis meridie:eiuſdē maligni ſpūs /ſathane/tentatoris hec videnł eſſe machina
menta.hos eni terrore ceco/et penarum inferorū metu quatit/⁊ adducit in tētationū laqueos. alios
cupiditate glorie / ambitionis ⁊ ſplēdore vite ferit.alios ingētibꝰ ſtimulis carnis ⁊ īquinamētis bul
lientis luxurie.alios curioſitate ſciēdi/et cōmercia habēdi cū angelis lucis:qui nō angelorū lucis ſed
tenebrarū tandē experiuntur ludibria.⁊ qđ hec de vno itelligānł: videtur inſinuare verſus ſequens
vbi de ijs qui tētatione maligni ruunt ſermo habeł/ſingulariter dicitur ad te autē nō appropiquabit
quaſi in ſuperioribus de vno dictū eſſet:qui in Chriſto nullā poteſtatē habuit /ne ꝓpe quidem acce=
dendi/niſi cū ei facta eſt poteſtas/nō vt vinceret/ ſed vt vinceretur/abiretq̄ cōfuſus. ¶Sed dices:
quomodo in latere Chriſti ⁊ ī leua tam pauci cadēt/vt mille expreſſi ſint / et in dextra tot vt pote de=
na milia?cū potius in ſiniſtra plures cadere cōſentaneū ſit? Hic agitur de ijs qui ꝑ varios aſtꝰ /ſagit
tas et tentationes dæmonis cadunt.⁊ nō negauerim / plures qui in leua ſunt ⁊ quaſi fauore Chriſti
deſtituti/ruere in perditionē.ſed id nō eſt molitionibus ⁊ ſuggeſtionibꝰ dæmonis: verū ꝓprijs eorū
cōcupiſcentijs ⁊ infidelitatis ꝑtinacia.ſufficit eni cōcupiſcētia eorū ⁊ infidelitas ad ſuā ꝑditionē. ſed
de ijs q̄ ad dexterā Chriſti collocāł:pauci ꝓprijs ꝯcupiſcētijs peūt/q̄ſi fauore Chriſti ⁊ fidelitate ſua
defēſi.ſed multi molitiōibꝰ ſathane ī tētatiōes ruūt.nō tñ ſi cadūt cōtinuo ꝑeūt / ſi ſtudēt vt reſurgāt
cautioreq̄; vitā agāt; īcūbit eni dæmoni circa hos cōtinuꝰ decipiēdi labor :circa illos ⁊ paucus q̄dē
neq̄ magno id īpēdio ne ex īfidelitate/aliq̄ occaſiōe reſipiſcāt.q̄re nihil mirū videał / ſi pauci cadere
tētatiōe ſathane itelligāł ī leua/⁊ mlti ī Chriſti dñi dextera.attñ Chriſtꝰ dñs/ex octauo verſu diſcer
net equa lāce oīa/⁊ videbit punitionē oīm q̄ a pctis nō reſipuerīt ⁊ q̄ in īpietatibꝰ ꝑmāſerint.poteſta
tē eni dedit ei pr̄ iudiciū facere/qꝛ filiꝰ hoīs eſt. ¶Nono verſu.qm̄ tu es dñe ſpes mea:Hieronymꝰ
ex hebræo/tu eni dñe ſpes mea.et hec particula eni quadrātior q̄ qm̄.et hoc nono verſu eū quē priꝰ
dixit habitare in abſcōdito excelſi/de q̄ pauloāte a leua et dextra ī laq̄os dæmonis caſuros multos
dixit/de q̄ ſubide dicturꝰ/āgelis ſuis deus mādauit de te: videł ꝓpheta deū agnoſcere vt pote quē
dñm ⁊ ſpē ſuā appellet. ¶Decimo verſu.nō accedet ad te malū ⁊ flagellū nō appropiquabit taber=
naculo tuo:Hieronymꝰ ex hebræo/nō accedet ad te malū/ ⁊ lepra nō appropinquabit tabernaculo
tuo.ex quo itelligił de malo culpe id eſt pctō hic eſſe itelligēdū/qđ ſubiūctū vocabulū lepra ſatis in
nuit.lepra eni ꝓpter quā/q̄ infectꝰ erat eijciebał e caſtris/figura eſſe videł peccati ob qđ q̄s a cōgre=
gatione ſanctorꝝ/a cetu iuſtorū in eternū ſeparabił/niſi ab eo morbo curatꝰ cōſpectui diuini ſacerdo=
tis q̄ eſt Chriſtꝰ dñs/penitꝰ mūdꝰ appareat.et flagellū (qđ dixerūt iterp̄tes) de flagello ꝯſciētie ver
berātis ⁊ quatiētis aſſiduo ictu ob male cōtractū facinꝰ peccatorē/quē alaſtora/vltricē īfeſtiſſimā mo
leſtiſſimāq̄ furiā greci dicūt/nō male forſitā itelligił/nō autem de flagello pœne.alioqui quo modo

Ayuntamiento de Madrid

poſtea diceret: cū ipſo ſū in tribulatione? ſed neqꝫ peccatū/neqꝫ flagellū cōſciētie peccati acceſſiſſe ta
bernaculo ei⁹ manifeſtū eſt: qui peccatū nō fecit/ neqꝫ eſt īuēt⁹ ī ore ei⁹ dol⁹. ꝛ q̄s (inq̄t) arguet me de
pctō? ¶ Undecimū verſū quē Matthei capite quarto tentator trunce allegat de Chriſto/ dubitabat
tn̄ eū eſſe Chriſtū et dicebat ſi fili⁹ dei es mitte te deorſū/ ſcriptū eſt ēi quia āgelis ſuis mādauit de te
et in manibꝫ tollēt te/ ne forte offēdas ad lapidē pedē tuū. Hieronym⁹ ī expōne hui⁹ pſalmi ſed ꝛa=
lias ī cōmētarijs ſuis ī ꝓphetas negat eſſe de Chriſto dictū/ vel vt oſtēdat diabolū q̄ a pricipio mē=
titur ī ſuis allegatiōibꝫ mēdacē/ vel qꝛ nō ſatis forte ꝑcipit quo mō hec vltia vltimi verſus ꝑticula et
oſtēdā illi ſalutare meū cū ipſemet ſit ſalutare/ illi ꝯueniat. ꝛ multi Hieronymo aſtipulati ſūt. Uerū/
timēdū id eſt: ne dū dæmonē oſtēdere nitimur mēdacē/ a dn̄o q̄ ei debet veritatē auferam⁹/ qđ mai⁹
piaculū ē. nōne qđ eſt apud Marcū ꝛ Lucā qꝛ ſpūs imūdi clamabāt dicētes/ tu es filius dei: vt ꝓbē
dæmonia eſſe mēdacia/ negabo eſſe filiū dei? minime id feret pietas. Et noſſe īſup oportet ſalutare ī
terdū ꝓ ſalute ꝛ eterna glorificatiōe accipi. vt ī pſalmi 61 verſu prio: ab ipſo enī ſalutare meum/ qđ et
Hieronym⁹ interꝑtat⁹ eſt ſal⁹ mea. quare ꝛ q̄d ꝓhibebit hic ītelligi: et oñdā illi ſalutē meā? adde ꝙ
et hic de Chriſto ſermo eſt ſcđm diſpēſationē carnis: alioq̄ nō diceret ꝓtegā eū/ ꝛ glorificabo eū. non
enī diuinitas ꝓtectiōe ꝛ glorificatiōe eget. quare q̄d ꝓhibet et ſalutare dei ꝓ filio dei/ verbo qđ erat
in principio apud deū: oñdi ei ſcđm diſpenſationē carnis/ ꝛ mō q̄dē ieffabili et ſoli humanitati ſūpte
peculiari? Ceterū de eodē legit apđ Mattheū/ aſſūpſit eū diabol⁹ ī mōtē excelſū valde: ī quo icrēpa
t⁹ ſubdol⁹ tētator a dn̄o vt abiret/ reliq̄t eū diabol⁹/ ꝛ ecce āgeli acceſſerūt ꝛ miniſtrabant ei. et q̄ꝑuis
miniſteria illa nō explicēt ab euāgeliſta/ q̄ tacet quo mō ex illo mōte excelſo valde in quo reliq̄rat eū
diabol⁹/ ꝑ abrupta iacceſſa ꝛ iuia reduct⁹ ſit ī iudeā: veriſile tn̄ videat ꝓphetiā āgelis ſuis mādauit
de te vt cuſtodiāt te ī oib⁹ vijs tuis/ ī manibꝫ portabūt te ne forte offēdas ad lapidē pedē tuū tūc fuiſ
ſe ipletā. et hec ī parte fuiſſe miniſteria ab āgel' illi/ ꝑcepto pr̄is exhibita: quēadmodū tūc victor cal=
cauit tortuoſū ſerpētē venenoſū/ regē filioꝝ ſuꝑbie/ furibūdū ꝛ aſtutū iſidiatorē dæmonē/ ꝛ ei⁹ tētatio
nes ſuꝑauit. de quo et 13 verſ⁹ ꝓphetat. Et q̄d eſt qđ ꝛ Hieronym⁹ ī frōte expōnis pſalmi ita hꝫ/ ꝑui
debat ꝓpheta qđ Chriſt⁹ vētur⁹ erat ī carne/ vt tētaret a diabolo: niſi ꝛ hūc pſalmū ꝛ ſcripta ī eo/ ītel
ligi vellet de Chriſto? nūq̄d ꝛ illud ſuꝑ aſpidē et baſiliſcū ābulabis ꝛ ꝯculcabis leonē ꝛ draconē: ap
te de Chriſto dictū fatet? cur igit ꝛ ea q̄ ſequūt nō erūt de Chriſto ꝛ ſi etiā mētis nr̄e captū ſētētia fu=
giat? nō igr̄ tātū negauit pſalmū de Chriſto dn̄o eſſe: quātū dubitaſſe viſus eſt quo modo ītelligēd⁹/
quo pacto applicād⁹ vltimus verſ⁹. qđ paulo lati⁹ hic dictū ē: qꝛ ob vnū ferme ī trāſitu/ Hieronymi
verbū/ multi torquēt pſalmū/ nō audētes Chriſto dn̄o (cui tn̄ vel maxie cōuenire videtur) applicare
¶ Tertiodecio verſu. ꝑ hec quatuor/ aſpidē/ baſiliſcū/ leonē ꝛ draconē: ſathanā ītelligere poſſumus
q̄ dū virus iſanabile iſūdit: aſpis ē. dū pricep ſuꝑbie ꝛ ſūm⁹ dæmonū tyrān⁹ plus ceteris prauitatiſ
hn̄s: baſiliſcus. dū furēs ꝛ frēdēs q̄rēs quē deuoret: leo. dū ex iſidijs occupās ꝛ obliq̄s iuolutatiōi=
bus: draco. poſſūt ꝛ ipſe ꝛ neq̄tiarū eius ꝯplices ſpūs ītelligi. ſic ei charitate Chriſti flāmatus diui=
nus martyr Ignatius: ī diabolū iuehēs/ inq̄t. tu q̄ tāqꝫ fulgur de ſublimi glia cecidiſti: audes dicere
dn̄o/ mitte te deorſū/ cui ea q̄ ſūt eſtimāt q̄ſi q̄ nō ſūt? ꝛ ad inanē gloriā ꝓuocas eū: q̄ nō extollit. ꝛ fin
gis ſcripturas de eo legere dicēs: ſcriptū eſt ei. qm̄ āgel' ſuis mādauit de te: neq̄n offendas ad lapidē
pedē tuū. ꝛ fingis te ſeq̄ntia ignorare: auferēs ea q̄ de te ac de tuis miniſtris ꝓphetauit dicēs ſuꝑ aſ=
pidē ꝛ baſiliſcū ābulabis ꝛ ꝯculcabis leonē ꝛ draconē. Quis ei ex hiſtorijs neſcit? aſpidē ītumeſcente
collo nullo/ ict⁹ remedio ſauciare: niſi contacte partes ilico reſecētur? ꝛ quid hoc niſi cui tumid⁹ ſer=
pēs ātiqu⁹/ vir⁹ ſuū iſtillauerit: nullū eſſe q̄n ꝑeat remediū/ niſi qđ viciatū eſt/ ꝓtin⁹ āputetur? eſt ei
ferme venenoſis oībus p̄ſens necādi ꝑnicies: niſi prōptiſſime ſuccurratur. et tu a dæmone morſ⁹ au=
des ī pctō ꝑnoctare/ alte ꝑmeāte veneno? Quid eſt qđ aſpides/ nō ī frōte ſed in tpībus oculos habēt Aſpis.
nō ante ſed ex aduerſo cernētes: niſi dæmonē ſic verſū retro/ vt amplius anteriora proſpicere neque
at. ¶ Et q̄d etiā baſiliſcus cādida ī capite macula/ vt quodā diademate iſignis/ nō flexu multiplici
nec vt reliq̄ corpus ipellēs/ ſꝫ celſus ꝛ erectus in medio/ iīcedēs/ necās frutices/ nō cōtactas modo
verū ꝛ afflatas exurens herbas/ rūpens ſaxa/ et oēs ſibilo fugās ſerpētes: niſi regis ſuꝑbie/ pricipis
dæmonioꝝ ſignū oēs alios exterrētis demones/ ſe ſēper in diuinitatē erigētis/ oīa quibus icubuerit Baſi=
aut q̄ afflauerit enecātis. ¶ Et leo etiā furorē annexū habet/ et īgenitā ferocitatē. vis eius in oculis. liſcus.
atqꝫ hoc tale tāqꝫ ſeuū animal: rotarū orbes circūacti/ curruſqꝫ inanes/ ꝛ gallinaceoꝝ criſte/ cantuſqꝫ
etiā huius alitis nūcie lucis magis terrēt/ ſed maxime ignes. at quid magis furēs/ q̄d ſeuius/ feroci=
uſqꝫ demone deglutiēte aīas? cuius ſi fide et humilitate īpietatē ꝛ ſuperbiā quaſi oculos eius veles/ Leo.
torpeſcit/ inualida? hebeſqꝫ reddit illa ferocitas. ſꝫ ꝛ timet āgelos dei/ eorūqꝫ voces/ catenas rotaſqꝫ
igneas/ ꝛ tormēta gehēne metuit neq̄tiarū illa ſpiritualis ſtygialiſqꝫ imanitas. ¶ Nūc autem de dra Draco
cone nōnichil ex hiſtoria adducamus. Quid eſt dracones draconibus diſſidentes/ oculos maxie ap=
petere ita vt pleriqꝫ ceci ac fame et meroris tabe confecti repertātur: niſi ꝙ demon a demone cecatur

Ayuntamiento de Madrid

in ea ipſa vere lucis carẽtia miſerabiliter periẽs? Quid ꝙ ex inſidijs in omnes merſi / bibituriẽtib⁹ ele
phãtis inſidiant / moꝛſũ in aurẽ defigũt illigata elephãtica manu / totũq; ſãguinẽ ebibũt / ſiccatiq; ele-
phãtes concidũt / ⁊ dꝛacones inebꝛiati oppꝛimunt cõmoꝛiũturq;: niſi ꝙ foꝛtioꝛibus malus demon ĩ-
ſidias tendit. atqui pꝛius nullã nocendi poteſtatẽ habet q̃ʒ amota bona operatione / ⁊ leſa fidei aure /
tunc ſuppeditatis exhauſto õni ſpiritualis alimonie ſucco / moꝛiẽtibus actoꝛ necis ipſe demon cõpꝛe
cipitatur / moꝛteq; cõmoꝛit eterna. a qua nos liberet Chꝛiſtus JHESUS ſẽperbñdictus: q̃ ſup aſ
pidẽ ⁊ baſiliſcũ ãbulauit et cõculcauit leonẽ ⁊ dꝛaconẽ. Uides igit / vt ĩ viſibilibus rebus diſceremus
ĩuiſibiles nequitias fugere: quo pacto figurauit nobis deus quaſi ſcripturas ⁊ notas quaſdã ſpiritua
liũ nequitiarũ / ſerpentes / venenoſa et furentia oĩa. et ꝙ ſint quedã note / expꝛeſſioneſq; demonũ: hoc
foꝛte indiciũ / ꝙ id genus ſerpentũ et venenoſoꝛũ maxime omnium patet incãtamentis ludificationi-
buſq; demonũ. At ꝙ beneficas etiã vires habent: hoc oſtendit (etſi note ſint) non tamẽ eſſe dæmonũ
ſed bone virtutis facturas. Adde ⁊ dæmonũ ſubſtãtias eſſe bonas. Sʒ de his foꝛte / abũdãti⁹ æquo.
¶ Quartodecimo verſu. qm̃ in me ſperauit: Hieronym⁹ ex hebꝛæo / qm̃ michi adheſit. Paul⁹ autẽ
hebꝛæus dictionẽ hic exiſtẽtẽ interpꝛetat vehemẽter dilexit / ⁊ cõglutinatus eſt. ſed quis Chꝛiſto ve
hemẽtius patrẽ dilexit: quis ſtrictius illi agglutinatus eſt ⁊ adheſit? et hoc / aliquid altius tralatiõe
noſtra ſonat. quis etiã patrẽ ⁊ nomẽ eius (qđ cõtinuo ſubiũgitur) Chꝛiſto melius perfectiuſq; nouit?
¶ Quintodecimo verſu. clamauit ad me: Hieronymus per futurũ / inuocabit me. et parũ referre vi-
det. nã ⁊ paulo ante ꝑteritũ vertit Hieronym⁹ / qm̃ michi adheſit ⁊ cognouit: neq; mutat ĩtelligẽtia.

¶ Pſalmus cantici in die ſabbati. LXXXXI.

1 BOnũ eſt cõfiteri do-
mino: et pſallere nõi
tuo altiſſime.
2 Ad annunciãdum mane
miſericoꝛdiam tuam: et ve
ritatem tuam per noctem.
In decachoꝛdo pſalterio
3 cum cantico in cithara.
4 Quia delectaſti me dñe ĩ
factura tua: et in opib⁹ ma-
nuũ tuarum exultabo.
5 Quã magnificata ſũt opa
tua dñe: nimis ꝓfũde facte
ſunt cogitationes tue.
6 Vir ĩſipiẽs nõ cognoſcet:
⁊ ſtultus nõ intelliget hec.
7 Cũ exoꝛti fuerint pctõꝛes
ſicut fenũ: et apparuerint
oẽs qui operantur iniq̃tatẽ
8 Vt intereant in ſeculũ ſe-
culi: tu autem altiſſimus ĩ
eternum domine.
9 Qm̃ ecce inimici dñe qm̃
ecce inimici tui peribunt: et
diſpergentur oẽs qui ope-
rantur iniquitatem.
10 Et exaltabit ſicut vnicoꝛ
nis coꝛnu meũ: et ſenectus
mea in miſericoꝛdia vberi.

¶ Pſalmus cantici in die ſabbati. LXXXXI.

BOnũ eſt cõfiteri do-
mino: ⁊ pſallere nõi
tuo altiſſime.
Ad annũciandum mane
miſericoꝛdiam tuam: et ve
ritatem tuam per noctem.
In decachoꝛdo pſalterio
cum cantico et cithara \ q̃a
delectaſti me dñe in factu-
ra tua: et in operibus ma-
nuum tuarum exultabo.
Quã magnificata ſũt opa
tua dñe: nimis ꝓfunde fa-
cte ſunt cogitationes tue.
Vir ĩſipiẽs nõ cognoſcit:
⁊ ſtultus non intelligit ea.
Cũ exoꝛientur pctõꝛes ſi-
cut fenũ \ et apparuerĩt oẽs
qui operantur iniq̃tatẽ: vt
intereãt in ſeculum ſeculi.
Tu autem altiſſimus: in
eternum domine.
Quoniã ecce inimici tui
dñe peribunt: et diſpergen-
tur omnes qui operantur
iniquitatem.
Et exaltabit ſicut vnicoꝛ
nis coꝛnu meum: et ſenect⁹
mea in miſericoꝛdia vberi.

¶ Pſalmus cantici in die ſabbati. LXXXXII.

BOnũ eſt cõfiteri do-
mino: et pſallere nõi
tuo altiſſime.
Ad annunciãdum mane
miſericoꝛdiam tuã: et fidẽ
tuam in nocte.
In decachoꝛdo et in pſal-
terio: in cantico et cithara.
Qm̃ letificaſti me dñe: in
opere tuo in facturis ma-
nuum tuarum laudabo.
Quã magnificata ſũt opa
tua dñe: ſatis pꝛofunde fa-
cte cogitationes tue.
Vir ĩſipiẽs nõ cognoſcet:
et ſtultus nõ ĩtelliget illud
Germinauerunt ĩpij qua
ſi fenum \ et floꝛuerunt oẽs
q̃ operant̃ iniquitatẽ: vt cõ
terantur vſq; ĩ ſempiternũ.
Tu autẽ excelſus: in eter-
num domine.
Ecce inimici tu dñe ecce ĩi
mici tui peribunt: et diſſi-
pabuntur omnes qui ope-
rantur iniquitatem.
Et exaltabit quaſi mono-
cerotis coꝛnu meum: et ſe-
necta mea in oleo vberi.

Ayuntamiento de Madrid

11 Et deſpexit oculus meus inimicos meos: inſurgentibus in me malignantibꝰ audiet auris mea.
12 Iuſtus vt palma florebit: vt cedrus libani multiplicabitur.
13 Plãtati i domo dñi: in atrijs dei noſtri florebunt.
14 Adhuc multiplicabũtur in ſenecta vberi: et bñ patientes erunt vt annuncient.
15 Q̃m rectꝰ dñs deꝰ noſter: et non eſt iniquitas in eo.

Et deſpexit oculus meus inimicos meos: et iſurgentes in me malignantes audiuit auris tua.
Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur.
Plãtati i domo dñi: in atrijs domꝰ dei nr̃i florebũt.
Adhuc multiplicabũt in ſenecta vberi: et bñ patientes erunt vt annuncient.
Q̃m iuſtꝰ eſt dñs deꝰ nr̃: et non eſt iniquitas in eo.

Et reſpiciet oculꝰ meꝰ eos q̃ inſidiant michi: de ijs q̃ conſurgũt aduerſũ me malignãtibꝰ audiet aur[is] mea.
Iuſtꝰ vt palma florebit: vt cedrꝰ ĩ libano multiplicabit
Trãſplãtati ĩ domo dñi: in atrijs dei nr̃i germiabũt
Adhuc fructificabunt in ſenectute: pingues ꝛ frondentes erunt.
Annunciãtes quia rectꝰ dominus fortitudo mea: et non eſt iniquitas in eo.

TITULUS. Pſalmus cantici in die ſabbati. Pſalmus de prouidentia dei. pſallebatur diebus ſabbati. propheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Bonũ ẽ cõfiteri dño: ꝛ pſallere nomini tuo altiſſime. O deꝰ
exaltatiſſime/ deus omnia tranſcendens/ ꝛ oĩbus ſupereminẽs ſalutare eſt bonitates tuas et bene=
2 ficia recenſere: bonũ ꝛ ſalutare eſt/ ſancto tuo ꝛ verbo tuo laudes canere. Ad annunciandum mane
miſericordiã tuã: ꝛ veritatem tuã per noctem. bonũ eſt beneficia tua recenſere dñe/ vt annuncietur in
3 exoriente eccleſia gratia et miſeratio tua: ꝛ lex tua in iudeorũ ſynagoga. In decachordo pſalterio:
cũ cãtico ĩ cithara. vt ãnũciet inquã miſericordia ꝛ lex tua in veteri teſtamẽto: cũ legis noue cãtico in
4 trine btitudinis cõfeſſione. Quia delectaſti me dñe ĩ factura tua: ĩ operibus manuũ tuar̃ exultabo.
bonũ eſt iſta cõfiteri q̃r tu altiſſime cõſolatꝰ es me in mirabili ordine ꝛ ꝓuidẽtia facture tue/ in incar=
5 natione filij tui/ ĩ regeneratiõe creature tue: ꝛ ĩ factis verbi tui ꝛ ſpiritus tui cõſolabor. Quã magni=
ficata ſũt opera tua dñe: nimis ꝓfũde facte ſũt cogitationes tue. O dñator altiſſime quãta dignitate/
6 quanta excellẽtia operatus es illa: inſcrutabilia ſunt conſilia tua. Vir inſipiens non cognoſcet: ꝛ ſtul
tus non intelliget hec. homo impius magnificentiã operũ tuorũ/ et tua conſilia inſcrutabilia eſſe nõ
7 agnoſcet: ꝛ vir ſuo ſenſui innixus ad illa mente non pertinget. Cum exorti fuerint peccatores ſicut
8 fœnũ: ꝛ apparuerit omnes qui operantur iniquitatẽ. Vt intereãt in ſeculũ ſeculi: tu autẽ altiſſimus
in eternũ dñe. cũ inſipientes ꝛ ſtulti cito prodierint ſicut herba terre: ꝛ cũ quaſi in trãſitu ꝛ momen=
to in mundo viſi fuerint vniuerſi mãdatorũ dei preuaricatores. vt eternis mandentur ſupplicijs: tu
9 dñe ſuper omnia exaltatus in ſempiternum manebis. Quoniã ecce iimici tui dñe/ q̃m ecce inimi=
ci tui peribũt: ꝛ diſpergentur omnes qui operantur iniquitatẽ. quoniã ecce inſipiẽtes ꝛ ſtulti aduer
ſarij tui dñe/ quoniã ecce aduerſarij opera tua ꝛ ꝓfũda conſilia tua negãtes interibũt: ꝛ tormẽtis diſ=
10 ſipabuntur oẽs tranſgreſſores iniqui. Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: ꝛ ſenectus mea ĩ
miſericordia vberi. ꝛ Chriſtus dñs/ potẽtia/ robur ꝛ fortitudo mea ſublimabitur in victoria vt cornu
11 vnicornis: ꝛ duratio mea ex egreſſione mundi huius ſempiterna/ in miſeratione tua pfecta. Et de=
ſpexit oculus meus inimicos meos: ꝛ ab inſurgẽtibus in me malignãtibus audiet auris mea. et vi=
dit animus meus vltionẽ aduerſantiũ verbis meis: et de ijs qui in malignitate michi contradicũt et
12 aduerſantur/ iudiciũ auſcultabit auditus meus. Iuſtus vt palma florebit: et ſicut cedrus libani mul
tiplicabitur. diuine legis factor in eternitate florebit vt palma: ꝛ fructu abundabit vt cedrus q̃ plan=
13 tatur in libano. Plantati in domo dñi: in atrijs domus dei noſtri florebũt. qui ex hac vita transferen
tur in regnũ dei: in ingreſſibus domus dei noſtri innouabunt etate/ ꝛ imortalitatis flore amicientur
14 15 Adhuc multiplicabunt in ſenecta vberi: ꝛ bene patientes erunt vt annunciẽt. Quoniã rectus de=
us noſter: ꝛ non eſt iniquitas in eo. inſuper multiplici fructu abundabunt in euo ſempiterno: diuina
patientur/ vt agnoſcãt ꝛ confiteant. quia iuſtus eſt dñs deus noſter: ꝛ non eſt iniuſtitia in eo ſiue iu=
ſtos in miſericordia coronando/ ſiue ſontes eternis penis afficiendo.

ADUERTE Secundo verſu. et veritatẽ tuã per noctẽ: Hieronymus ex hebræo/ ꝛ fidẽ tuam in nocte. de die enĩ qui hic per mane intelligitur/ ꝛ nocte/ pſalmo 18 dictũ eſt: dies diei eructat verbum/ et nox nocti idicat ſcientiã. ¶ Septimo verſu. exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ: ex hebræo/ germinauerunt impij quaſi fœnũ. et aptior ſermo: vt particule huic quadret/ tu autẽ altiſſimus in eternum dñe. cõformius igitur legi poſſet/ exorti ſunt peccatores ſicut fœnũ: ꝛ apparuerunt omnes qui

Ayuntamiento de Madrid

operantur iniquitatē. vt intereant ĩ ſeculũ ſeculi: tu autē altiſſimus in eternũ dñe. ¶ Undecimo verſu. ⁊ deſpexit oculus meus: ex hebræo / ⁊ reſpiciet oculus meus. quod aptius per futurũ ex partim precedētibus / ⁊ ſequētibus verbis exaltabitur ⁊ audiet. ¶ Duodecimo verſu. iuſtus vt palma florebit. id per eminentē glorificationis excellentiã Chriſto dño cõuenit: ceteris autē iuſtis ſecundũ chriſtiformē acceſſũ. Et iuſtus / palme ⁊ cedro cõparatur nõ ab re. palme quidē. quia palma qua iudæa terre viuentium figuram gerens / vel maxime regionũ inclyta eſt: niſi ſit in feruida terra ſterileſcit. ſimo quidã ledi tradũt. riguis gaudet ⁊ toto anno bibere. maſcula floret in palmite. pacis inſigne eſt ſalſum amat ſolum. quod ſi tale non eſt: ſalem aſpergũt. ⁊ de ea vt ⁊ de phœnice aue (qua cũ / nomē apud grecos cõmune habet) id mirũ predicatur: mori atqꝫ iterũ ex ſeipſa renaſci. Sed ⁊ ex materie eius cõfectis trabibus / id peculiare ponunt: premētibus oneribus ponderibuſqꝫ non cedere / ſed cõtra ſurſũ niti / victricēqꝫ euadere. Sed quid feruor: niſi charitas iuſti: ſimꝰ / peccati ſordities. irrigua et aque: fluenta doctrine perennia. flos maſculus: virilis virtus / non ſenſualis / non mollis ⁊ effeminata. ſal ⁊ alimonia ſalſa: cibus iuſti ſapientia / ſapientiaue conditus. ⁊ nonne is qui vere pacis author / ſũme victor / ſũme iuſtus ⁊ ſapiēs mortuus eſt: iterũ propria virtute ſurrexit in ĩmortalitatem: Sed ⁊ arido ligno vim illã ad alta ſurgendi ineſſe / cuius dicemꝰ eſſe veſtigiũ: Juſtos poſt obitũ nullis malis cedere / nullis premi poſſe / ſed in ſacris noue hieruſalē edificijs adaptatos ſemper ad alta conſcendere / omnibus malis aduerſitatibuſqꝫ ſuperiores. De cedro vero / qua ⁊ iudæa non minꝰ inſignis / maxime ea ex parte qua in ſyria ſitus eſt mons Libanus: tradunt hiſtorici. Que floret: fructũ nõ fert. fructifera: nõ floret. ⁊ in ea / antecedētē fructũ occupat nouus. materie vero ipſi eternitas. Et quid hoc aliud: qꝫ qui florēt ĩ hoc mũdo / nullũ tãdē allaturos fructũ: de quibꝰ paulo ãte ex hebræo dictũ eſt. et floruerũt oēs qui operanť iniquitatē: vt cõteranť in ſēpiternũ. at vero qui florē huius mũdi nõ habēt: fructũ vberē / multiplicatũqꝫ afferũt in patiētia ſua. Et quid etiã huius arboris ligni eternitas: niſi iuſtorũ / ęui perennitas: nõ incõcinne igiť iuſtus ⁊ florēti palme ⁊ fructifere cedro comparatur. ⁊ iuſti in terra viuentiũ / in paradiſo trãſplãtati: florebũt ⁊ fructificabũt ĩ ſēpiternũ. ¶ Tertiodecimo verſu. plãtati ĩ domo dñi: ex hebræo / trãſplãtati ĩ domo dñi. qđ accõmodatius dictũ videť. nam ex hoc mundo transferuntur in alterum: ideo non modo plantati / ſed et tranſplantati dicuntur.

Palma.

Cedrꝰ.

¶ Laus cantici Dđ in die ante ſabbatũ \ qñ inhabitata eſt terra. LXXXXII.

D Ominꝰ regnauit \
1 decorē ĩdutus eſt: ĩdutus eſt dñs fortitudinē
et precinxit ſe.
2 Eteni firmauit orbem terre: qui non cõmouebitur.
3 Parata ſedes tua ex tũc:
a ſeculo tu es.
4 Eleuauerũt flumina dñe:
eleuauerũt flumĩa vocē ſuã.
5 Eleuauerũt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarum.
6 Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs.
7 Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domũ tuam decet ſanctitudo dñe in longitudine dierum.

¶ Laus cãtici ipſi Dđ ĩ die ante ſabbatum qñ fundata eſt terra. LXXXXII.

D Ominꝰ regnauit \ decorē ĩduit \ ĩduit dominus fortitudinem: et precinxit ſe virtute.
Eteni firmauit orbē terre: qui nõ commouebitur.
Parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es.
Eleuauerũt flumina dñe eleuauerunt flumĩa voces ſuas: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis ĩ excelſis dominus.
Teſtimonia tua dñe: credibilia facta ſunt nimis.
Domũ tuã decent ſancta dñe: in longitudine dierũ.

LXXXXIII.

D Ominꝰ regnauit \ glĩa indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudine et accinctus eſt.
Inſuper appēdit orbem: qui non commouebitur.
Firmum ſoliũ tuũ ex tũc ab eterno tu es
Leuauerũt flumina dñe leuauerunt flumina voces ſuas: eleuauerũt flumina gurgites ſuos.
A vocibus aquarum multarũ grandes fluctꝰ maris: grandis in excelſo dñs.
Teſtimonia tua: fidelia facta ſunt nimis.
Domũ tuã decet ſãctitas dñe: in longitudine dierũ.

TITULUS nullus. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dñs regnauit / decorem indutus eſt: ĩdutus eſt dñs fortitudinem ⁊ precinxit ſe. Chriſtus dominus in terris viſus eſt ⁊ cũ hominibus conuerſatus eſt / ami=

Ayuntamiento de Madrid

ctus eſt ſplendida imnõrtalitatis veſte: omnipotentia circumamictus ſeſe accinxit cælos conſcendere.
2 Etenim firmauit orbem terre: qui non cõmouebitur. nam et ipſe ſpiritu ſancto miſſo habitatores orbis
3 in fide ſtabiliuit: ⁊ nõ dimouebuntur. Parata ſedes tua ex tunc: a ſeculo tu es. diſpoſitꝰ tibi thronus
in dextera patris / ⁊ in fideli eccleſia tua a reſurrectione tua: tu ipſe ab eterno extitis / eſq; ante ſecula
4 deus. Eleuauerunt flumina dñe: eleuauerũt flumina vocem ſuam. apoſtoli tui dñe et diſcipuli flu-
enta noue legis per orbẽ portantes / auditã fecerũt predicationẽ ſuã: apoſtoli et diſcipuli tui ſanctam
5 diuulgauerunt doctrinã euangelij pacis. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibꝰ aquarũ mul-
tarũ. apoſtoli et diſcipuli potẽtia predicationis et inundatione diuini verbi plꝰ potuerũt: q̃ cõtradi-
6 ctiones multorũ populorũ. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs. fortes ⁊ admirãde re
7 luctationes mũdi: ſed mirabilior in cælis reſidẽs in dextera patris Chriſtꝰ dñs. Teſtionia tua credi
bilia facta ſunt nimis: domũ tuã decet ſanctitudo dñe in longitudine dierũ. O Chriſte dñe habitator
excelſi / mãdata tua per ſeruos tuos virtutibꝰ / ſignis / ⁊ pdigijs tuis / ĩtãtũ vt nequaq̃ ãplius dubita
ri queant ſunt roborata: par eſt dñe vt eccleſia tua / ſancta et incõtaminata tibi ſeruiat in perpetuum.
ADUERTE. Primo verſu. dñs regnauit decorẽ iduit / induit dñs fortitudinẽ ⁊ precinxit ſe. Qui
eccleſie romane vſum ſequũtur (et ſi pſalmos tralationis quã gallicana ſecuta eſt eccleſia nũc q̃ plu-
rimũ legãt) verſu primo ad cãticũ zacharie tralationis vtũtur romane / illicq; ita dicunt. Dñs regna-
uit decorẽ induit: induit dñs fortitudinẽ et precinxit ſe virtute. cetera faciliime cõciliationi patent.

¶ Pſalmus Dauid quarta ſabbati. LXXXXIII.

1 Deus vltionũ dominus: deus vltionũ libere egit.

2 Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

3 Uſquequo pctõres domine: uſquequo peccatores gloriabuntur?

4 Effabũtur et loquentur iniquitatem: loquentur oẽs qui operantur iniuſtitiam?

5 Populũ tuum dñe humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt.

6 Uiduã ⁊ aduenã ĩterfecerũt: et pupillos ceciderunt.

7 Et dixerũt nõ videbit dñs nec intelliget deus iacob.

8 Intelligite inſipientes in populo: et ſtulti aliquando ſapite.

9 Qui plantauit aurem nõ audiet: aut qui finxit oculum non conſiderat?

10 Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem ſcientiam?

11 Dñs ſcit cogitationes hominũ: quoniam vane ſunt.

¶ Pſalmus Dauid quarta ſabbati. LXXXXIII.

Deus vltionũ dominꝰ: deus vltionum libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

Uſquequo pctõres domine: uſquequo peccatores gloriabuntur?

Pronunciabũt ⁊ loquentur iniquitatẽ: loquentur oẽs qui operantur iniuſtitiam?

Populũ tuum dñe humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt.

Uiduã ⁊ aduenã ĩterfecerunt: ⁊ pupillos ceciderũt.

Et dixerũt nõ videbit dñs neq; intelliget deus iacob.

Intelligite nunc qui inſipientes eſtis in populo: et ſtulti aliquando ſapite.

Qui plantauit aurem nõ audiet: qui finxit oculum non conſiderat?

Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem ſcientiam.

Dñs nouit cogitationes hominum: qm̃ vane ſunt.

LXXXXIIII.

Deus vltionũ domine: deꝰ vltionũ oſtẽde te.

Eleuare qui iudicas terram: redde viciſſitudinem ſuperbis.

Uſquequo impij domĩe: uſquequo impij exaltabuntur?

Fluẽt loquẽtes antiquũ: garriẽt omnes qui operantur iniquitatem?

Populum tuũ domine cõterent: et hereditatem tuã affligent.

Uiduã ⁊ aduenã interficient: ⁊ pupillos occident.

Et dixerũt nõ videbit dñs et non ĩtelliget deꝰ iacob.

Intelligite ſtulti in populo: ⁊ inſipientes aliquando diſcite.

Qui plantauit aurẽ non audiet: aut qui finxit oculum non videbit?

Qui erudit gentes nõ arguet: qui docet hominem ſcientiam?

Dñs nouit cogitationes hominum: quia vane ſunt.

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| 12 | Beatus homo quē tu eru=<br>dieris domine : et de lege<br>tua docueris eum. | Beatus homo quē erudie<br>ris domine : et de lege tua<br>docueris eum. | Beatus vir quē tu erudie<br>ris dn̄e et de lege tua do=<br>cueris eū \ vt quiescat a die=<br>bus afflictionis : donec fo=<br>diatur impio interitus. |
| 13 | Ut mitiges ei a diebꝰ mal'<br>donec fodiat' pctōꝛi fouea. | Ut mitiges eū a diebꝰ ma<br>lis dōec fodiat' pctōꝛi fouea | |
| 14 | Quia non repellet domi=<br>nꝰ plebē suā: ⁊ hereditatem<br>suā nō derelinquet. | Quia non repellet domi=<br>nus plebem suam: et heredi<br>tatem suā non derelinquet | Non enī derelinquet dn̄s<br>populum suū : et heredita=<br>tem suam non deseret. |
| 15 | Quoadusqꝫ iustitia con=<br>uertatur in iudicium : et q̄<br>iuxta illam? omnes qui re=<br>cto sunt coꝛde. Semper. | Quoadusqꝫ iustitia con=<br>uertatur in iudiciū : et qui<br>tenent eum? oēs qui recto<br>sunt coꝛde. Dp̄. | Quoniam ad iustitiam<br>reuertetur iudicium: et se=<br>quentur illud omnes recti<br>coꝛde. Sela. |
| 16 | Quis consurget michi ad<br>uersꝰ malignantes : aut q̄s<br>stabit mecum aduersꝰ ope=<br>rantes iniquitatem? | Quis exurget michi ad<br>uersus malignantes : aut<br>q̄s stabit mecum aduersus<br>operantes iniquitatem? | Quis stabit pꝛo me aduer<br>sus malos : quis stabit pꝛo<br>me aduersus operarios ini<br>quitatis? |
| 17 | Nisi quia dominus adiu<br>uit me : paulominus habi=<br>tauit in inferno aīa mea. | Nisi quia dn̄s adiuuasset<br>me : paulominus habitaue=<br>rat in inferno anima mea. | Nisi quia dn̄s auxiliatoꝛ<br>meus: paulominus habitas<br>set in inferno anima mea. |
| 18 | Si dicebā motꝰ ē pes meꝰ:<br>mīa tua dn̄e adiuuabat me | Si dicebā motꝰ ē pes meꝰ:<br>mīa tua dn̄e adiuuabat me | Si dicebā motꝰ ē pes meꝰ:<br>mīa tua dn̄e sustētabat me. |
| 19 | Secundū multitudinem<br>doloꝛum meoꝛum in coꝛde<br>meo: cōsolatiōes tue letifi=<br>cauerūt animam meam. | Secundū multitudinem<br>doloꝛum meoꝛum in coꝛde<br>meo: consolationes tue leti=<br>ficauerūt animam meam. | In multitudie cogitatio<br>num mearum q̄ sunt in me<br>intrinsecꝰ: cōsolationes tue<br>delectabant animam meā. |
| 20 | Nunquid adheret tibi se=<br>des iniquitatis: qui fingis<br>laboꝛem in pꝛecepto? | Nunquid adheret tibi se=<br>des iniquitatis qui fingis<br>doloꝛem in pꝛecepto? ca= | Nunqd particeps erit tui<br>thronus insidiarū: qui fin=<br>gis laboꝛem in pꝛecepto? |
| 21 | Captabunt in animā iu=<br>sti: et sanguinem innocentē<br>condemnabūt. | ptabunt in animam iusti :<br>et sanguinem innocentem<br>condemnabunt. | Copulabūtur aduersum<br>aīam iusti : et sanguinē in=<br>nocentem condemnabunt. |
| 22 | Et factꝰ est michi dominꝰ<br>in refugium: et deus meus<br>in adiutoꝛium spei mee. | Et factus est michi dn̄s in<br>refugium: et deus meus in<br>auxilium spei mee. | Erit autē dominus michi<br>in refugium: et deus meus<br>quasi petra spei mee. |
| 23 | Et reddet illis iniquita=<br>tē ipsoꝛum \ et in malitia eo<br>rum disperdet eos : disper=<br>det illos dominꝰ deꝰ noster | Et reddet illis dn̄s iniqui<br>tates ipsoꝛum: ⁊ in malitia<br>eoꝛum disperdet illos do=<br>minus deus noster. | Et restituet super eos ini=<br>quitatem suam \ et in mali=<br>tia sua perdet eos : perdet<br>eos dominus deus noster. |

TITULUS nullus. Psalmus de Chꝛisto domino. Pꝛopheta in spiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Deus vltionū dn̄s: deus vltionū libere egit. deus ad quē
spectat iudiciū ⁊ vīdictā facere dn̄s est: deꝰ ad quē spectāt vindicte cogi non potest / sed oīa ꝑ nutu et
2 arbitrio fecit. Exaltare q̄ iudicas terrā: redde retributionē supbis. O dn̄e terrenoꝝ iudex / magnifica
3 re: patefaciēs potentiā tuā repēde vices elatis ⁊ spijs. Usquequo peccatoꝛes dn̄e: vsquequo pecca
4 toꝛes gloꝛiabunt? Effabunt et loquētur iniquitatē: loquentur oēs q̄ operant iniustitiā? quousqꝫ dn̄e
supbi: quousqꝫ supbi insolescēt et efferentur? quousqꝫ concinnabunt dolosa mēdacia et effutiēt verba
5 iniqua: quousqꝫ effutiēt vniuersi qui transgrediūtur legē tuā? Populū tuū dn̄e humiliauerūt: ⁊ here
6 ditatē tuā vexauerunt. Uiduā et aduenā interfecerūt: et pupillos occiderūt. hi supbi / iniustitijs suis
plebē tuā israel dn̄e deiecerūt: et possessionē tuā attriuerūt. relictā vero et peregrinum moꝛi compule

Ayuntamiento de Madrid

7 tuũt:et orphanos interemerũt. Et dixerũt nõ videbit dñs:nec intelliget deus iacob. et hec facientes
8 blaſphemauerũt dicẽtes/non aſpiciet hec dñs:nõ curabit et nõ agnoſcet de⁹ iacob. Intelligite inſipi
entes in populo:et ſtulti aliquando ſapite. O vos ipſi in plebe/animũ aduertite:et o vos in ſẽſu vro
9 10 decepti/aliquãdo reſipiſcite. Qui plãtauit aurẽ nõ audiet:et qui finxit oculũ nõ cõſiderat? Qui cor
ripit gentes non arguet:q̃ docet hominem ſcientiã? vos dicitis nõ videbit dñs/nõ intelliget deus ia
cob/ſed nunquid qui alijs preſtat auditũ nõ audiet:qui alijs facultatẽ vidẽdi/nõ videbit? nunq̃d q̃
11 emẽdat nationes nõ reprehẽdet:qui p̃bet hoi diſciplinã? Dñs ſcit cogitationes hoim:q̃m vane ſũt.
nolite ipſi de deo dicere nõ videt/nõ intelligit opera nr̃a/nã dñs qui docet hoiem ſcientiã/nõ ſolum
12 facta ſed et abſcõdita cordiũ nouit:et q̃ hoim cogitat⁹ errore pleni ſũt. Beatus homo quẽ tu erudie
ris dñe:et de lege tua docueris eũ. O dñe deus quia meditata noſtra de ſe et quaten⁹ a nobis ſũt va
na ſunt/fœlix et bonã ſortitus animã vir ille quẽ tu inſtruxeris:et quẽ in mãdatis legis tue iſtitueris
13 Ut mitiges ei a dieb⁹ malis:donec fodiat̃ peccatori fouea. beat⁹ quẽ tu i lege tua docueris/ vt miſe
14 ricorditer cũ eo agas i tẽpore vltionis:interi dũ ipio parat̃ punitionis tue locus. Quia non repellet
15 dñs plebẽ ſuã:et hereditatẽ ſuã nõ derelinquet. Quoadusq̃ iuſtitia cõuertat̃ in iudiciũ:et qui iuxta
illã oẽs q̃ recto ſũt corde. beat⁹ iquã ille/q2 non reijciet dñs quẽ ita docuerit populũ ſuũ:et domũ iſ
rael nõ deſeret. quouſq̃ diuinũ cõſiliũ executioni demãdabitur/quouſq̃ Chriſt⁹ de celo deſcẽderit:
16 et ei adheſerint vniuerſi q̃ recta erũt mẽte. Quis cõſurget michi aduerſus malignãtes:aut quis ſta
bit mecũ aduerſ⁹ operãtes iniq̃tatẽ? q̃s adherebit michi aduerſ⁹ iuſtitie ⁊ iudicio dei maligne repu
17 gnãtes:q̃s adherebit michi aduerſus operarios iniq̃tatis/et diuinorũ trãgreſſores mãdatorꝫ? Niſi
quia dñs adiuuit me:paulomin⁹ habitaſſet i iferno aĩa mea. tãtos tãq̃ validos diuine iuſtitie intuẽs
aduerſarios/et tã paucos michi adherẽtes aduerſus eos/parũ defuit qui defecerit aĩa mea ad iferna
18 deſcendens: ⁊ defeciſſet/niſi q2 dñs fuit auxiliator me⁹. Si dicebã motus eſt pes me⁹: miſericordia
tua dñe adiuuabat me. ſi cogitabã fragilitatẽ meã/ꝯſiderãs i tãtis malis me ſubſiſtere nõ poſſe:miſe
19 ratio tua ſuſtẽtabat me. Scd̃m multitudinẽ dolorũ meorꝫ i corde meo:cõſolatiões tue letificauerunt
aĩam meã. tu dñe ſcd̃m copioſitatẽ anxietatũ animi mei:cõſolationib⁹ tuis letitias aĩe mee cõtuliſti.
20 Nũq̃d adheret tibi ſedes iniq̃tatis:q̃ fingis laborẽ i p̃cepto? nũq̃d poteſtas prauorꝫ adiũgit̃ ⁊ agglu
21 tinat̃ tibi:q̃ pœnã iniq̃tati lege tua iponis? Captabũt i aĩam iuſti:⁊ ſãguinẽ inocẽtẽ ꝯdẽnabunt. ſe
des iiq̃tatis/põtifices/ſcribe ⁊ phariſei ꝯſiliũ i vnũ capiẽt i mortẽ Chriſti dñi:⁊ iſontẽ morti adiudi
22 cabũt. Et fact⁹ eſt michi dñs i refugiũ:⁊ dñs me⁹ i adiutoriũ ſpei mee. ⁊ Chriſt⁹ dñs fact⁹ ẽ port⁹ ſa
23 lutis mee:⁊ Chriſt⁹ dñs i auxiliũ redẽptiõis quẽ ſpaui/ vlteq̃ etne. Et reddet illis iiq̃tatẽ iporꝫ/ ⁊ i
malitia eorꝫ diſp̃det eos:diſp̃det illos dñs de⁹ noſter. et deus iudex iuſtus vltiõis vices repẽdet eis
pro iuſti condẽnatione/pro immani ſcelere eorum/et i perfidia eorũ interimet eos:iterimet eos eter
noq̃ afficiet ſupplicio dominator et conditor noſter.
ADUERTE. Hic pſalm⁹ apud hebræos feria q̃rta legebat̃:q̃ ⁊ quarte ferie apud nos eſt figura.
et feria quarta tradit⁹ ẽ ſãguis iuſt⁹. feria quarta aduerſ⁹ Chriſtũ dñm pctõres effabantur ⁊ loq̃bant̃
iiq̃tatẽ:loq̃bant̃ oẽs q̃ opati ſũt iiuſtitiã. nec mirꝫ ſi Moiſes vt ⁊ Dauid ⁊ ceteri ꝓphete hic de Chri
ſto ſaluatore/de ꝯſilijs ipiorꝫ ⁊ de ei⁹ iiuſta cõdẽnatiõe dicit teſtimoniũ. ¶ Primo verſu. deus vltio
nũ libere egit:ex hebræo/de⁹ vltionũ vlciſcere. qd̃ ex p̃cedẽtib⁹ ⁊ ſequẽtib⁹ videtur apti⁹ quadrare
¶ Quarto verſu. effabũtur ⁊ loquẽtur iniq̃tatẽ/loquẽtur oẽs:ex hebræo fluẽt loquẽtes ãtiquũ/gar
riẽt oẽs. id antiquũ vetus error ⁊ ipietas circa dei ꝓuidẽtiã/⁊ curã rerũ humanarꝫ. tp̃e ei ſaluatoris/
copioſi erãt ſaducei. ⁊ q̃ pp̃lo p̃erãt:ſup̃bi erãt/gloriã ſuã q̃rẽtes/q̃ iiuſtitijs ⁊ iiq̃s iudicijs mala fa
ciebãt q̃ 5/6/ et 7. v̾ſus deſcribũt/quaſi de⁹ neq̃ hũana curaret neq̃ agnoſceret. ⁊ opa Chriſti/nõ deo
(vt ex euãgelio agnoſcit̃) ſꝫ demonijs aſcribebãt. ¶ Nono verſu. aut q̃ finxit oculũ nõ ꝯſiderat meli⁹
nõ cõſiderabit. Nã ⁊ ſic ex hebræo/aut q̃ finxit oculũ nõ videbit. ⁊ id etiã ex p̃cedẽti verbo audiet et
etiã ſeq̃nti arguet. et qd̃ hꝫ Hieronym⁹ accõmodatius. nã vt audire ad aurẽ/ita videre ad oculũ. cõſi
derare aũt cogitatiõis poti⁹. tametſi iterna auris ⁊ audit ⁊ iternus oculus cõſiderat imo hec oĩa i in
terno ſenſu coicidũt. ſiq̃dẽ interna auris et audit et videt/cõſiderat ac diſcernit. ⁊ eq̃ oĩa hec internus
ocul⁹. hec ei artifici/q̃ ea plãtauit ⁊ finxit ſimiliora ſũt:i cui⁹ vna ſimpliciſſima potẽtia/oĩa coicidũt.
¶ Quitodecio verſu. ⁊ q̃ iuxta illã oẽs q̃ recto ſũt corde:Hieronym⁹ ex hebræo/⁊ ſequent̃ illud oẽs
recti corde. quare poti⁹ legẽdũ ⁊ q̃ iuxta illud oẽs recto ſũt corde ⁊ id abſq̃ iterrogatione legat̃/⁊ illd̃
referat̃ iudiciũ. Nã ⁊ grece ſic habet̃ και εχομενοι αυτης παντες οι ευθεις τη καρδια. et atti
gui ei oẽs recti corde. vbi id ei fœmininũ et refert κρισιν etiã fœmininũ/qd̃ iudiciũ dicim⁹. ideo re
latiuũ i tralatiõe nr̃a cũ gen⁹ antecedẽtis mutaret̃ i neutrũ/neutro etiã genere fuit explicãdũ dicẽdũ
q̃ iuxta illud nõ iuxta illã. ¶ Uiceſimoſecũdo verſu. et fact⁹ eſt michi dñs refugiũ:ex hebræo erit ãt
michi dñs in refugiũ. quaſi diceret ex nũc non ſũ conſcius/non conſentio nequitie captãtiũ in aĩam iu
ſti/ſanguinẽ iuſtũ cõdẽnãtiũ/ſed erit michi dñs propici⁹/et erit michi dñs i firmamentum ſpei mee.

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

¶ Laus cãtici ipſi Dauid
LXXXXIIII.
1 Venite exultemus
domino: iubilemꝰ
deo ſalutari noſtro.
2 Preoccupemus faciẽ eius
in confeſſione: ⁊ in pſalmis
iubilemus ei.
3 Quõ deus magnꝰ dñs: et
rex magnꝰ ſuper oẽs deos.
4 Quia in manu eius fines
terre: et altitudines mon-
tium ipſius ſunt.
5 Quoniã ipſius eſt mare
et ipſe fecit illud: et ſiccam
manus eius formauerunt.
6 Venite adoremus ⁊ pro-
cidamus et ploremus ante
dominũ qui fecit nos: quia
ipſe eſt dñs deus noſter.
7 Et nos populꝰ paſcue eiꝰ:
et oues manus eius.
8 Hodie ſi vocem eius au-
dieritis: nolite obdurare
corda veſtra.
9 Sicut in irritatiõe: ſcdm
diem tẽtationis in deſerto.
10 Ubi tẽtauerũt me patres
veſtri: probauerunt et vi-
derunt opera mea.
11 Quadraginta annis of-
fenſus fui generationi illi:
et dixi ſemꝑ errant corde.
12 Et iſti nõ cognouerũt vias
meas vt iuraui in ira mea:
ſi itrabũt in requiẽ meam.

**ROM.**

¶ Laus cãtici ipſi Dauid
LXXXXIIII.
Venite exultemus
domino: iubilemꝰ
deo ſalutari noſtro.
Preoccupemus faciẽ eius
in confeſſione: ⁊ in pſalmis
iubilemus ei.
Quõ deus magnꝰ dñs: et
rex magnꝰ ſuper oẽs deos.
Quõ non repellet dñs ple-
bẽ ſuã: qa in manu eiꝰ ſunt
oẽs fines tre: ⁊ altitudines
montium ipſe conſpicit.
Quõ ipſiꝰ eſt mare et ipſe
fecit illud: et aridam fũda-
uerunt manus eius.
Venite adoremꝰ ⁊ ꝓcida-
mꝰ ãte deũ: ploremꝰ coram
dño q̃ fecit nos: qr ipe ẽ dñs
deus noſter: nos autẽ popu
lꝰ eius et oues paſcue eius.
Hodie ſi vocem eius au-
dieritis: nolite obdurare
corda veſtra.
Sicut in exacerbatione ſe
cundũ diẽ tẽtationis in de
ſerto: vbi tentauerunt me
patres veſtri: probauerunt
et viderunt opera mea.
Quadraginta ãnis proxi
mus fui generatiõi huic: et
dixi ſemper hi errãt corde.
Ipſi vo nõ cognouerũt vias
meas q̃bꝰ iuraui ĩ ira mea:
ſi introibũt in requiẽ meã.

**HEB.**

LXXXXV.
Venite laudemꝰ do
minum iubilemus
petre ieſu noſtro.
Preoccupemus vultũ eiꝰ
in actione gratiarũ: in can-
ticis iubilemus ei.
Quõ fortis ⁊ magnꝰ dñs:
⁊ rex magnꝰ ſuꝑ oẽs deos.
In cuius manu fundamẽ
ta terre: ⁊ excelſa montium
ipſius ſunt.
Cuius eſt mare: ipſe enim
fecit illud: ⁊ ſiccam manus
eius plaſmauerunt.
Venite adoremus et cur-
uemur: flectamꝰ genua an-
te faciẽ domini factoris nr̃i.
Quia ipſe eſt deus noſter:
et nos populus paſcue eius
et grex manus eius.
Hodie ſi vocem eius au-
dieritis: nolite ĩdurare cor
da veſtra.
Sicut ĩ cõtradictiõe: ſicut
in die tẽtationis in deſerto
Ubi tentauerunt me pa-
tres veſtri: probauerunt me
et viderũt opus meum.
Quadraginta ãnis diſpli
cuit michi gñatio illa: et di
xi ppl̃s errãs corde eſt ⁊ nõ
cognoſcẽs vias meas.
Et iuraui ĩ furore meo: vt
nõ introirẽt in requiẽ meã.

TITULUS nullus. exhortatio in ſpũ: vt Chriſto dño fides prebeat: Propheta in ſpũ loq̃tur.
1 2 EXPOSITIO CONTINUA. Venite exultemus dño: iubilemꝰ deo ſalutari nr̃o Preoccu
pemꝰ faciẽ eiꝰ ĩ cõfeſſiõe: ⁊ ĩ pſalmis iubilemꝰ ei. accedite fide ⁊ pietate / letemur in dño: inenarrabi-
les depromamꝰ laudes Chriſto deo ſalutari nr̃o. ꝑueniamꝰ cõſpectũ maieſtatis eiꝰ in bñficiorꝫ eius
3 agnitione / gratiarũ actiõe: et in hymnorꝫ cãtibus ineffabilẽ eiꝰ bonitatẽ recrepemus. Quõ deꝰ magnꝰ
dñs: ⁊ rex magnꝰ ſuper oẽs deos. confiteamur ei / qm̃ ſaluator noſter et cõditor imenſꝰ eſt: dñator eſt
4 et regnator imẽſus ſuꝑ vniuerſos qui diuinitatis ſunt participes. Qr in manu eiꝰ ſũt oẽs fines ter-
re: et altitudines mõtium ipſius ſũt. dñs magnꝰ eſt et rex magnꝰ ſuꝑ oẽs / quia ſub poteſtate modera
5 tionis eiꝰ ſũt oẽs orbis limites: ſed et ſub ditiõe eiꝰ ſũt altiſſime creaturarũ. Quõ ipſiꝰ eſt mare ⁊ ipſe
fecit illud: et ſiccã manꝰ eiꝰ formauerũt. cõfiteamur et iubilemus ei / quia Chriſti ſaluatoris eſt fluida
et inſtabilis ſubſtantia et ipſe cõdidit illã: ⁊ ſtabilẽ / firmã / ĩdefluxã / manẽtẽq; ſubſtantiã / omniartifex
6 plaſmauit manus eius. Venite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamꝰ ⁊ ploremꝰ ante dñm qui fecit nos: quia ipſe eſt

Ayuntamiento de Madrid

dñs deus noſter. accedite fide ⁊ deuotione/ ⁊ ſacro ritu colamꝰ/ ⁊ ꝓſternamur/ ⁊ lachꝛimas ꝓfundā
7 mus ante Chꝛiſtū dñm conditoꝛē noſtrū: qꝛ ipſe dñatoꝛ ⁊ creatoꝛ noſter eſt. Et nos populus paſcue
eius et oues manꝰ eius. ⁊ ipſe dñs deus nr̄ eſt/ ⁊ nos plebs doctrine eius ⁊ grex ꝯditure et regenera=
8 9 tionis eius. Hodie ſi vocē eius audieritis: nolite obdurare coꝛda vr̄a. Sicut in irritatione ſcd̄m dies
10 tētationis in deſerto. Ubi tētauerūt me pr̄es veſtri: ꝓbauerūt me et viderūt opa mea. hic ſpūs ſctūs
ſi in die gr̄e vobis inſonuerit vox eius: nolite aīas aggrauare/ ⁊ duri ac increduli eſſe. ſicut ī ꝓuocati
one dei ad iracūdiā: in die ꝓbationis in ſolitudinis loco. vbi ob incredulitatē ꝓbauerūt me ꝓgenito
11 res veſtri: ꝑicula fecerūt de me/ et agnouerūt magnalia mea. Quadragita annis offenſꝰ fui gn̄ationi
illi: et dixi ſemꝑ hi errāt coꝛde. quadragenario annoꝝ ſpacio indignatus fui huic hebꝛeoꝝ nationi/
12 hanc nationem faſtidiui: et dixi/ ſemper hi verſantur in incredulitatis erroꝛe. Et iſti non cognouerūt
vias meas vt iuraui ī ira mea: ſi intrabūt ī requiē meā: hi ſemꝑ verſati ſunt in erroꝛe/ ⁊ non nouerunt
fidem et mandatoꝛum meoꝛum obſeruationem/ et vt irreuocabiliter ſtatui in indignatione mea/ non
introibunt in quietudinem meam in beatitudinem eternam.

ADUERTE Eccleſiā et romanā et gallicā: hunc pſalmū canere in pꝛincipio matutine pſalmodie
ſcd̄m tralationē romanā et non ſcd̄m gallicā. ſic enī inualuit vſus. ¶ Pꝛimo verſu. iubilemus deo ſa
lutari noſtro: Hieronymꝰ ex hebꝛæo/ iubilemus petræ Jeſu noſtro. vbi petra ⁊ Jeſus duo noīa ſunt
Chꝛiſti dñi. bibebāt enī (inquit) de ſpiritali conſequente eos petra. petra aūt erat Chꝛiſtus. eſt enī et
petra noſtra et ſaluatoꝛ noſter. ſed et pater/ filij petra et ſaluatoꝛ eſt. petra quidem ex pſalmi 30 verſu
quarto. ſed et ſaluatoꝛ. dic (inquit) aīe mee ſalus tua ego ſum. Uerū ⁊ Jeſus hic cōmune nomē eſt et
ſcribūt per ain hebꝛeī ī fine. ꝓpꝛiū aūt ſaluatoris et dei noſtri nomē tetragrammaton continet: ſin me

I
H
S
V
H

dia littera hincinde triadē cōnectēte. tunc enī veſtigiū ſue veritati/ ſuoqꝫ exēplari inſertū/ id eſt qđ ad
imaginem et ſimilitudinē dei fuerat in pꝛincipio creatum a diuino verbo aſſumptū: et tunc ineffabile
effabile factū eſt. vt in annotationibus pſalmi 71 dictū eſt. ꝓpꝛiū ſic repn̄tat̄ JHSUH. cōmune ſic
JHSUA ⁊ interdū metatheſi litteraꝝ JHSUA. ¶ Scd̄o verſu. p̄occupemꝰ faciē eius ī ꝯfeſſiōe
ex hebꝛæo/ p̄occupemus vultū eius in graꝝ actiōe. quaſi id velit ꝓpheta/ anticipemꝰ aduētū eius ī
gratiarū actionibus: ꝙ dignabit̄ ad nos venire. qui enī hunc pſalmū ante apparitionē eius ī terris cū
hoībus/ cecinerūt: cū ꝓpheta faciē eius p̄occupauerūt. at nos qui hoc tēpoꝛe gratie/ eundē canimus
p̄occupauit ſalutifer eius aduētus: p̄occupamus tn̄ glorioſum eius ſcd̄m aduentū. ¶ Sexto verſu.
venite adoꝛemus et ꝓcidamus ⁊ ploꝛemꝰ: ex hebꝛæo venite adoꝛemꝰ/ ⁊ curuemur/ ⁊ flectamus ge=
nua. et cum pꝛius/ pꝛimo verſu vocauerit ad exultationē: neſcio an cōſentaneū magis eſt vt Hiero=
nymus habet ꝙ̄ vocare ad lachꝛimas iuxta noſtrā editionē. exultationi tamē ſpūs: lachꝛime non cō=
pugnāt. illa enī ingēs bonitas dei et benefica moꝛtalibus pluſqꝫ dici queat meditata virtus/ aīas li=
quefacit. et he lachꝛime interni gaudij ſunt et exuberantis letitie in ſpū. et ſi ad lachꝛimas vocat pꝛo=
pheta: ad tales pꝛofecto vocat. ſunt enī qui ſeipſos reſpiciētes et ſuas calamitates/ ploꝛāt. et hi/ ſeip
ſos ploꝛant. et parū he commendabiles ſunt lachꝛime. nam etiā et apud inferos erit fletus et ſtridoꝛ
dentiū. qui igit̄ peccauit (vt ꝗ crapulatus eſt: aut bona ſua cū meretricibus diſſipauit) et ploꝛat nō tā
tum qꝛ peccauit id eſt opera illa admiſit/ quātum qꝛ deum offendit: hic bene ploꝛat. et quāto ampli=
us/ tāto id quoqꝫ melius. nam hic ploꝛatus eſt amoꝛis: quē deus et petit et diligit. et ſic reuera ploꝛa
uit fœlix illa maria/ penitentie foꝛma: ⁊ a fonte mīe teſtimonium accepit/ ꝙ ille lachꝛyme eſſent amo
ris. remittuntur enim (inquit ei) pctā multa: qm̄ dilexit multū. at/ qui contra ploꝛat/ paꝝ ꝓficit. ꝓue
nitqꝫ hic ploꝛatus aut timoꝛe mali/ aut amoꝛe ſui: ⁊ ſeruilis/ illiberaliſqꝫ oīno eſt. ¶ Octauo verſu.
hodie ſi vocem eius audieritis. ex chꝛiſtifero Paulo: duos dies notamꝰ. vnū tētatiōis ⁊ ire: de quo
nono verſu ſcd̄m diē tētatiōis in deſerto. alterū placatiōis ⁊ gratie. pꝛimus a moſe ad Chꝛiſtū cucur=
rit: qui etiā dies meruit appellari ꝓpter ſigna et ꝓdigia quibus deꝰ ſuā potētiā manifeſtauit/ ⁊ pꝛi=
me legis date illuminationem. ſed dies ire: quia nondū repꝛopiciatus dñs/ populū in rigoꝛe ⁊ mul=
to timoꝛe ac pauoꝛe erudiuit. adde ⁊ populū/ incredulitatis ⁊ diffidētie diuine pꝛouidentie plenum.
Secūdus dies a Chꝛiſto ad conſummationē reꝝ. qui dies repꝛopiciatiōis dicit̄ ⁊ gratie. nā Chꝛiſtꝰ
dñs ſol iuſtitie in die illo oꝛtus/ deū moꝛtalibꝰ repꝛopiciauit. Et nō aliter ꝙ̄ flagitioſi ob trāſgreſſio=
nes ſuas arctis carcerū cuſtodijs detenti: ſi filij regis liberentur p̄ſentia: non ſuo merito ſed ſola filij
regis gratia liberant̄. ita ⁊ filius regis eterni ſuo aduētu/ ſuo in hoc mūdo viſibili ingreſſu: nos nul=
lo noſtro merito/ ſed ſua ſola gratia liberauit/ noſqꝫ liberos effecit. igit̄ in hac die gratie et libertatis
noſtre: filio ſummi regis/ filio patris eterni liberaliter ſeruire debemus/ nō reluctātes et obdurantes
aīos noſtros clementiſſimo liberatoꝛi ⁊ pijſſimo regi noſtro/ tanqꝫ ſerui crudeli ⁊ auſtero dño. ipſi igi
tur ſit poteſtas ⁊ imperiū/ obſequiū ⁊ honoꝛ ⁊ gratiarū actio in ſecula ſeculoꝝ. ¶ Duodecimo verſu.
vt iuraui in ira mea ſi introibunt in requiē meā. Hieronymus ex hebꝛæo/ et iuraui in furoꝛe meo/ vt
non introirēt in requiē meam. Et vbi negationis nota hic poſita eſt: in noſtra tralatione ponit̄ ꝯditio=



Ayuntamiento de Madrid

nis particula/ q̄ vt pſalmo 88 v̄ſu 35 p interrogationē dat intelligere negationē. ac ſi diceremus nū in‑troibūt in requiē meā? ſubaudimꝰ nō. Verū ⁊ qui epyſtolā Pauli ad hebꝛæos ex hebꝛæo fecit gre‑cā variā habet interp̄tationē. nā nūc vt grece legit: v̄tit ſi. ⁊ paulo poſt: vertit nō. quibus autē ait. iu‑rauit non itroire in requiē ipſiꝰ/ niſi illis qui increduli fuerunt? vides vt hoc in loco: interp̄tetur nō. quare ⁊ cōſimiliter ſupꝛa/ dicendū fuerat/ nō introibūt in requiē meā. Sed ⁊ illud quibꝰ in hoc duo decimo verſu cum dicit quibus iuraui ex pſalterio romano deſūptū eſt. nā ⁊ in gallico pſalterio vt et grece ωσ ωμοσα ſicut iuraui. ⁊ hic particulā ſimilitudinis haberi poſtea inuitidē ep̄le Pauli iter‑pꝛes cū capite quarto dicit. ingrediemur enī in requiē q̄ credidimꝰ queadmodū dixit. ſicut iuraui in ira mea. ecce quo pacto ſimilitudinis particulā ponit/ nō relationis. Sed dices/ etiā quibꝰ tertio ca‑pite appoſuit: cū dixit. ipſi autē nō cognouerūt vias meas: quibus iuraui in ira mea ſi itroibūt in re‑quiē meā. ſic enī illo capite legimꝰ. ⁊ rurſus quibus autē infenſus eſt quadraginta annis. Quod p̄mo adducit nos legere in tertio capite epiſtole Pauli ad hebꝛæos. ipſi autē non cognouerūt vias meas quibꝰ iuraui in ira mea: ſi legit/ coꝛrupte quidē legit. nam grece in ea Pauli epiſtola legit αυτοι Δε ουκ εγνωσαν τασ οΔουσ μου ωσ ωμοσα εν τη οργη μου/ quomodo et in pſalmo grece habe‑tur. vbi nō quibꝰ ſed ſicut habet. Qō vero quibꝰ habeat/ videtur ex eo qō ſubiungitur quibꝰ autem infenſus eſt quadraginta annis. At noſſe opoꝛtet: hic quibus interrogationem dicere. quod maniſe‑ſte vides cum ſubiungitur: nonne illis qui peccauerunt/ quoꝝ cadauera p̄ſtrata ſunt in deſerto? ve‑rum in pſalmo ſi particula quibꝰ legatur: nō interrogationē ſed (vt manifeſtū eſt) relationē dicit. Et ſi p̄tinacius obſiſteres nō ωσ ſed οισ in exemplaribus grecis epiſtole Pauli haberi quod nō reperi: dicendū eſſet interpꝛetē huius epiſtole (cuius hebꝛaicū exemplar deſyderatur: ⁊ vtinā vſpiā ſupſtes exiſteret) a fidelitate tralationis in pleriſq; lapſum eſſe. vt etiam in diaphonia ſexti verſus pſalmi oc‑taui iā viſum. legendū igitur potius nobis eſſet. Et iſti nō cognouerūt vias meas: vt iuraui i ira mea non intrabunt in requiem meam.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | Cāticū Dauid quando domus edificabat̄ poſt ca‑ptiuitatē. LXXXXV. | Cāticū Dauid quando domus edificabat̄ poſt ca‑ptiuitatē. LXXXXV. | LXXXXV. |
| 1 | CAntate domino can‑ticum nouū: cantate domino omnis terra. | CAntate domino can‑ticum nouum: cāta‑te domino omnis terra. | CAntate domino can‑ticum nouū: canta‑te domino omnis terra. |
| 2 | Cantate dn̄o bn̄dicite no‑mini eiꝰ: annūciate de die in diē ſalutare eius. | Cantate dn̄o ⁊ benedici‑te nomē eiꝰ: bn̄ nūciate de die in diem ſalutare eius. | Cantate domino benedi‑cite noī eius: annūciate de die in diem ſalutare eius. |
| 3 | Annunciate inter gentes gloꝛiā eius: in oībus popu‑lis mirabilia eius. | Annunciate inter gentes gloꝛiam eius: in omnibus populis mirabilia eius. | Narrate in gentibus glo‑riam eius: in vniuerſis po‑pulis mirabilia eius. |
| 4 | Quoniā magnus dn̄s et laudabilis nimis: terribi‑lis eſt ſuper omnes deos. | Qm̄ magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: terribi‑lis eſt ſuper omnes deos. | Quia magnus dominus et laudabilis nimis: terri‑bilis eſt ſuper omnes deos. |
| 5 | Quoniam omnes dij gen‑tium demonia: dominus autem celos fecit. | Quoniam omnes dij gē‑tium demonia: dominus autem celos fecit. | Omnes enim dij populo‑rum ſculptilia: dominus autem celos fecit. |
| 6 | Cōfeſſio et pulchꝛitudo ī ꝯſpectu eiꝰ: ſc̄timonia ⁊ ma‑gnificētia ī ſāctificatōe eiꝰ | Cōfeſſio et pulchꝛitudo ī ꝯſpectu eius: ſāctitas ⁊ ma‑gnificētia ī ſc̄tificatiōe eiꝰ | Gloꝛia et decoꝛ ante vul‑tum eius: foꝛtitudo ⁊ exul‑tatio in ſanctuario eius. |
| 7 | Afferte dn̄o patrie gētiū\ afferte domino gloꝛiam et honoꝛē: afferte domīo glo‑riam nomini eius. | Afferte domīo patrie gē‑tium\ afferte domino glo‑riā ⁊ honoꝛē: afferte domi‑no gloꝛiam nomini eius. | Afferte dn̄o familie popu‑loꝝ\ afferte dn̄o gloꝛiam et foꝛtitudinē: afferte domīo gloꝛiam nomini eius. |
| 8 | Tollite hoſtias ⁊ introite in atria eius: adoꝛate do‑ | Tollite hoſtias ⁊ introite in atria eius: adoꝛate do‑ | Leuate munera ⁊ introi‑te in atria eius. |

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

minum i atrio sancto eius
9 Commoueatur a facie eius
vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
10 Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur:
iudicabit populos in equitate.
11 Letentur celi et exultet terra, commoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt campi et omnia que in eis sunt
12 Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram.
13 Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

**ROM.**

minum in aula sancta eius. Commoueatur a facie eius vniuersa terra dicite in nationibus quia dominus regnauit a ligno: etenim correxit orbem terre qui non commouebitur. Iudicabit populos in equitate: et gentes in ira sua. Letentur celi et exultet terra: moueatur mare et plenitudo eius. Gaudebunt campi et omnia que in eis sunt, tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini: quoniam venit, quoniam veniet iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

**HEB.**

Adorate dominum in decore sanctuarij: paueat a facie eius omnis terra. Dicite in gentibus dominus regnauit, siquidem appendit orbem immobilem: iudicabit populos in equitate. Letamini celi et exultet terra: tonet mare et plenitudo eius. Gaudeat ager et omnia que in eo sunt, tunc laudabunt vniuersa ligna saltus ante faciem domini: quoniam venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicauit orbem terre in iusto: et populos in fide sua.

TITULUS Nullus. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. pro
2 mite deo nostro nouum legis gratie carmen: omnes accole orbis dicite Christo domino laudem. Cantate domino
benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius. psallite regi eterno, benedictum dici
te cum qui venit in nomine eius: euangelizate assidue ad mundi consumationem Christum eius seculorum
3 saluatorem. Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. euangelizate in gen
tibus gloriosam natiuitatem eius, processum eius, passionem, resurrectionem, ascensionem in celum, sessio
nem in dextera patris, et gloriosum in nouissimis aduentum eius: euangelizate in vniuersis nationi
bus cecorum illuminationem, surdorum auditionem, mutorum locutionem, claudorum erectionem, leprosorum
4 mundationem, mortuorum suscitationem, miraculi plena opera eius. Quoniam magnus dominus et laudabi
lis nimis: terribilis est super omnes deos. euangelizate inter gentes in omnibus populis, quoniam immensus
5 est Christus dominus, et omni laude superior: et tremendus magis quam dij gentium omnes. Quoniam omnes
dij gentium demonia: dominus autem celos fecit. tremendus Christus dominus pre omnibus dijs gentium, nec ab re
quidem, nam vniuersi gentium dij spiritus nequam sunt et idola: at Christus deus noster est per quem fa
6 cta sunt et secula, et qui celos celestesque condidit virtutes. Confessio et pulchritudo in conspectu eius:
sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. deus noster est quem omnis beneficiorum agnitio,
7 gratiarum actio, laus et decor decent: et cuius sanctuarium decet sanctitas et honorificentia. Afferte
domino patrie gentium, afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriam nomini eius. ergo cum hec de
ceant deum nostrum, non idola non demonia, impendite domino deo nostro regiones nationum, impendite
domino deo nostro honorificentiam et decus: impendite dominatori et conditori nostro honorificentiam et Chri
8 sto qui venit in nomine eius. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
eleuate oblationes, ingredimini adyta eius: colite deum nostrum animo puro, in incontaminato mun
9 doque habitaculo eius. Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit
contremiscant, religioso pauore quatiantur a maiestate eius vniuersi terre accole: annunciate in cun
10 ctis nationibus quia Christus dominus potestatem regni terrarum orbis accepit. Etenim correxit orbem terre
qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate. regnandi potestatem accepit, nam direxit habita
11 tores terre, qui a rectitudine non deflectentur: legem dabit populis in rectitudine. Letentur celi et exul
tet terra, commoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. gaudeant ce
lestia, et delectentur terrestria, quoniam per eum qui regni potestatem accepit reconciliata sunt. laudes
eius resonet mundus et qui eius plenitudinem incolunt: exultabunt humiles tota mente: tota anima,
12 et vniuersis viribus que in ipsis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini: quia venit, quo
niam venit iudicare terram. cum hec fient non solum mare et agri sed et omnes agrestes, indomiti et ha
ctenus ferino more viuentes letabuntur in agnitione Christi dei quoniam adest, quoniam adest vt le



Ayuntamiento de Madrid

15 giſlator/ vt manſuefactor/ vt rex/ vt iudex vniuerſe terre. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate ſua. reget/ moderabitur/ manſuefaciet habitatores ambitus terre in lege iuſticie: ⁊ congregationes hominum in veritate fidei ſue.

ADVERTE. quarto verſu. tria deo epitheta magnum/ laudabile/ terribile: vt tres ſūt diuine hypoſtaſeos. primo īmenſitas potentie deſignatur. ſecūdo beneficiorū. tertio maieſtatis. eſt enī ſumme magnus/ ſūme laudabilis/ ſūme verēdꝰ atq; tremendꝰ. quare particula nimis/ apte ſingulis cointelligeť epithetis. ac ſi diceretur qm̄ magnꝰ nimis dn̄s/ ⁊ laudabilis nimis/ et terribilis nimis ſup oēs deos/ pre oībus diis. ¶ Nono verſu. vbi in ſcđa particula legimꝰ dicite in gentibus q; dn̄s regnauit in pſalmodia romana legiť/ dicite in nationibus quia dn̄s regnauit a ligno. verū (tametſi non muteť intelligentia quā ſancti intellexere) hec tamen particula a ligno/ non de ſubſtantia et integritate verſus putanda eſt. nam neq; in noſtra: neq; in hebræa tralatione habetur. neq; (vt nunc paſſim habeť) grece legitur/ ſed id dumtaxat ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕ quoniam dominus regnauit/ id eſt regia gubernatione direxit. ſed pro pia alicuius deuotione/ paraphraſticos adiecta creditur. ⁊ hanc interpretationem ſecutus videtur Theodulphus: qui nobile paſſionis carmen ac deuotum cōpoſuit maxime vbi dixit impleta ſunt que concinit Dauid fideli carmine: dicens ī nationibus regnauit a ligno deus. hac etiam tralatione vtimur iuxta conſuetudinem romanam in memoria crucis poſt octauam paſce domini. Et quod idem hymnidicus adiecit/ Dauid fideli carmine: ſecutus eſt auguſtinū/ q̄ vniuerſos pſalterij pſalmos id eſt centū quinquaginta/ attribuit Dauid/ ceu authori. Hieronymus autem/ Hilarius/ Iſidorus/ hebreoꝝ q̄plurimi aliter ſenſere. imo pſalmos ab vnde nonageſimo in nonageſimūoctauū: aſſerūt in Moſen virū dei/ eūdē q; legiſlatorē. ſed aiunt: precedēs pſalmus Dauid eſt. nam quarto capite ad romanos inquit Paulus de ſpirituſancto/ iterum terminat diem quādam in Dauid dicendo hodie. magnū ꝑfecto id argumentū. ſed et id in Dauid dicēdo: alij intelligunt in libro pſalmoꝝ Dauid q; hos pſalmos iuſſerit Dauid decantandos. hinc totus liber pſalmoꝝ dauid diciť: et noīe eius pretitulatur. nō īiuria igitur quicquid allegetur ex huius libelli pſalmis: ſi dicatur in Dauid. ſed altercatione de incerto authore dimiſſa: pſalmum illum ⁊ de quibus controuerſantur/ attribuamus cū ſpiritifero paulo ſpiritui ſancto/ dicente eadem epiſtola capite tertio. quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus: hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra: nā he queſtiones ſolas lites aggenerant nichilo plus fructus afferentes. quandoquidem qui addicti ſunt auguſtino: auguſtinū/ eiuſq; ſentētiam preferēt/ defenſitabuntq; pertinacꝰ. qui autē Hieronymo: cōtra hieronymū hieronymiq; placitū. ¶ Vndecimo verſu. gaudebunt campi et omnia que in eis ſunt: ex hebræo/ gaudeat ager ⁊ omnia que in eo ſunt. quare rectius videtur vt legatur/ gaudeāt campi. id etiā precedētia verba letētur/ exultet/ cōmoueať/ efflagitare vidētur. ¶ Vltimo verſu. iudicabit: Hieronymus ex hebræo per preteritum conformius ad id quod nono verſu dictum eſt: dicite in gentibus quia dominus regnauit/ et quod decimo verſu etenim correxit orbem terre per preteritum expreſſit. ſed id perparum videtur preiudicare intelligentie.

| GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|
| ¶ Huic Dd̄ qn̄ t̄ra eiꝰ reſtituta eſt. LXXXXVI. | P̄s ipſi Dd̄ cū t̄ra eiꝰ reſtaurata eſt. LXXXXVI. | LXXXXVII. |
| 1 Dominꝰ regnauit exultet terra: letentur inſule multe. | Dominꝰ regnauit exultet terra: letentur inſule multe. | Dominꝰ regnauit exultet terra: letabuntur inſule multe. |
| 2 Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſticia et iudiciū correctio ſedis eius. | Nubes et caligo in circuitu eius: iuſtitia et iudiciū correctio ſedis tue. | Nubes et caligo in circuitu eius: iuſtitia et iudiciū firmamentum ſolij eius. |
| 3 Ignis ante ipſm precedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius. | Ignis ante eum preibit: et inflammabit in circuitu inimicos eius. | Ignis ante faciē eiꝰ ibit: et exuret per circuitum hoſtes eius. |
| 4 Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota eſt terra. | Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota eſt terra. | Apparuerūt fulgura eiꝰ orbi: vidit et contremuit terra. |
| 5 Montes ſicut cera fluxerunt a facie dn̄i: a facie domini omnis terra. | Montes ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini tremuit oīs terra. | Montes ſicut cera tabefacti ſunt a facie dn̄i: a facie dn̄atoris omnis terre. |

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

6 Annunciauerunt celi iu-
ſtitiam eiꝰ: et viderunt om
nes populi gloꝛiam eius.
7 Confundantur omnes q̄
adoꝛant ſcuptilia: qui glo-
riantur in ſimulacris ſuis
8 Adoꝛate eum omnes an-
geli eius: audiuit et letata
eſt ſion.
9 Et exultauerunt filie iu-
de: ꝓpter iudicia tua dñe.
10 Quõ tu dñs altiſſimꝰ ſu-
per omnē terram: nimis ex
altatus es ſuper oēs deos.
11 Qui diligitis dñm odite
malū\ cuſtodit dñs aīas ſā
ctoꝛum ſuoꝛum : de manu
peccatoꝛis liberabit eos.
12 Lux oꝛta eſt iuſto: et rectꝭ
coꝛde letitia.
13 Letamini iuſti in dño: et
confitemini memoꝛie ſan-
ctificationis eius.

ROM.

Annunciauerunt celi iu-
ſtitiam eius: et viderūt om
nes populi gloꝛiam eius.
Confundātur omnes qui
adoꝛant ſcuptilia: et q̄ glo-
riantur in ſimulacris ſuis
Adoꝛate eum omnes an-
geli eius\ audiuit et letata
eſt ſion: et exultauerunt fi-
lie iude ꝓpter iudicia tua
domine.
Quõ tu es dñs altiſſimus
ſuper oēm terrā: nimis ex-
altatus es ſuper oēs deos.
Qui diligitis dñm odite
malū\ cuſtodit dñs aīas ſer
uoꝛum ſuoꝛum: ⁊ de manu
peccatoꝛum liberabit eos.
Lux oꝛta eſt iuſto: et rectꝭ
coꝛde letitia.
Letamini iuſti in domio
et confitemini memoꝛie ſā-
ctitatis eius.

HEB.

Annunciauerunt celi iu-
ſtitiam eius: et viderūt om
nes populi gloꝛiam eius.
Confundantur vniuerſi
qui ſeruiunt ſcuptili\ q̄ glo
riantur in idolis: adoꝛate
eum omnes dij.
Audiuit et letata eſt ſi-
on: et exultauerunt filie iu
de pꝛopter iudicia tua do-
mine.
Tu enī dñs excelſꝰ ſuper
oēm terram: vehemēter ele-
uatus es ſuper oēs deos.
Qui diligitis dñm odite
malū: cuſtodit animas ſan
ctoꝛum ſuoꝛū: de manu im
pioꝛum eruet eos.
Lux oꝛta eſt iuſto: et rectꝭ
coꝛde letitia.
Letamini iuſti in domio
et confitemini memoꝛie ſā-
cte eius.

TITULUS Nullus. Pſalmus de chꝛiſto domino. Pꝛopheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dominꝰ regnauit exultet terra: letētur inſule multe Chꝛiſtꝰ
dñs regnādi ſup gētes poteſtate a deo patre accepta functꝰ eſt/ letētur terre habitatoꝛes: ⁊ plurima
2 rū inſularū leticia exultēt incole. Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia ⁊ iudicium coꝛrectio ſedis
eius. nube et caligine ſeptus veniet ad iudiciū: equitas ⁊ recta ſententia fulcimentū tribunalis eius
3 Ignis ante ipſum pꝛecedet: ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos eius. exultet terra et inſule multe que
regnū eius ſuſceperunt/ quia flāma vltrix aſtabit in cōſpectu eius: ⁊ iudicio dato exuret in gyꝛo ad-
4 uerſarios eius/ qui ipſum iuſſaq; eius cōtempſerūt. Alluxerūt fulgura eius oꝛbi terre: vidit ⁊ cōmo
ta eſt terra: apparuerunt ſigna iudiciū pꝛecurrētia/ tēpeſtates de celo valide in oꝛbe terrarū viderūt
5 habitatoꝛes terre et pꝛe timoꝛe arefacti ſunt ⁊ obriguerunt. Montes ſicut cera fluxerunt a facie domi
ni: a facie domini oīs terra. montium molles in modū cere cōtabuerūt/ liquefacte ⁊ cōplanate ſunt a
6 pꝛeſentia furoꝛis dñi: a ꝑſentia dñatoꝛis oīm in terra cōmoꝛantiū. Annūciauerūt celi iuſticiā eius: et
viderūt oēs ppl'i gloꝛiam eius: angeli celoꝝ pꝛeconizauerunt iuſtū eius iudiciū: et oēs gētes/ tribꝰ ⁊
7 lingue filium dei/ dñm gloꝛie in ſua maieſtate conſpexerunt. Confundantur oēs q̄ adoꝛāt ſculptilia
et qui gloꝛiantur in ſimulachꝛis ſuis. o quādo dies illa aduenerit/ eterna cōfuſione coꝛripiant̄ vniuer
8 ſi qui idola vana colūt: ⁊ vniuerſi qui creaturam pluriſſaciunt ꝙ̄ creature creatoꝛē. Adoꝛate eū oēs
angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſion/ ꝓcūbite/ pꝛouoluite/ ꝓſternite vos venerabūde dño veniēti ad
9 iudiciū oēs virtutes celoꝛū: hoc ſpiritus ſancti agnouit oꝛaculum/ et gaudio perfuſa eſt eccleſia ſan-
ctoꝛum. Et exultauerūt filie iude: pꝛopter iudicia tua dñe. et eterno gaudio replete ſunt anime que
10 te in mundo confeſſe ſunt: pꝛopter ſentētiam iuſti iudicij tui dominatoꝛ eterne: qua tu ſontes ſuppli-
cio eterno deputaſti/ inſontes ad regnum patris euexiſti. Quoniam tu dñs altiſſimus ſuper omnem
terrā: nimis exaltatus es ſup oēs deos. ⁊ nō modo exaltauerūt te filie iude pꝛopter iuſta iudicia tua
11 quibus eas in vitā vocaſti eternam/ ſed quoniā tu es dñatoꝛ longe eminētiſſimus ſuper omnem terre
nā creaturā/ ſed et in immēſum excedens oēm celeſtē diuinitatiſq; participē naturam. Qui diligitis
dñm odite malū/ cuſtodit dñs aīas ſanctoꝛum ſuoꝝ: de manu peccatoꝛis liberabit eos. o vos igitur
qui charitate Chꝛiſti dñi/ regis gloꝛie/ et iudicis omnium feruetis/ odio habete peccatum/ ſeruat do
minus animas ſe a peccato ſeruantes innoxias: et de poteſtate maligni qui a pꝛincipio peccat/ eruet
12 eas. Lux oꝛta eſt iuſto: ⁊ rectis coꝛde letitia. figura huius mundi exacta/ ⁊ finitis huius ſeculi tene-



Ayuntamiento de Madrid

bris/claritas dei eterna exorta eſt fideli viro: ⁊ iis qui mãdata eius cuſtodierunt exultatio ſempiter=
13 na. Letamini iuſti in dñõ: ⁊ cõfitemini memorie ſanctificationis eius. o qui iuſtitiam dei/ eiuſq; vo=
lũtatẽ in hoc mũdo ipleſtis/ gaudiũ veſtrum nũc in ſolo deo eſto: ⁊ in confeſſione laudũ et gratiarum
actione/ memoriã habentes ſanctificationis/ qua vos in vitam eternam regenerauit ac ſanctificauit.
ADVERTE. Quinto verſu. vbi legim⁹ a facie dñi oĩs terra: legendum per genitiuũ oĩs terre ex
tralatione hebraica/ et ex greco. nam ex hebræo habetur: a facie dominatoris omnis terre. et ĩ greco
απο προσωπου κυριου πασης της γης a facie domini vniuerſe terre. ¶ Sexto verſu. cum dr
annũciauerunt ⁊ viderunt: reſpicitur veritas exemplarium. in qua myſteria rerũ que etiam nondum
facte fuerunt: ⁊ ſunt ⁊ fuerunt ab eterno. in eaq; coincidunt eſſe/ fuiſſe et fore: vt in centro circuli ante/
dextrum/ et ſiniſtrum. ſed cum expreſſionem eterne veritatis reſpicimus/ eiuſq; per myſteria ipſa ex=
plicationem/ et ad ipſa exemplata et ad nunc noſtrum referimus: verſus intelligendus eſt annuncia=
bunt et videbunt. vides igitur quomodo modus loquendi propheticus: plerumq; altiora reſpicit
ꝙ humanus ſermo et ſoli expreſſioni rerum accommodatus. nam ille rerum agnitionem in veritate:
hic autem agnitionem earum in veſtigio ipſo ipſaq; veritatis expreſſione. quo fit vt ille ſermo ſemper
verus ſit/ ⁊ immutabilis: humanus autem nunc verus/ nunc falſus et mutabilitati obnoxius/ vbi eſ=
ſe/ fuiſſe et fore diuerſa ſunt et nequaꝙ coincidentia. ¶ Octauo verſu. adorate eũ omnes angeli eius
in epiſtola Pauli ad hebræos: qui vertit epiſtolã ita ex paulo interpretatus eſt hunc verſum/ et ado
rent eum oẽs angeli dei. et id quod premiſit et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre:
intellige de introductione primogeniti in maieſtate. quod intelligere potes/ per hoc quod dicit: ite=
rum introducit. nam ſi iterum introducit: ergo alias introduxerat: quod verum eſt de primo ſuo ad=
uentu. ſed hic fuit in humilitate/ et a paucis viſus eſt/ vt a iudeis et peregrinis in iudea: et non agni=
tus eſt niſi ab iis quos elegit et qui per eos crediderunt. cum autem iterum introducet in orbem ter=
re/ hoc eſt in maieſtate et gloria: videbitur non ſolum a iudeis et peregrinis iudee/ ſed oĩb⁹ populis ⁊
implebitur ſexti verſus oraculum. et viderũt oẽs populi gloriã eius. quã nobis in ſorte iuſtoꝝ videre
largiat: qui eſt bñdict⁹ de⁹ noſter/ iudex noſter glorificator et rex noſter IHESVS chriſt⁹ in ſecu=
la ſeculorum. amen. ¶ Vndecimo verſu. de manu pctõris hoc ex greco εκ χειρος αμαρτωλου.

¶ Pſalmus ipſi Dauid LXXXXVII.

1 CAntate domino can
ticum nouum: q2 mi
rabilia fecit.
2 Saluauit ſibi dextera ei⁹
et brachium ſanctum eius.
3 Notum fecit dominus ſa=
lutare ſuum: ĩ cõſpectu gẽ=
tium reuelauit iuſtitiã ſu=
am.
4 Recordatus eſt miſericor
die ſue: et veritatis ſue do=
mui iſrael.
5 Viderunt omnes termini
terre: ſalutare dei noſtri.
6 Iubilate dño oĩs terra: cã
tate et exultate et pſallite.
7 Pſallite domino in citha
ra\ in cithara et voce pſal=
mi: ĩ tubis ductilibus ⁊ vo
ce tube cornee.
8 Iubilate in conſpectu re=
gis domini\ moueatur ma
re et plenitudo eius; orbis

¶ Pſalmus ipſi Dauid. LXXXXVII.

CAntate domino can=
ticum nouum: quia
mirabilia fecit dominus.
Saluauit eũ dextera eius
et brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſa
lutare ſuum: ante conſpe=
ctum gẽtium reuelauit iu=
ſtitiam ſuam.
Memor fuit miſericordie
ſue iacob: et veritatiſ ſue do
mui iſrael.
Viderunt oẽs fines terre
ſalutare dei noſtri\ iubila=
te deo omnis terra: cãtate ⁊
exultate ⁊ pſallite.
Pſallite deo nr̃o ĩ cithara
in cithara et voce pſalmi.
In tubis ductilibus ⁊ vo
tube cornee: iubilate in con
ſpectu regis domino.
Moueat mare et plenitu=
do eius; orbis terrarum et

LXXXXVII.

CAntate domino can
ticum nouum: quia
mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera ei⁹
et brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſa
lutare ſuum: in conſpectu
gentium reuelauit iuſtiti=
am ſuam.
Recordatus eſt miſericor=
die ſue: et veritatis ſue do=
mui iacob.
Viderũt omnes fines ter
re: ſalutare dei noſtri.
Iubilate deo oĩs tra: voci
feramini ⁊ laudate ⁊ canite
Cantate dño ĩ cithara: in
cithara et voce carminis.
In tubis et clangore buc=
cine: iubilate corã rege do=
mino.
Tonet mare et plenitu=
do eius; orbis et habitato=

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

terrarū et q̄ habitant in eo.
9 Flumina plaudēt manu ſimul\montes exultabunt a conſpectu dn̄i: quoniam venit iudicare terram.
10 Iudicabit orbem terrarū in iuſtitia: et populos in equitate

**ROM.**

vniuerſi qui habitant ĩ ea.
Flumia plaudēt manib⁹ in idipm montes exultaue rūt ante faciem dn̄i: qm̄ ve nit\qm̄ veniet iudicare terrā.
Iudicabit orbem terre in iuſtitia: et populos in equi tate.

**HEB.**

tores eius.
Flumina plaudēt man⁹ ſimul\montes laudabunt ante dominum: quia venit iudicare terram.
Iudicabit orbem in iuſti tia: et populos in equitati bus.

TITULUS Nullus. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Cantate dn̄o canticū nouū: qr mirabilia fecit. concinite deo
2 noſtro carmē legis noue/ qr ſigna/ virtutes/ et ſtupenda ꝓdigia peregit. Saluauit ſibi dextera eius:
et brachiū ſanctum eius. ꝓpria virtute a mortuis ſurrexit Chriſtus dn̄s qui eſt omniartifex dei vir=
3 tus: ⁊ ſancta fortitudo eius. Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū: in conſpectu gentiū reuelauit iuſtitiā ſuam.
pater etern⁹ manifeſtauit ſeculo filium ſuū/ ſaluatorē oīm: populis gentium notā fecit iuſtam legem
4 ſuam. Recordatus eſt miſericordie ſue: et veritatis ſue domui iſrael. ad effectum deduxit miſeratio=
5 nem ſuā: ⁊ ĩpletionē veracium promiſſionū ſuarū plebi ſue iſrael. Viderunt oēs fines terre: ſalutare
dei noſtri. oriens et occidēs/ meridies ⁊ ſeptētrio fide agnouerunt Chriſtum dn̄m: ſaluatorē/ ab eter
6 no patre miſſum. Iubilate dn̄o oīs terra: cantate et exultate et pſallite. incomprehenſibili laude ad
dn̄m deū benefactorem et ſaluatorem veſtrū aſſurgite oēs habitatores terre: hymnos promite/ exhi
7 lareſcite ſpiritu et pſalmos laudeſq; canite. Pſallite dn̄o in cithara/ in cithara et voce pſalmi: ĩ tubis
ductilibus et voce tube cornee. laudate dominum in cōfeſſione trine beatitudinis/ in confeſſione tri=
ne beatitudinis/ et confeſſione laudis: in nouis et veteribus eloquijs/ in precozinatione reſurrectio=
nis/ aſcenſionis et miſſionis ſpūs ſancti/ in tuba ⁊ preconizatione paſſionis et aduētus ſupremi iudi
8 cij. Iubilate in cōſpectu regis dn̄i/ moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarū et qui habitant ĩ
eo. ineffabili tripudio mētis geſtite ante Chriſtum dn̄m/ filium dei regem noſtrum/ mūdus exultet ⁊
9 amplitudo eius: terre ambitus et incole eius. Flumina plaudēt manu ſimul/ mōtes exultabūt a con
ſpectu dn̄i: qm̄ venit iudicare terrā. habitatores inſularum pre gaudio geſtient et incole montium ſi=
mul leticia exuberabunt/ p̄ſentia regis ſaluatoris noſtri: quoniam aduenit vt rectum in terra faciat iu
10 dicium. Iudicabit orbem terrarū in iuſticia: et populos ĩ equitate: reget habitatores terre in lege iu
ſtitie: et populorum congregationes in ſanctitate vite/ viteq; rectitudine.
ADUERTE. Scdo verſu. ſaluauit ſibi dextera ei⁹: grece legit̃ εσωσεν αυτον η δεξια αυτου.
quod ſonat ſaluauit eum dextera ei⁹. et hoc pacto etiam legit editio romana. et planior eſt ſenſus. vt
primus verſus/ cantate dn̄o canticum nouū de Chriſto dn̄o ⁊ filio dei incarnato intelligat̃ (vt et eſt ĩ=
telligēdus) qui ſigna et admirande virtutis opa fecit/ que nullus alius fecit. cōtinuo ſubſequēs ver=
ſus dicat: nō ſolū ſigna mirāda fecit/ ſed ⁊ ꝓpria virt⁹ ei⁹ ſaluauit eū et ſācta ei⁹ ĩſupabilis oīpotētia
et diuinitas. nemo inquit tollet aīam meā a me. habeo poteſtatem ponēdi eam: ⁊ iterū ſumendi eā. ⁊
hoc eſt ſaluauit eū dextera eius et brachiū ſanctū eius. dextera enĩ et brachiū vtrūq; recti caſus ſunt
η δεξια αυτου και ο βραχιων ο αγιος αυτου. ¶ Tertio verſu. notū fecit dn̄s ſalutare ſuum. no=
tat Hieronimus in cōmētario hui⁹ pſalmi/ ſic ex hebræo etiā legēdū: notum fecit dn̄s Ieſum ſuum
quare nichil abſurdū videbitur: ſi hoc in loco dn̄s/ pater intelligat̃. ¶ Quarto verſu. et veritatis ſue
domui iſrael. hoc dicit̃: quia Chriſtus erat promiſſus populo iſrael/ vt pote de iſaac a quo iacob et
populus iſrael deſcēdit. ⁊ in ſemine tuo (inquit) bn̄dicētur oēs gētes. atq; hoc oraculū/ recordat⁹ eſt
miſericordie ſue/ et veritatis ſue domui iſrael: vidit impletū illibata virgo/ cum ipſo ſalutari plena/
cū fœcundia filio dei cecinit. ſuſcepit iſrael puerum ſuum: recordat⁹ miſericordie ſue. ¶ Quinto vſu
viderūt oēs termini terre/ ſalutare dei noſtri. hoc quoq; intellexit iuſt⁹ Simeon adimpletū: cū ĩfantu
lū mūdi artificē/ manu geſtātē vniuerſa/ āplexat⁹ ſtrinxit in vlnis: ⁊ gaudio pfuſus ⁊ geſtiēs ĩ hec vba
ꝓrupit. nūc dimittis ſeruū tuū dn̄e: ſecundū verbū in pace. qr viderūt oculi mei: ſalutare tuū. qđ pa
raſti: āte faciē oīm pploꝝ. ¶ Sexto verſu. in tubis ductilib⁹ et voce tube cornee. tube ductiles argē=
tee: qb⁹ eloq̇a dn̄i preſertim noui teſtamēti ꝯparant̃/ vt ſcriptū eſt. eloq̇a dn̄i eloq̇a caſta/ argētū igne
examinatū. et illis canebāt ĩ ſolēnitatib⁹/ dies letitie p̄ferētib⁹. Tubas corneas efficiebāt ex cornib⁹
arietū: et in dieb⁹ luctus ⁊ triſtitie illis canebāt/ in memoriā ĩmolatiōis Iſaac/ agniq; pro eo ĩmolati
q̇b⁹ nō male veteris legis eloq̇a deſignant̃: q̄ nō ad purū elimata et examinata/ ĩ figura et quadā craſ
ſitie cornea oīa mōſtrabāt. itē et tēpore captiuitatis et ante tēp⁹ gratie/ oīa quodāmodo triſticia. verū
et ſi volum⁹ ſeculū p̄ſens ad futurū cōparare/ triſtia quodāmodo ſūt oīa: et nobis ĩ cornea tuba canē=

cū memoriā agni imaculati/memoriā dn̄ice paſſionis peragētib⁹ vſq; ad ſcd̄m ei⁹ aduentū. ſicut ſcri
ptum eſt. quotieſcūq; eni māducabitis panē ⁊ calicē bibetis: mortem dn̄i annūciabitis donec veniat

**GALL.**

ps̄. dd̄. LXXXXVIII.

1 Dominus regnauit iraſcātur populi: q̄ ſedes ſuper cherubim moueatur terra.

2 Dn̄s in ſion magn⁹ et excelſus: ſuper oēs populos.

3 Confiteātur nomini tuo magno\quoniam terribile et ſanctū eſt: et honor regis iudicium diligit.

4 Tu paraſti directiones: iudicium et iuſtitiam ĩ iacob tu feciſti.

5 Exaltate dominū deū noſtrum: et adorate ſcabellū pedum eius: q̄m ſāctū eſt.

6 Moiſes et aaron in ſacerdotib⁹ eius: ⁊ ſamuel inter eos qui iuocant nomē eius.

7 Inuocabant dn̄m et ipſe exaudiebat eos: et in columna nubis loquebat̄ ad eos.

8 Cuſtodiebant teſtimonia eius: et preceptum quod dedit illis.

9 Domine de⁹ noſter tu exaudiebas eos: deus tu propicius fuiſti eis: et vlciſcēs in oēs adinuētiōes eorum.

10 Exaltate dominum deū noſtrum et adorate in monte ſancto eius: quoniā ſanctus dominus deus noſter.

**ROM.**

ps̄. dd̄. LXXXXVIII.

Dominus regnauit iraſcantur populi: q̄ ſedes ſuper cherubim moueatur terra.

Dn̄s in ſion magn⁹: ⁊ excelſus ſuper oēs populos.

Confiteātur nomini tuo magno et terribili quoniā ſanctum eſt: et honor regis iudicium diligit.

Tu paraſti equitatem: iudicium et iuſticiam ĩ iacob tu feciſti.

Exaltate dominū deū noſtrum ⁊ adorate ſcabellum pedum eius: q̄m ſanctū eſt.

Moiſes et aaron in ſacerdotib⁹ eius: ⁊ ſamuel inter eos q̄ inuocant nomē eius.

Inuocabant dn̄m et ipſe exaudiebat eos in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodiebant teſtimonia eius: et precepta ei⁹ que dederat illis.

Domine de⁹ noſter tu exaudiebas eos\deus tu ꝓpicius fuiſti illis: ⁊ vindicās in omnia ſtudia eorum.

Exaltate dominum deū noſtrū et adorate in monte ſancto eius: quoniam ſanctus eſt domin⁹ de⁹ noſter.

**HEB.**

LXXXXVIIII.

Dominus regnauit ꝯmoueātur populi: ſeſſor cherubim\concutiatur terra.

Dn̄s in ſyon magn⁹: et excelſus eſt ſup oēs populos.

Confiteātur nomini tuo magno et terribili ſanctoq; imperium regis iudicium diligit.

Tu fundaſti equitates: iudicium et iuſticiam ĩ iacob tu feciſti.

Exaltate dn̄m deū noſtrū et adorate ſcabellum pedū eius: quia ſanctus eſt.

Moiſes et aaron in ſacerdotibus eius: et ſamuel in iis qui inuocāt nomē eius.

Inuocabāt dn̄m ⁊ ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodierunt teſtimonia eius: ⁊ preceptum quod dedit eis.

Domine de⁹ noſter tu exaudiſti eos\domine propicius fuiſti eis: ⁊ vltor ſuper cōmutationibus eorum.

Exaltate dominū deum noſtrum et adorate in monte ſancto eius: quia ſanct⁹ dominus deus noſter.

TITULUS nullus. Pſalmus de Chriſto dn̄o. Propheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dn̄s regnauit iraſcant̄ ppl̄i/q̄ ſedes ſup cherubĩ moueat̄ ter
ra. meſſias dn̄i/Chriſt⁹ dn̄s regnū orbis obtinuit/cōcitent̄ natiōes: dn̄s ĩſeſſor ſup cherubim monar
2 chiam mūdi rexit/in laudē cōcitent̄ reſoluant̄q; orbis habitatores. Dn̄s ĩ ſion magn⁹ ⁊ excelſus: ſu
per oēs populos Chriſtus dn̄s in eccleſia regeneratorū magnificat⁹ ⁊ exaltatus: ĩ oībus orbis natio
3 nibus. Confiteant̄ noī tuo magno q̄m terribile ⁊ ſanctū eſt: ⁊ honor regis iudiciū diligit. oēs populi
et nationes honorificēt nomē tuū quod eſt ſup oē nomē/nomē ſublime/glorioſū ⁊ excelſū/nomē tre
mendū in quo oē genu flectat̄ cæleſtiū/terreſtriū/ ⁊ infernorum/nomē ſanctū/in quo eſt ſanctificatio
et redēptio noſtra: ⁊ honorificētia tua ⁊ cult⁹ tibi debit⁹ rex eterne amat eos qui pie credūt/ iudicant
4 et diſcernūt. Tu paraſti directiones: iudiciū ⁊ iuſtitiam in iacob tu feciſti. tu rex clementiſſime prepa
ramenta feciſti/tu apoſtolos ⁊ diſcipulos tibi delegiſti: et iuſtitie legem in terra ⁊ gente hebræorum
5 tradidiſti. Exaltate dn̄m deū noſtrū/ ⁊ adorate ſcabellū pedū ei⁹: q̄m ſanctū eſt. O populi tribus et
nationes glorificate regē noſtrū/cōditorē et ſaluatorē noſtrū/ ⁊ ꝓcūbite terre vbi ſteterūt pedes eius:

Ayuntamiento de Madrid

adoꝛate humanitatē eiꝰ qm̄ ſancta eſt. Moiſes et Aaron in ſacerdotibꝰ eius: ⁊ Samuel inter eos qui
6 inuocant nomē eius. Moiſes ⁊ Aaron figure ſacerdotū eius: ⁊ Samuel figura īuocātiū diuinitatem
7 eius. Inuocabāt dn̄m ⁊ ipſe exaudiebat eos: et ī colūna nubis loq̄batur ad eos. Moiſes et Aarō im=
ploꝛabāt diuinū auxiliū/ ⁊ dn̄s ſua exauditiōe/ ſuo fauoꝛe ꝓſequebat̄ eos: ⁊ ī nube colūnari alloque
8 batur eos Cuſtodiebāt teſtimonia eius: ⁊ pꝛeceptū quod dedit illis. Moiſes et Aaron ſeruabāt elo
quia eius: ⁊ legē quā mandauit eis. ita rex Chꝛiſte ſupbenedicte in aſſūpte carnis velamine allocu=
tus es apoſtolos tuos/ veros ſacerdotes tuos/ ipſi te inuocauerunt ⁊ exaudiſti eos. cuſtodierunt te=
ſtimonia tua et pꝛecepta que dediſti eis. tu domine his in veritate/ illis autem in figura et imagine
9 oīa monſtraſti. Dn̄e deus noſter tu exaudiebas eos/ deus tu ꝓpicius fuiſti eis: ⁊ vlciſcēs ī oēs adin=
uentiones eoꝛū. dn̄atoꝛ opifexq; et cōditoꝛ noſter/ tu benigne admittebas petitiones eoꝛū/ tu exoꝛa=
10 bilis fuiſti eis: et vltus eos ſi qui tranſgreſſi ſunt in vniuerſis exercitiis q̄ mādaſti eis. Exaltate dn̄m
deū noſtrum/ et adoꝛate in monte ſancto eius: qm̄ ſanctus dn̄s deus noſter. magnificate et gloꝛificate
dominatoꝛē et cōditoꝛē noſtrum/ venerantes pꝛocidite in pura et incontaminata eccleſia eius: quoni
am dominatoꝛ/ conditoꝛ et recreatoꝛ noſter eſt purus/ mundus/ incontaminatus.
ADVERTE. Philo in ſacra hiſtoꝛia hunc ex pſalmis in deſerto factis vnū ponit/ ⁊ de ſamuele ibi
ꝓphetatū. ideo ānectitur pſalmis Moiſi attribuit tamē cuidā Aſapho ꝓphete. ¶ Pꝛio verſu. dn̄s
regnauit iraſcant̄ populi: ex hebꝛeo/ dn̄s regnauit cōmoueant̄ populi. vbi ꝓpheta nō videt̄ ad irā vo
care populos: ſed potiꝰ ad motionē letitie. ſic enī concoꝛdat pꝛimo verſui pſalmi 96 et ſexto/ octauo/
et nono p̄cedētis/ et tertio huiꝰ. quomodo enī vocaret ad irā/ ⁊ ad confeſſionē magno noī eius? verū
qꝛ cōmoueri plerūq; ꝓ ſuccēſeri capi ſolet/ plerūq; ꝓ cōcitatione ad letitiā: interp̄tes nō pꝛo hoc ſed
pꝛo illo accepere. ¶ Eodē pꝛimo verſu. qui ſedes ſup cherubim: ex hebꝛæo ſeſſoꝛ ſup cherubim. et
eſt explicatio eius quod pꝛiꝰ dictū eſt: dn̄s/ et ſubaudit̄ iterū regnauit. ac ſi diceremus. dn̄s regnauit
cōmoueant̄ ppl'i: id eſt ſeſſoꝛ cherubim regnauit/ cōcitet̄ terra. qua de re per tertiā perſonā potiꝰ apd̄
nos dicendū eſſet q̄ ſedet q̄ꝫ q̄ ſedes: atq; integer verſus ita legēdꝰ. dn̄s regnauit cōmoueātur popu=
li: qui ſedet ſup cherubim/ moueat̄ terra. et eandē intelligentiā habet: dn̄s regnauit/ et qui ſedet ſup
cherubim. et rurſū cōmoueant̄ populi/ et particula hec moueat̄ t̄ra. ſed et grece habetur. ο καθημε=
ϱοσ επι τωϱ χεϱουβιμ/ ſedens ſup cherubim: vbi ſedens recti caſus eſt quapꝛopter rurſus ex gre
co vertendum erat qui ſedet/ potius q̄ꝫ qui ſedes. et Cherubim hic pluratiue dicitur/ quo ſacrum illū
ſupꝛeme hierarchie intelligas pꝛincipatū. ¶ Tertio verſu: confiteant̄ noī tuo magno. nomen magnū
ante Chꝛiſti aduētū/ putāt nomē tetragrāmatō. IHVH. at poſt Chꝛiſti aduētū/ et poſtea q̄ꝫ dn̄s re
gnauit: putāt pētagrāmaton IHSVH. ſumpta media q̄ mediatoꝛis eſt littera. qd̄ et credūt īſinuaſ
ſe magni dei pꝛeconē Paulū/ cū inquit. et dedit illi nomē quod eſt ſuper oē nomen. ¶ Quito verſu.
vbi legimus adoꝛate ſcabellū pedū eius qm̄ ſctm̄ eſt: Hieronymus ex hebꝛæo habet/ adoꝛate ſcabel
lum pedū eius/ quia ſanctus eſt. vbi ſanctus etſi explicet id quod ſignabat ſcabellū pedū diuinitatiſ:
cū eo tamen diſcrepat in genere. et cōſimiliter in greco legitur πϱοσκυϱειτε τω υποποδιω τωϱ
ποδωϱ αυτου οτι αγιοσ εστι adoꝛate ſcabellum pedum eius qm̄ ſanctus eſt. eſt enī hypopodion
neutrum/ et agios maſculinum. quare aut myſterium intelligitur q hic nomine ſcabelli Chꝛiſtus ſe=
cundum humanitatem ſignatur/ qui et ſecundum eam ſanctus eſt. et ī qua/ ipſa quaſi diuinitatis infi=
nitas requieuit in his infimis/ veluti deitatis pedes. ſed ī deo infimitas cū ſummitate coīcidit/ ⁊ diui
nitatis plenitudine. Nam ⁊ ipſe dn̄s noſter (hoc ipſum detegēte Paulo) eſt in quo inhabitat oīs ple
nitudo diuinitatis coꝛpoꝛaliter. quis igitur dubitat ſanctū illud coꝛpus eſſe adoꝛandū? ipſe enim eſt
agnus īmolatus: qui abſtulit peccata mundi/ ſanctus dn̄i et hoſtia incōtaminata et dignus eſt agnus
qui occiſus eſt/ accipere virtutē et diuinitatē et ſapientiā et foꝛtitudinē et honoꝛē et gloꝛiam et bene=
dictionē. ⁊ ad hoc foꝛte ſignificandū ſacramentū/ mutatum eſt genus. adde q ſubſtantiue/ magis ex=
plicatiue tenetur. ſic enī in Luca de eo ſecundū humanitatem dicitur. ſcio te: qui ſis ſanctus dei. ſꝫ ſi
contendis epithetum eſſe/ ⁊ quod (ſi reſpicit ſcabellum) diſcrepare in genere. Si concedam: addam
inſuper pꝛeſtare pꝛopꝛietatē ſermonis īmutare/ q̄ꝫ ſacramentū obnubere/ contegere/ confundere. At
ſi vlterius contendis: ſeruata ſermonis pꝛopꝛietate epithetum ad deum referri. Non ſatis tunc apta
videtur additio cauſe. nā celum etiā quod moꝛibūdis oculis intuemur thꝛonus et ſedes dei dicitur.
ſed qua colligitur cōſequētia: adoꝛate celū dei thꝛonum/ qꝛ deus ſactus eſt? qui potius vetamur ado
rare. ſed ſi celū eſſet ſanctus dn̄i/ qui tantopere ab omnibus ꝓphetis eſt ꝓmiſſus: ꝓculdubio iubere
mur ipſū adoꝛare. itaq; ſacramēti explicatiꝰ videtur: vt legatur ſanctus q̄ꝫ ſanctū. ſed de his hactenꝰ
¶ Sexto verſu. moiſes ⁊ aaron in ſacerdotibꝰ eius. dices in quo ſimiles ſūt moiſes ⁊ aaron ⁊ ſamuel
Chꝛiſti dn̄i ſacerdotibꝰ? multū oīno. nā Moiſi et Aaron loquebatur dn̄s in colūna nubis ex ſeptimo
verſu: apoſtolis autē pꝛimis ſuis ſacerdotibus loquebatur Chꝛiſtus dn̄s ī tēplo coꝛpoꝛis. Moiſes ⁊
Aaron publicarūt pꝛimā legē vmbꝛatilē ⁊ carnalē: apoſtoli ſacerdoteſq; Chꝛiſti publicauerunt ſecū=

Ayuntamiento de Madrid

dam legē/ exēplarem et ſpiritualē. Moiſes et Aaron ſigna fecerunt ante populū Iſrael in deſerto: ſacerdotes Chꝛiſti id eſt apoſtoli in toto mundo. Moiſes et Aaron inuocabāt dñm et exaudiebat eos: apoſtoli inuocabāt ſaluatoꝛem dñm ⁊ multo magis pro toto mūdo exaudiebat eos. Samuel pꝛo ſpiritu Helie in ſe duplicando inuocauit deum et depꝛecatus eſt: apoſtoli autem abunde ſpiritū ſāctum acceperunt/ et manuū impoſitione aliis cōmunicauerunt. et nichil in illis īueniri potuit: quin hi multo locupletius abundarent. ¶ Nono verſu. vlciſcens in oēs adinuentiones eoꝝ: ex hebꝛæo vltoꝛ ſuper commutationibus eoꝛum. certū enim eſt ꝙ ad aquas contradictionis Moiſes ⁊ Aaron increduli facti ſunt: ⁊ a diuina iuſſione et voluntate commutati et tranſgreſſi. qua de cauſa deus vltus eſt hanc alienationem et tranſgreſſionem eoꝛum: et non intrauerunt in terram pꝛomiſſionis. verum vt legim⁹ alium ſenſum contendere videtur. ſed tunc legendum potius exercitationes ꝙ̄ inuentiones. nam ea in quibus exercebant populū: non erant inuēta eoꝝ/ ſed diuina inſtituta. et ſic etiam grece legit̄ επι παρτα τα επιτηδευματα αυτωρ in omnia exercitia/ ſiue in omnes exercitationes eoꝛum. quo deſignatur deum pꝛotinus vlciſci eos: ſi qui diuinas oꝛdinationes in quibus exercebant populum/ tanſgrederentur.

¶ Pſalmus in confeſſione. LXXXXVIIII.

1 Iubilate deo oīs tra: ſeruite dño in leticia
2 Introite in cōſpectu ei⁹: in exultatione.
3 Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus: ipſe fecit nos et non ipſi nos.
4 Populus eius et oues paſcue ei⁹ introite poꝛtas ei⁹\ in confeſſione atria eius in hymnis confitemini illi.
5 Laudate nomen ei⁹ quoniam ſuauis dñs in eternū miſericoꝛdia eius: ⁊ vſqꝫ in generationem et generationem veritas eius.

¶ Pſalmus in confeſſione. LXXXXVIIII.

Iubilate dño oīs tra: ſeruite dño in letitia
Intrate in cōſpectu eius in exultatione\ ſcitote ꝙ dominus ipſe eſt deus ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Nos autem populus eius ⁊ oues paſcue eius\ intrate poꝛtas eius in confeſſione: atria eius in hymnis confeſſionum.
Laudate nomen ei⁹ quoniam ſuauis eſt dominus in eternū miſericoꝛdia ei⁹: et vſqꝫ in ſeculum ſeculi veritas eius.

¶ Pſalmus in confeſſione. C.

Iubilate dño oīs tra: ſeruite dño in letitia
Ingredimini coꝛam eo: ī laude.
Scitote qm̄ dñs ipſe ē de⁹\ ipſe fecit nos: ⁊ ipſi⁹ ſum⁹.
Populus eius: et grex paſcue eius.
Ingredimini poꝛtas ei⁹ ī gratiarum actione: atria eius in laude.
Confitemini ei bñdicite noī ei⁹ qꝛ bonus dñs\ ī ſempiternum miſericoꝛdia ei⁹ et vſqꝫ ad generationem et generationem fides eius.

TITULUS. Pſalm⁹ ꝓ cōfeſſione/ id eſt gratiarū actione/ diuina laude ⁊ beneficioꝝ ſuoꝝ agnitione. Pſalmus de Chriſto dño Pꝛopheta in ſpiritu loquitur/ ⁊ vocat vniuerſos terre īcolas ad dei beneficia agnoſcenda.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Iubilate dño oīs tra: ſeruite dño ī letitia. ſupꝛa vīriū captū
laudes effūdite redēptoꝛi deo oēs habitatoꝛes tre. ⁊ ei q̄ nos ī ſuū obſequiū mercat⁹ eſt/ hilarē/ pꝛō-
2 ptū alacrēqꝫ ⁊ ſpōtaneū exhibete cultum. Introite ī cōſpectu eius: in exultatiōe. repꝛeſentamini con-
3 ſpectui eius: in ſpirituali gaudio et mētis alacritate. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deus: ipſe fecit nos ⁊ nō
ipſi nos. hoc agnoſcite qm̄ is qui vos mercatus eſt in ſuos ſeruos/ ipſe eſt conditoꝛ et creatoꝛ veſter:
4 ipſe eſt opifex noſter/ et nos ipſius creatura ſumus et opus. Populus eius et oues paſcue ei⁹ itroi-
te poꝛtas ei⁹ in cōfeſſione/ atria eius ī hymnis: confitemini illi. ipſe dñs et rex veſter eſt et vos plebs
eius/ ipſe paſtoꝛ veſter eſt/ et vos grex celeſtis alimonie eius/ ſuſcipite cū gratiarū actiōe catecheſes
5 agnitionis eius/ ſuſcipite cū diuinis laudibus myſteria et ſacramēta eius: recolite beneficia ei⁹ Lau-
date nomē eius quoniā ſuauis eſt dñs/ in eternū miſericoꝛdia eius: et vſqꝫ in generationem et genera-
tionem veritas eius. inſtate laudibus noīs eius/ qm̄ dulcis/ benign⁹ et pius qui nos redemit/ miſe-
ricoꝛdie eius nullus eſt terminus: et a ſucceſſione in ſucceſſionē fides/ veritatiſqꝫ lex eius.

ADUERTE. Tertio verſu. vbi legimus/ et nō ipſi nos: nos recti caſus eſt. ſic enī grece και ουχ ημεισ id eſt et non nos. et qui adiecit ipſi: hoc feciſſe videtur vt per appoſitionē intelligatur nos eſſe recti caſus. verum Hieronymus ex hebꝛæo/ eius loco habet: et ipſius ſumus. et eſt aptioꝛ ſēſus. q̄s enī arbitratur ſe feciſſe/ aut creaſſe? Et tametſi patres noſtri nos ſeminēt aut generēt: nō tamē faciunt aut creant. et verius adhuc ſemināt ꝙ̄ generant. ſed ille qui foꝛmā dat: maxime gignit ac generat. q̄d

enĩ aliud, generatio etiã apud philoſophos: quã ipſi[9] forme introductio? ſic enĩ Moſes etiã id deo tribuit. deũ inquit qui te genuit dereliquiſti: et oblitus es dñi creatoris tui. Sed et cũ aliquando alias ab hebræo patrie lingue ſatis perito de pſalmis nõnulla percõctarer: hunc locum michi reprehendit tanquã inſcitia interpretis (quiſquis is fuerit) viciatum. vt in quo nulla abdicationis particula/negatio nulla ponatur. et eũ ſenſum quẽ poſtmodum ex fido interprete et optime de litteris ſacris merito ſacerrimo Hieronymo didici: adduxit. quare ſi verſus reſtituatur ſue origini conformior: minus potuerunt nobis inſultare iudæi/aut nos falſitatis et inſcitie arguere. ¶ Ultimo verſu. ſolent aliqui legere vſque in generatione et generationem veritas eius: ſed rectius vt eodem caſu legatur vſque in generationem et generationem. id enim: ſermonis ratio/ac proprietas efflagitat.

¶ Pſ. ipſi Dauid. C.

1 Miſericordiã & iudiciũ cantabo tibi domine\ pſallam et ĩtelligam in via immaculata: quãdo venies ad me.

2 Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee.

3 Nõ ꝓponebã ante oculos meos rem ĩiuſtam: faciẽtes preuaricationes odiui.

4 Nõ adheſit michi cor prauum: declinantẽ a me malignum non cognoſcebam.

5 Detrahentem ſecreto ꝓximo ſuo: hunc ꝑſequebar.

6 Superbo oculo et inſatiabili corde: cum hoc non edebam.

7 Oculi mei ad fideles terre vt ſedeãt mecum: ambulans ĩ via immaculata hic michi miniſtrabat.

8 Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua non direxit in cõſpectu oculorum meorum.

9 In matutino ĩterficiebã oẽs pctõres terre: vt diſperderem de ciuitate dñi omnes operantes ĩiquitatem.

¶ Pſ. ipſi Dauid C.

Miſericordiã & iudiciũ cantabo tibi domine\ pſallam et ĩtelligam in via immaculata: quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei: ĩ medio domus mee.

Nõ ꝓponebam ãte oculos meos rẽ malã\ faciẽtes preuaricationes odiui: et non adheſit michi cor prauum.

Declinantes a me malignos non agnoſcebã: Detrahẽtẽ aduerſ[9] ꝓximũ ſuũ occulte hunc perſequebar.

Superbo oculo et inſatiabili corde: cũ hoc ſimul non edebam.

Oculi mei ſup fideles terre vt ſedeant hi mecum: ambulans in via immaculata hic michi miniſtrabat.

Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua non direxit in cõſpectu oculorum meorum.

In matutinis ĩterficiebã oẽs peccatores terre: vt diſperdã de ciuitate dñi oẽs qui operantur iniquitatẽ.

¶ Pſalmus Dauid. CI.

Miſericordiam et iudicium cantabo tibi domine\ pſallam & erudiar in via perfecta: quando venies ad me.

Ambulabo in ſimplicitate cordis mei: in medio domus mee.

Non ponam coram oculis meis verbum belial: facientẽ declinationes odiui\ nec adheſit michi.

Cor prauũ recedet a me\ malũ neſciã: loquentem in abſcõdito contra proximum ſuum hunc interficiam.

Superbum oculis et altum corde: cum hoc eſſe nõ potero.

Oculi mei ad fideles terre vt habitent mecũ: ambulans ĩ via ſimpliciter hic miniſtrabit michi.

Non habitabit in medio domus mee faciens dolum loquens mẽdacium nõ placebit in cõſpectu oculorum meorum.

Mane perdam omnes impios terre: vt ĩterficiam de ciuitate dñi vniuerſos qui operantur iniquitatem.

TITULUS. Pſalm[9] dauid. Pſalm[9]/laus Xpi dñi ad patrẽ. Propheta ĩ ſpũ/eũ ĩducit pſallẽtẽ
1 EXPOSITIO CONTINUA. Miam & iudiciũ cãtabo tibi dñe: pſallã & ĩtelligã ĩ via ĩmacu
lata quãdo venies ad me. miſerationẽ tuã & iuſtitie tue equitatẽ in laude tua depromã pater ĩmenſe
laudabo te/meditabor & exercebor in lege tua incontaminata & perfecta. O pater/qñ tu docebis me
2 et mãdabis illã reſerare. Perambulabã in innocentia cordis mei: in medio domus mee. cõuerſat[9] ſũ
3 in ſimplicitate animi/in puritate mẽtis mee: ĩ medio terre iudææ. Nõ ꝓponebã ante oculos meos
rem iniuſtã: faciẽtes preuaricationes odiui. nichil funeſtum/nichil quod maligni principiſque tenebra

Ayuntamiento de Madrid

rum ſit/ac iniuſtū in mente volui: ſcribas autē et phariſeos legis tue tranſgreſſores odio habui. Nō 4
adheſit michi cor prauū: declinantē a me malignum nō cognoſcebā. homo ſcelerati animi non copu=
latus eſt michi: viri maligni a ſemita mea declinātis notitiā nolui. Detrahentē ſecreto proximo ſuo: 5
hunc ꝑſequebar. virū clam oblocutorē cōtra fratrē et notū ſuū: ego increpaui et in eū inuectus ſum.
Superbo oculo et inſatiabili corde: cū hoc nō edebā. cū viris elati animi et īexplebilis cōcupiſcētie: 6
menſā/participationē et vna cōuictū denegabā/āte eos diuine alimonie doctrinā nō ſeminabā. Ocu 7
li mei ad fideles terre vt ſedeāt mecū: ambulans in via īmaculata hic michi miniſtrabat. affectus ani
mi mei et prouidentia ad fideliter mandata dei ſuſcipiētes in terra / vt mecū participes ſint in regno
patris mei: obſeruans in ſimplicitate et puritate mentis legē dei ille michi famulabatur et obſequiū
preſtabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiā: qui loquitur iniqua/non direxit ī 8
cōſpectu oculorū meorū. nō reſidebit in regno meo ſuperbus: doloſus/maliloquus et mendax nichil
digne egit vnde placere poſſit ante conſpectū meū. In matutino interficiebam oēs peccatores terre 9
vt diſperderē de ciuitate dñi oēs operantes iniquitatē. in aduētu meo exterminaui oēs īpios orbis:
vt extirparem de regno dei vniuerſos qui mandata dei preuaricantur aut contemnunt.

ADVERTE Primo verſu. intelligā in via īmaculata: ex hebræo erudiar in via perfecta. id intel
lige de lege euāgelica/qua pater erudiuit filiū. dñs enī in lege dñi meditatꝰ et exercitatus eſt die ac
nocte. ſed ⁊ tūc a patre erudiꝫ: quādo pater in eo manēs mādat illa eloqui et manifeſta facere. et hoc
eſt forte quod ſubiungiꝫ ſi ſine interrogatione legiꝫ: quādo venies ad me. vt ſit ſenſus/intelligā/eru=
diar/docebor a te in lege ꝑfecta: quādo venies ad me/quādo mandabis et precipies me illa loqui et
manifeſtare. ego (inquit dñs) a meipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pater hec loquor. ⁊ lex Moi=
ſi perfecta non eſt: ſed typus et rudis quedā delineatio perfecte. Sunt qui hāc particulā quando ve
nies ad me cū interrogatione intelligūt: vt potiꝰ ſit ſenſus: quādo aderis/ quādo auxiliaberis michi
et nō tā ſibi q̄ nobis Chriſtus dñs aut pſallit aut orat. nunq̄ enī illi aberat pater: niſi quadā myſtica
preſenti abſentia. qui miſit me inquit mecū eſt: et non relinquit me ſolū. ¶ Secundo/tertio/quarto ⁊
ſequētibus verſibus ad finē vſqꝫ pſalmi: que īterpretes per p̄teritū īperfectū nobis expoſuerūt/ Hie
ronymus per futurū oīa expreſſit. et ſi nō per futurū exprimere voluerūt vt octauū verſū: per prete=
ritum perfectū forte id rectius feciſſe videreꝫ/ vt et in tertio verſu cū interpretati ſunt facientes pre=
uaricationes odiui. ¶ Quarto verſu. nō adheſit michi: Hieronymus ex hebræo iūxit ſuperiori par
ticule/et quod ſubiungitur cor prauū ſequēti. quare ſi concinandus eſt verſus ad hebraice veritatis
tralationē: legendus eſt. nec adheſerunt michi cor prauū declinabat a me/malignum non cognoſce=
bam. ¶ Vltimo verſu. in matutino interficiebā oēs peccatores terre. ex hebræo/mane perdā oēs in
pios terre. vt legimus/primo aduētui applicari poteſt. nā in primitiua eccleſia vniuerſa ferme exter
minata eſt idolatria/et per baptiſmū omnes peccato mortui: vt reſurgerent iuſtificati in ciuitate dñi/
monte ſion et tabernaculo dei cum hominibus. Verū vt ſacer Hieronymꝰ traduxit: de ſecūdo aduē
tu recte intelligi poteſt. cum in ipſis exordijs ipſoqꝫ futuri ſeculi diluculo dicturus eſt peccatoribus ⁊
impijs: diſcedite a me maledicti in ignē eternū/qui paratus eſt diabolo et angelis eius. ergo ī vtroqꝫ
aduentu delentur peccatores: ſed in primo per correptionē et iuſtificationis viuificationem: in ſecū=
do vero per ſecundam mortem/et eternam condēnationem.

| GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|
| ¶ Oratio pauperis cū anxiatus fuerit ⁊ coram dño effuderit precem ſuā. CI. | ¶ Oratio pauperis cum anxius fuerit ⁊ coram dño effuderit precem ſuā. CI. | ¶ Oratio pauperis cum anxius fuerit ⁊ coram dño fuderit eloquiū ſuū. CII. |
| 1 Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. | Domine exaudi orationē meam: et clamor meus ad te perueniat. | Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. |
| 2 Non auertas faciem tuā a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurē tuam. | Ne auertas faciem tuā a me in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuā: ī quacūqꝫ die inuocauero te velociter exaudi me. | Non abſcondas faciē tuā a me: ī die tribulatiōis mee inclina ad me aurē tuam. |
| 3 In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. | | In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. |
| 4 Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. | Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt | Qm̄ cōſūpti ſunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea quaſi frixa contabuerunt. |
| 5 Percuſſus ſum vt fenum | Percuſſus ſum ſicut fenū | Percuſſū eſt quaſi fenū ⁊ |

Ayuntamiento de Madrid

et aruit coꝛ meum: quia ob
litusſum comedere panem
meum.
11 A voce gemit⁹ mei:adhe-
ſit os meũ carni mee.
12 Similis fact⁹ ſũ pelicano
ſolitudinis:factus ſũ ſicut
nicticoꝛax in domicilio.
13 Vigilaui: et fact⁹ ſũ ſicut
paſſer ſolitarius in tecto.
14 Tota die exꝓbꝛabãt mi
chi inimici mei: et qui lau-
dabãt me aduerſum me iu
rabant.
15 Quia cinerem tanꝙ pa-
nẽ manducabã: ⁊ poculum
meum cũ fletu miſcebam.
16 A facie ire indignationis
tue:qꝛ eleuans alliſiſti me.
17 Dies mei ſicut vmbꝛa de-
clinauerũt: et ego ſicut foe-
num arui.
18 Tu aũt dñe in eternũ per-
manes: et memoꝛiale tuũ ĩ
generationẽ ⁊ generationẽ
19 Tu exurgẽs miſereberis
ſion:quia temp⁹miſerendi
eius:quia venit tempus.
20 Quoniam placuerunt ſer
uis tuis lapides eius:⁊ ter
re eius miſerebuntur.
21 Et timebunt gentes no-
men domini: et omnes re-
ges terre gloꝛiam tuam.
22 Quia edificauit dñs ſi-
on:et videbitur ĩ glͣia ſua.
23 Reſpexit in oꝛationem hu
milium: ⁊ non ſpꝛeuit pꝛe-
cem eoꝛum.
24 Scribantᷣ hec ĩ generatio-
ne altera:et ppłs qui creabi
tur laudabit dominum.
25 Quia pꝛoſpexit de excel-
ſo ſancto ſuo: dominus de
celo in terram aſpexit.
26 Vt audiret gemitus com

et aruit coꝛ meum quia ob-
litus ſum manducare pa-
nem meum:a voce gemitus
mei adheſerũt oſſa mea car
ni mee.
Similis fact⁹ ſũ pelicano
ĩ ſolitudine\factus ſũ ſicut
nycticoꝛax in domicilio:vi
gilaui et factus ſũ ſicut paſ
ſer vnicus in edificio.
Tota die exꝓbꝛabãt mi
chi inimici mei : et qui me
laudabãt aduerſum me iu
rabant.
Quia cinerẽ ſicut panem
manducabã: ⁊ potũ meum
cum fletu temperabam.
A facie ire indignationis
tue:qꝛ eleuans eliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbꝛa de-
clinauerũt : et ego ſicut fe-
num arui.
Tu autẽ domine in eter-
num ꝑmanes: et memoꝛia
le tuũ in ſeculũ ſeculi.
Tu exurgẽs miſereberis
ſiõ:quia venit tempus mi-
ſerendi eius.
Quia beneplacitũ habue-
rũt ſerui tui lapides eius:
⁊ terre eius miſerebuntur.
Et timebunt gẽtes nomẽ
tuum domine:⁊ omnes re-
ges terre gloꝛiam tuam.
Qm̃ edificauit dñs ſyon:
et videbitᷣ in maieſtate ſua
Et reſpexit ĩ oꝛatiões pau
perum : ⁊ non ſpꝛeuit pꝛe-
ces eoꝛum.
Scribãtur hec ĩ generatio
ne altera :⁊ ppłs q̃ creabi-
tur laudabit dominum.
Qm̃ pꝛoſpexit de excelſo
ſancto ſuo: dñs de celo ĩ ter
ram pꝛoſpexit.
Vt audiret gemitus vin

arefactum eſt coꝛ meum: qꝛ
oblitus ſum comedere pa-
nem meum.
A voce gemit⁹ mei:adhe-
ſit os meum carni mee.
Aſſimilatus ſum pelica-
no deſerti : fact⁹ ſum quaſi
bubo ſolitudinum.
Vigilaui:⁊fui ſicut auis
ſolitaria ſuper tectum.
Tota die exꝓbꝛabãt mi
chi inimici mei:exultantes
per me iurabant.
Quia cinerẽ ſicut panem
comedi:⁊ potũ meum cum
fletu miſcui.
A facie indignationis et
ire tue : quia eleuaſti me et
alliſiſti me.
Dies mei quaſi vmbꝛa in
clinati ſunt: et ego quaſi fe
num arui.
Tu aũt dñe in eternũ per
manes: memoꝛabile tuum
ĩ generatiõe et generatiõe.
Tu ſuſcitãs miſereberis ſiõ
qꝛ tẽp⁹ ẽ vt miſerearis ei⁹:
qm̃ veĩt tẽp⁹\qm̃ veĩt pactũ
Qm̃ placitos fecerunt ſer
ui tui lapides eius: et pul-
uerem eius miſerabilem.
Et timebunt gentes no-
men domini: et vniuerſi re
ges terre gloꝛiam tuam.
Quia edificauit domin⁹
ſion: apparuit in glͣia ſua.
Reſpexit ad oꝛationẽ va-
cui:et non deſpexit oꝛatio-
nem eoꝛum.
Scribantᷣ hec ĩ generatio-
ne nouiſſima:⁊ ppłs q̃ crea
bitur laudabit dominum.
Qm̃ pꝛoſpexit de excelſo
ſanctuario ſuo: dñs de ce-
lo terram cõtemplatus eſt.
Vt audiret gemitum vin

Ayuntamiento de Madrid

peditorum: ut ſolueret fili
os interemptorum.
22 Ut annunciēt in ſion no=
men domini: et laudē eius
in hieruſalem.
23 In conueniēdo populos
in unum: ⁊ reges ut ſerui=
ant domino.
24 Reſpondit ei in uia uirtu
tis ſue: paucitatem dieruꝫ
meorum nuncia michi.
25 Ne reuoces me ī dimidio
dierū meorū: in generationē
et generationem anni tui.
26 Initio tu domine terraꝫ
fundaſti: ⁊ opera manuum
tuarum ſunt celi.
27 Ipſi peribunt tu autem
pmanes: et omnes ſicut ue=
ſtimentum ueteraſcent.
28 Et ſicut opertorium mu=
tabis eos et mutabūtur: tu
autem idem ipſe es et anni
tui non deficient.
29 Filij ſeruorum tuorū ha=
bitabunt: et ſemen eorum ī
ſeculum dirigetur.



culatorum: et ſoluat filios
interemptorum.
Ut annūcietur in ſion no
men domini: et laus eius ī
hieruſalem.
In conueniēdo populos
in unum: et regna ut ſerui=
ant domino.
Reſpondit ei in uia uirtu
tis ſue\ paucitatem dieruꝫ
meorum enuncia michi \ et
ne reuoces me in dimidio
dierum meorum in ſeculū
ſeculi anni tui.
Initio terram tu funda=
ſti domine: et opera manu=
um tuarum ſunt celi.
Ipſi peribunt tu autem
permanes\ ⁊ omnia ſicut ue
ſtimentum ueteraſcent: ⁊ ſi
cut opertoriuꝫ mutabis ea
et mutabuntur.
Tu autem idem ipſe es: ⁊
anni tui non deficient.
Filij ſeruorū tuorū habita
bunt: et ſemen eorum in ſe=
culum ſeculi dirigetur.



cti: ut ſolueret filios mor=
tis.
Ut narretur in ſiō nomē
domini: et laudatio eius ī
hieruſalem.
Cum congregati fuerint
populi ſimul: et regna ut
ſeruiant domino.
Afflixit in uia fortitudi=
nē meaꝫ: abbreuiauit dies
meos.
Dicā deꝰ meus ne rapias
me in medio dierū meorū: in
gñatiōe gñationū ānī tui.
A principio terram fun=
daſti: et opus manuū tua=
rum ſunt celi.
Ipſi peribunt tu autem
ſtabis\ et omnes quaſi ueſti
mentum atterentur: qua=
ſi pallium mutabis illos ⁊
mutabuntur.
Tu autem ipſe es: ⁊ anni
tui non deficient.
Filij ſeruorū tuorū habi=
tabunt: et ſemen eorum an
te faciem tuā perſeuerabit.

TITULUS. Oratio pauperis cū anxius fuerit/ ⁊ ī cōſpectu dñi fuderit eloquiū ſuū. Pſalmus.
deprecatio eccleſie id eſt populi fidelis infideliū calamitate preſſi ad Chriſtum dñm. ꝓpheta in ſpi
ritu populum fidelem orantem inducit.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Dñe exaudi orationē meā: et clamor meus ad te ueniat. fili
2 dei/ uerbū patris eterni admitte precē meā: et uociferatio cordis mei ante te introeat. Non auertas
faciē tuā a me: ī quacūqꝫ die tribulor īclina ad me aurē tuā. fili dei ne ſubſtrahas gratiā et fauorē tuū
3 a me: ī quocūqꝫ tpe tribulationis mee extende ſup me ꝓpiciationē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero
te uelociter exaudi me. redēptor benigniſſime quocūqꝫ tēpore īplorauero auxilium miſericordie tue
4 ne differas in longū precē meā ſuſcipere. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cre
mium aruerunt. fili dei ne differas in longū me audire/ quia euanuerunt ſine uſu inſtar fumi tempora
5 mea: et quicquid in me ſolidū ⁊ firmū: ueluti res quepiā cōcremata/ uſtulatū eſt ⁊ exſiccatū. Percuſ
ſus ſum ut fœnū et aruit cor meū: quia oblitꝰ ſū comedere panē meū. afflauit me pcuſſio tua ut ure
do herbā cāporū: cōtabuit aīa mea/ quia nō fuit qui ꝓpinaret doctrine tue et ſpiritualis alimonie ci=
6 bum. A uoce gemitꝰ mei: adheſit os meū carni mee. a multitudine luctꝰ mei: oſſa mea et cutis ſimul
7 adheſerūt. Similis factꝰ ſū pelicano ſolitudinis: factus ſū ſicut nicticorax in domicilio. aſſimilatꝰ ſū
8 ulule deſerti: aſſimilatꝰ ſū noctue in ruinis atqꝫ macerijs edificiorū. Uigilaui: et factꝰ ſū ſicut paſſer
ſolitarius in tecto. inſōnes noctes egi: ⁊ aſſimilatus ſū paſſeri abſqꝫ compare culmū domorū inſiden=
9 ti. Tota die exprobrabāt michi inimici mei: et qui laudabāt me aduerſū me iurabāt. abſqꝫ intermiſ=
ſione conuicijs laceſſebāt me infideles aduerſarij mei: et qui uidebantur me probare/ aduerſū me cō
10 ſpirabant. Quia cinerē tanqꝫ panē māducabā: et potū meū cū fletu miſcebam. laceſſebāt/ et aduerſū
11 me conſpirabant/ quia pro doctrina tua cinere me paſcebāt: ⁊ pro potu lachrimis potabant. A facie
ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me. fili dei cinis michi cibus et lachrime mee potus a pre
ſenti plaga furoris et ſuccenſionis tue: quia tu qui me ab exordio naſcentis eccleſie eleuaſti/ multi=

Ayuntamiento de Madrid

12 plicaſti/auxiſti nūc depreſſiſti/minuiſti/ꝯtriuiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego ſi
cut fœnum arui. tēpora perfectionis mee vt veſtigia vmbre defluxerūt: ⁊ ego in ſimilitudinē fœni agri
13 cito defeci/ ⁊ a priſca illa charitate ⁊ deuotione ſiccatus ſū. Tu autē dn̄e in eternū ꝑmanes: ⁊ memo=
riale tuū ī generationē ⁊ generationē. at vero tu dn̄ator eterne ī ſēpiternū ꝑſeuēras: et memoria tua
14 per oēs generationes. Tu exurgēs miſereberis ſion/ quia tēpus miſerendi eius: quia venit tēpꝰ. O fili
dei vnicū cōfugiū noſtrū/ tu excitatus miſereberis/ venia gratiaq̄ tua dignaberis cœtū ſanctorū tuo
15 rū/ quia adeſt hora vt miſerearis eius: quia aduenit hora. Quoniam placuerūt ſeruis tuis lapides eiꝰ: ⁊ terre
eiꝰ miſerebunt̄. venit tēpꝰ vt miſerearis ſion quoniam ſancti quos ſuſcitaſti/ acceptabiles fecerūt populos
qui inſerātur in edificio ſion: ⁊ terrā ⁊ puluerem ſion miſeratione digna efficient/ vt adaptentur edi=
16 ficio ſanctorū tuorū. Et timebunt gentes nomē tuū dn̄e: ⁊ oēs reges terre gloriā tuam. audito nomi
ne tuo nationes reuerebuntur te fili dei/ dn̄ator eterne: ⁊ omnes dn̄atores orbis maieſtatem tuam.
17 Quia edificabit dn̄s ſion: ⁊ videbitur in gloria ſua. reuerebūtur nomen filij dei/ quia Chriſtus dn̄s
18 reſtaurabit eccleſiam ſuam: ⁊ apparebit in decore ſuo/ in honorificētia priſtina. Reſpexit in oratio=
nem humilium: ⁊ nō ſpreuit precem eorū. Chriſtus dn̄s oculos admouit precibꝰ afflictorū ⁊ humi=
19 liatorum: ⁊ non eſt aſpernatus deprecationē eorū. Scribantur hec in generatione altera: et populus
qui creabitur laudabit dn̄m. exarentur hec ⁊ memorentur in generatione poſt hāc calamitatē futura:
et qui in futurum in meliorē vitam reformabuntur collaudabunt Chriſtū/ regē eternū ⁊ dn̄atorē no=
20 ſtrum. Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit. collaudabunt Chriſtum do=
minum/ quia ipſe de dextera patris/ de ſublimi glorie ſue ſede oculis miſerationis ſue ſup nos aſpe=
21 xit: rex noſter ⁊ dn̄ator noſter de ſublimi ſolio ſuo reſpexit habitatores terre. Ut audiret gemitus cō
peditorum: vt ſolueret filios interemptorū. dn̄s habitatores terre aſpexit/ vt attenderet ad eiulatus
22 vinctorum: vt eriperet liberos eorū qui in aduerſa calamitate cōtriti defecerūt. Ut annūciēt in ſion no
mē dn̄i: et laudē eius in hieruſalē. id operatꝰ eſt Chriſtus dn̄s vt euāgelizetur nomē eiꝰ in eccleſia gē
23 tiū: ⁊ laudatio eius in gente hebræorum. In cōueniendo populos in vnum: et reges vt ſeruiant dn̄o.
vt populi gentium et hebreorū in vnū gregem ⁊ ouile vnū conueniant: ⁊ dn̄atores terre cōſpirent in
24 vnū vt famulētur Chriſto dn̄o nr̄o. Reſpōdit ei in via virtutis ſue: paucitatē dierum meorum nun=
25 cia michi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorū: in generatiōe ⁊ generationē anni tui. mater ſiō
allocuta eſt dominū in tempore cōfortationis ſue: dn̄e oſtēde michi breues eſſe dies afflictiōis mee.
⁊ ne finias/ ne extermines me in medio hoc tēpore inter primū feruentis cultus tui tēpus et nouiſſi=
26 mum: nā in ſeculū ſeculi duratio tua. Initio tu dn̄e terrā fundaſti: et opera manuū tuarū ſunt celi. in
27 principio tu fili dei orbem terre creaſti: et opificia omniartificis potētie tue ſunt celeſtes globi. Ipſi
peribunt tu autē permanes: ⁊ oēs ſicut veſtimentū veteraſcēt. celi mutabuntur ⁊ trāſibunt/ tu autem
28 perſtabis: ⁊ vniuerſi celorū globi veluti amictꝰ in tēpore cōſeneſcent. Et ſicut opertorium mutabis
eos et mutabuntur: tu autem idē ipſe es ⁊ anni tui nō deficiēt. tu fili dei celos mutabis vt mutari ſo=
let indumentum ⁊ mutabuntur: at vero tu ipſe ſemꝑ īmutabilis es/ ⁊ annorū tuorū eternitas ⁊ dura=
29 tio nequaq̄ deficiēs. Filij ſeruorum tuorum habitabūt: ⁊ ſemen eorū in ſeculum dirigetur. inſtructi
a ſanctis tuis terrā viuentiū hereditabūt: ⁊ proles eorū vſq̄ in ſempiternū in cultu tuo perſeuerabit.
ADVERTE. hunc pſalmū nō ab re de filio dei interpretatū intelligas. nā et paulus capite primo
epiſtole ſue ad hebræos: 26 ſextū verſum et obiter duos ſubſequentes adducit ad filium dei dirigi.
¶ Sexto verſu. adheſit os meū carni mee: os pro oſſe hic ītellige nō ꝓ ore/ ⁊ ex tralatione romana/
et quia in greco habetur το οστουν pro oſſe/ et quod ad oris ſignificationē minime anceps vocabu=
lū eſt. ¶ Septimo verſu. ſimilis factus ſum pelicano. que auis ſit pelicanꝰ quē et πελεκανα greci
quita apud eos ⁊ tercia apud nos inflexione appellāt: ſunt qui de ea aue varia fabulātur/ cōfodere
ſibi pectus et ſanguine ſuo proprios viuificare pullos. ſi egrū reſpiciat/ nō moriturū. ſin minꝰ/ mori=
turū: ſed certa deſiderat̄ hiſtoria. verū que hic noſanda eſt/ in hebræo vocat̄ QUAATH. ⁊ q̄cūq̄
ſit: imūda eſt/ in deſertis ⁊ ſolitudinibus habitās. in leuitico onocrotalus interꝑtata eſt. vbi dicitur.
hec que de auibus comedere non debetis. ⁊ ſubiūgit ibim ⁊ cygnū ⁊ onocrotalū. Sed onocrotalus/
holoris ſimilitudinem habet. nec diſtare putaretur omnino: niſi faucibus ipſi ineſſet alterius vteri ge
nus. huc oīa īexplebile aīal cōgerit. mira vt ſit capacitas. mox perfecta rapina/ ſenſim inde in os red
dita/ inferā in aluū rumināntis modo defert. hoc de onocrotalo ex hiſtoria. Ceterū ariſtoteles nomīe
pelicani intelligit quoddā genus auiū pelago/ amnibus lacubuſq̄ ⁊ fluminibꝰ victum queritātium/
de quibus in quodā loco hiſtorie aīaliū hūc in modum ſcribit οι δε πελεκανεσ οι εν τοισ ποτα=
μοισ γινομενοι καταπινουσι τασ μεγαλασ κογχασ και λειασ οταν δεν τω προ τησ
κοιλιασ τοπω πεψωσιν εξεμουσιν ινα χασκουσων τα κρεα εξαιρουντεσ εσθιωσι pele=
canes autē qui fluuios accolunt maiuſculas conchas planaſq̄ glutiunt. quas vbi in igluuie/ preuē=
triculoq̄ coxerint/ euomunt: vt hiantibus ipſis carnes eximentes edant. Quē locum fere interpretat̄

Ayuntamiento de Madrid

plinius paulo amplius adijciens. Platea inquit nominatur aduolans ad eas q̃ ſe in mari mergunt:
capita earum moꝛſu coꝛripiens donec capturam extoꝛqueat. eadem cum deuoꝛatis ſe impleuit con-
chis/caloꝛe ventris coctas euomit. atq; ita ex ijs eſculenta legit/teſtas excreans. et pelecanem vt vi-
dere licet plateam interpꝛetatur: quam et ita volunt a latitudine dictam. hec de pelecane dicta ſint.
¶ Et quod in eodem ſexto verſu dicimus/et ſicut nycticoꝛax in domicilio: Hieronymus ex hebꝛæo
vertit factus ſum quaſi bubo ſolitudinum. putant nonnulli nycticoꝛacem veſpertilionem eſſe / quam
greci nycterida appellant: ſed alia volucris eſt. et Hieronymus in fine epiſtole ad ſumniam et frete-
lam nycticoꝛacem vult eſſe noctuam. nycticoꝛax inquit noctuam ſignificat. et ita circa litteram inter-
pꝛetati ſumus. et in domicilio: in ruinis. nam et hunc in modum in eadem epiſtola ex hebꝛæo inter-
pꝛetatur Hieronymus. et que hic ponitur hebꝛei COUS appellant. et diffiniunt genus eſſe volu-
cris vlulantis. et rabi Salomon eandem dicit eſſe cum pelicano. hac de cauſa circa expoſitionem lit-
tere pꝛo pelicano poſui vlulam. et nichil in hoc verſu aliud velle videtur pꝛopheta: q̃ comparare il-
lius calamitatis derelictos ſanctos/auibus damnatis/⁊ que ad lucem comparere non audent/⁊ que
in ſolis deſertis habitãtes ſuas querelas et vlulatus miſerabiliter effundunt. ſed et in leuitico: inter-
pꝛes idem vocabulum vertit bubonem/ vbi dicit. bubonem ⁊ mergulum: eas nominans inter aues
Paſ pꝛohibitas. ¶ Septimo verſu. ſicut paſſer ſolitarius in tecto. gallia narbonenſis (et pleraq; alia foꝛ-
ſer. ſan loca) vocalem auem habet magnitudine merule/quã vulgo paſſerẽ ſolitariũ appellãt: a qua pu-
tãt nõnulli hãc cõparationẽ duci/q̃q; ⁊ merulã putent eo dictã ꝙ ſoliuaga ſit auis. id enim merũ qḋ
ſolitariũ grãmatici ſignificare cõtẽdũt/ vnde auis nomẽ deductũ volũt. At merula culmis domoꝛum
non inſidet: ne de merula id intelligat̃ dictũ. Pꝛeterea hic ſolitariꝰ nõ circũlocutiuũ ſed adiectiuum
eſt. nã et hic Hieronymꝰ ex hebꝛæo habet: ſicut auis ſolitaria ſup tectũ. quo cõparare videt̃: illius
tẽpoꝛis fideles aui deſtitute ⁊ non habẽti ſocietatis cõſolationẽ / in meroꝛe vigilãti ſi foꝛte adiunga-
tur comes et ſolatium afferẽs. ¶ Quintodecimo verſu. et terre eius miſerebunt̃: Hieronymꝰ ⁊ pul-
uerem eius miſerabilẽ. qḋ foꝛte rectiꝰ. nã miſereri dñi eſt/nõ ſeruoꝝ. itaq; hoc deſignare videtur ver
ſus: ſeruos quos ꝓ ſua pietate/illa tẽpeſtate ſuſcitabit deꝰ/facturos in Chꝛiſti deiq; fide ſolidos et
acceptabiles deo/tanq̃ ſacros lapides ſancto edificio ſion inſerendos. ſed ⁊ etiã facturos: plebeos/
infimos ⁊ vltimos (qui in comparatiõe ꝑfectoꝝ et ſolidoꝛũ: vt terra ⁊ puluis erũt) miſeratiõe diuina
dignos. Hec igitur intelligẽtia verſus. qm̃ acceptabiles fecerũt ſerui tui lapides ſyon: et terram eius
miſerabũdã. ⁊ q̃ timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloꝛiã tuã. venit tempus vt miſerea-
ris ſion. et qḋ dicit̃ placuerũt/fecerũt: certã dei ⁊ indubitabilem p̃finitionẽ mõſtrat. vt autẽ beneplaci
ti diuini deſignaretur expꝛeſſio et noſtro moꝛe loquẽdo dicendũ eſſet: quia placebũt/ſiue facient ſaltem
habito reſpectu ad tempus in quo illud ꝓtulit ꝓpheta. ¶ Duodecimo verſu. reſpexit in oꝛationem
humiliũ: vbi habemus humiliũ/Hieronymꝰ poſuit vacui. alij malunt excitati ⁊ minime in oꝛatione
doꝛmitantis. quaſi tunc populus expgefaciendus ſit ⁊ excitaturus mentẽ/⁊ alacriter vigilãterq; oꝛa
turus: ⁊ ideo dñs nõ aſpnabitur eoꝛũ p̃cem. ſic delboꝛa excitat ſe cũ dicit. Delboꝛa ſurge ſurge et lo-
quere canticum. παραγωγορ vocabulum p̃ſentis loci habet̃. ⁊ ſic ꝑfecto expgefacta et excitata mẽ-
te/deo oꝛãdũ eſt. Sed quid inquis? ergo Hyeronymus pperam dixit/reſpexit ad oꝛationem vacui?
Non dixerim. nã intellexiſſe arbitroꝛ: reſpexit deus ad oꝛationẽ vacui/id eſt nulla cura nullaue alia
ſolicitudine q̃ oꝛãdi impliciti. ſic enĩ accedere ad oꝛationẽ debemus. et qui ſic oꝛat: excitatus/mini-
me doꝛmitans aut ad aliena potius (vt ſic dixerim) cogitans oꝛat. ⁊ cũ eo coincidit qḋ alij meliꝰ eſſe
contendũt. Uerũ ſi quis vult exaudiri: oĩ alio vacuus negocio/accedat ad oꝛandũ. ſic enĩ fiet vt deꝰ
p̃cem eius reſpiciat ⁊ ex mẽte non alio inflexa ꝑfectã benignus exaudiat. ¶ Uiceſimoſecũdo verſu.
vt annũciem: rectius annunciet̃. nã ex hebꝛeo narret̃. ⁊ in tralatione romana annunciet̃. ⁊ in greco του
αραγγειλαι. ¶ Uiceſimotertio verſu. in cõueniendo populos in vnũ: id grecoꝛũ cõſuetudine dictũ
eſt. ſed ſermo latinus magis requirit: cũ cõueniẽt populi pariter. ⁊ Hieronymꝰ habet cũ congregati
fuerint populi ſimul. id enim vult επιτοαυτο/qua dictiõe hic vtunt̃ greci/in idẽ ſimul/pariter. quã
(vt alias quoq; dictũ eſt) interdũ in vnũ/interdũ in idipſũ vertũt. ¶ Uiceſimoquarto verſu. reſpõ-
dit ei in via virtutis ſue: Hieronymꝰ ex hebꝛæo/afflixit in via foꝛtitudinẽ meã. et aliam dat intelli-
gentiam. valida enĩ fuit pꝛima eccleſia: ⁊ valida erit vltima. verũ pꝛime ꝓcedẽdo in mediam quaſi
tranſeũtis viã feruoꝛ paulatim elanguit/et vt fœnũ arefacta eſt deuotio. ⁊ illo medio tẽpoꝛe in quo
veriſimile eſt ⁊ nos adhuc eſſe: afflicta eſt eccleſia. ⁊ eã occuparũt inſidie dꝛaconum: que ſunt here-
ſes ⁊ peruerſitates dogmatũ. ⁊ inualuit maximus dꝛaco qui eſt pꝛima beſtia in apocalypſi ⁊ cũ ſuo
perditionis capite machumetea ſecta. ſed deꝰ miſeratus ſuos/bꝛeuiauit dies ꝓ pernicie veneni: ne
oẽs interirent. ⁊ beati qui non intereũt in illa media tempeſtate veneno dꝛaconũ ⁊ beſtie ſauciati. et
oꝛat ſpiritus eccleſie: ne illa media tẽpeſtate ipſa intereat ⁊ diripiat̃. a cuius periculis lux vite Chꝛi
ſtus dominus eam eripere dignetur: qui fuit/ eſt et erit benedictus in ſecula amen. ¶ Uiceſimoſe-

Ayuntamiento de Madrid

ptimo verſu. ipſi peribunt tu autem permanes: mallem hic legi permanebis. tum authoritate veritatis hebraice: ex qua Hieronymꝰ vertit / ipſi peribunt tu autem ſtabis: tum veneratiõe et amore deiloqui pauli: in cuius epiſtola ad hebræos ita legimus. ipſi peribunt tu autẽ permanebis. tũ quia ſermo acommodatior ratiõe precedẽtis ꝛ ſubſequẽtium verborum: que oĩa futurũ enũciant

**GALL.**

¶Ipſi Dauid. CII.

1 BEnedic aĩa mea domĩo et oĩa q̃ ĩtra me ſunt nomini ſancto eius.

2 Benedic anima mea domino: et noli obliuiſci omnes retributiones eius.

3 Qui propitiatur oĩbus ĩiquitatibus tuis: qui ſanat omnes ĩfirmitates tuas.

4 Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in mĩa ꝛ miſerationibus.

5 Qui replet in bonis deſiderium tuuꝫ: renouabitur vt aquile iuuentus tua.

6 Faciẽs miſericordias dominus: et iudicium omnibus iniuriam patientibus

7 Notas fecit vias ſuas moiſi: filijs iſrl̃ volũtates ſuas

8 Miſerator et miſericors dominus: longanimis et multum miſericors.

9 Non in perpetuum iraſcetur: neq; in eternum comminabitur.

10 Nõ ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

11 Quoniam ſcd̃m altitudinem celi a terra: corroborauit miſericordiã ſuam ſuper timentes ſe.

12 Quãtum diſtat ortꝰ ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates noſtras.

13 Quomodo miſeretur pater filiorũ miſertus eſt dñs timentibus ſe: qm̃ ipſe cognouit figmentũ noſtrũ.

14 Recordatꝰ eſt qm̃ puluis

**ROM.**

¶Ipſi Dauid. CII.

BEnedic aĩa mea domino et oĩa ĩteriora mea nomen ſanctum eius.

Benedic anima mea dominũ: et noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Qui propiciꝰfit oĩbus iniquitatibus tuis: qui ſanat oẽs languores tuos.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui ſatiat in bonis deſiderium tuum.

Qui coronat te in miſeratiõe et mĩa renouabitur ſicut aquile iuuentus tua.

Faciẽs miſericordias dominus: et iudicium omnibus iniuriam patiẽtibus.

Notas fecit vias ſuas moiſi: filijs iſrl̃ volũtates ſuas

Miſericors et miſerator dominus: patiẽs et multũ miſericors.

Non in finem iraſcetur: neq; in eternum indignabitur.

Non ſecũdum peccata noſtra fecit nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quia ſecundum altitudinem celi a terra: confirmauit dominus miſericordiã ſuam ſuper timentes eum.

Quãtum diſtat oriens ab occaſu elongauit a nobis iniquitates noſtras.

Sicut miſeretur pater filijs\ ita miſertus eſt dominus timentibus ſe: quia ipſe ſcit figmentum noſtrum

Memento dñe ꝙ puluis

**HEB.**

¶Pſalmꝰ Dauid. CIII.

BEnedic aĩa mea domino: et oĩa viſcera mea nomini ſancto eius.

Benedic anima mea domino: et noli obliuiſci omnium retributionum eius

Qui propiciat̃ cunctis iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de corruptione vitam tuam: ꝛ coronat te mĩa et miſerationibus.

Qui replet bonis ornamẽtum tuum: innouabitur ſicut aquile iuuentus tua.

Faciẽs iuſtitias dominꝰ: et iudicia cunctis qui calũnias ſuſtinent.

Notas fecit vias ſuas moiſi: filijs iſrael cogitatiões ſuas.

Miſericors ꝛ clemẽs dñs: patiẽs ꝛ multe miſerationis

Non in ſempiternum iudicabit: neq; ĩ eternum iraſcetur.

Non ſecũdum peccata noſtra fecit nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quãtum enim excelſius eſt celum terra: tantum confirmata ẽ miſericordia eiꝰ ſuper timentes eum.

Quãtũ lõge eſt oriens ab occidente: tantũ longe fecit a nobis ſcelera noſtra.

Sicut miſeretur pater filiorum: miſertus eſt dominus timentibus ſe.

Ipſe enim nouit plaſmationem noſtrã: recordatus



Ayuntamiento de Madrid

GALL.

ſumus\homo ſicut fenum:
dies eius tanq̄ flos agri ſic
15 efflorebit.
Q̄m ſpiritꝰ ꝑtrāſibit in il
lo ⁊ non ſubſiſtet: et non co=
gnoſcet ampliꝰ locum ſuū.
16 Miſericordia autem dn̄i
ab eterno et vſq; ī eternum:
ſuper timentes eum.
17 Et iuſtitia illius in filios
filiorum: ijs qui ſeruant te
ſtamentum eius.
18 Et memores ſunt manda
torū ipſius: ad faciēdū ea.
19 Dominus in celo parauit
ſedem ſuam: et regnū ipſiꝰ
omnibus dominabitur.
20 Benedicite dn̄o oēs ange=
li eius\potētes virtute fa=
ciētes verbū illius: ad au=
diendā vocē ſermonum eiꝰ
21 Benedicite dn̄o oēs virtu
tes eius: miniſtri eius qui
facitis voluntatem eius.
22 Benedicite dn̄o oīa opera
eius: in omni loco domina
tionis eius benedic anima
mea domino.

ROM.

ſumus\homo ſicut fenum
dies eius: et ſicut flos agri
ita efflorebit.
Quia ſpiritꝰ pertranſibit
ab eo et non erit: et non co=
gnoſcet ampliꝰ locum ſuū.
Miſericordia autem dn̄i
a ſeculo eſt: et vſq; in ſeculū
ſeculi ſuper timentes eum.
Et iuſtitia eius ſuꝑ filios
filiorum cuſtodientibus te
ſtamentum eius: et memo=
ria retinentibus mandata
eius vt faciant ea.
Dominus in celo parauit
ſedem ſuam: et regnū eius
omnium dominabitur.
Benedicite dn̄m oēs ange
li eius\potētes virtute qui
facitis verbū eiꝰ: ad audiē=
dam vocē ſermonum eius.
Benedicite dn̄m oēs vir=
tutes eius: miniſtri eiꝰ qui
facitis voluntatem eius.
Benedicite dn̄m oīa ope=
ra eius: in omni loco domi
nationis eius benedic ani=
ma mea dominum.

HEB.

eſt quia puluis ſumus.
Hō quaſi herba: dies eiꝰ ſi
cut flos agri ſic efflorebit.
Quia ſpiritus pertrāſiet
eum et non ſubſiſtet: et non
cognoſcet eum vltra locus
eius.
Miſericordia autem dn̄i
ab eterno ⁊ vſq; in eternum
ſuper timētes eum: ⁊ iuſti=
tia eius in filios filiorum.
Iis qui cuſtodiunt pactū
eius: et recordantur prece=
ptorum eiꝰ ad facienda ea.
Dominus in celo ſtabili=
uit thronū ſuum ⁊ regnum
illius omnium dn̄abitur.
Benedicite domio angeli
eius\fortes robore\facien=
tes verbum eius: obediētes
voci ſermonis eius.
Benedicite dn̄o oēs exer=
citus eius: miniſtri eiꝰ qui
facitis placitum illius.
Benedicite dn̄o vniuerſa
opera eius: in omnibus lo=
cis poteſtatis eius benedic
anima mea domino.

TITULUS David. Pſalmꝰ graꝝ actio cū āte tū maxie facta a Chriſto dn̄o noſtra redēptione.
Propheta in ſpū ꝑſonā agit cuiuſq; diuinorū bn̄ficiorū gratitudinē ⁊ gratiarū actione flammantis.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Benedic aīa mea dn̄o: et oīa que intra me ſūt nomini ſancto
eius. o ſpūs/o mens mea/o imago ad diuinam effigiem efformata gratias age dn̄o poſſeſſori et crea=
2 tori tuo: ⁊ oīa precordia mea/cuncte aīe mee vires benedicite verbo eius ſanctitate perfecto. Bene=
dic anima mea dn̄o: ⁊ noli obliuiſci oēs retributiones eius. o diuini vultus imago pſalle/lauda gra=
3 tias age deo dn̄atori tuo: ⁊ ne immemor ⁊ ingrata eſto beneficiorum eius. Qui ꝓpiciatur oībus ini=
quitatibus tuis: qui ſanat oēs infirmitates tuas. noli immemor ⁊ ingrata eſſe beneficiorum eiꝰ, ꝗ re=
4 mittit oīa peccata tua: ⁊ omnibus ex peccato contractis lāguoribus medetur. Qui redimit de inte=
ritu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia et miſerationibꝰ. noli immemor ⁊ ingrata eſſe benefi=
ciorū eius/qui non ſolū peccata tua dimittit/⁊ ſanat morbos tuos/ſed ⁊ te ſuam imaginem ab eter=
no cruciatu gehenne eripit: et gloria donat ſempiterna/nullo merito tuo ſed dono miſericordie ſue ⁊
5 miſerationū ſuarū elargitione. Qui replet in bonis deſiderium tuum: renouabitur vt aquile iuuen=
tus tua. noli inquā immemor eſſe beneficioꝝ factoris tui/qui offenſas tuas dimittit/qui egritudines
tuas ſanat/qui redimit te a morte gehēne/qui celeſti regno te donat/qui ſolus bonis ſuis mētem tuā
ſatiat: qui renouabit vt aquile iuuentā tuam/teq; in ſemper floridam immarceſſibilē q; ſuſcitabit vitā
8 7 Faciens miſericordias dn̄s: ⁊ iudiciū oībus iniuriā patiētibus. Notas fecit vias ſuas moiſi: ⁊ filijs
iſrael voluntates ſuas nequaq; deē obliuioni tantorū bonoꝝ largitor/miſerator dn̄s: et iuſtus iudex
oībus ijs qui iniuſte patiūtur. miām ſuā ⁊ iudiciū ſuum manifeſtauit Moiſi: populo iſraelitico legē
8 ſuā ⁊ preceptiones ſuas. Miſerator ⁊ miſericors dn̄s: longanimis ⁊ multum miſericors. compatiens
9 et propicius dn̄s: ad iraſcendū ⁊ vlciſcēdū tardus/et plurimus ad ignoſcēdum. Non in perpetuum
iraſcetur: neq; in eternū cōminabitur. non inſenſus retinebit contra nos iram ſuam in ſempiternum:

Ayuntamiento de Madrid

10 neqꝫ in perpetuũ ſuccenſebit nobis. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neqꝫ ſcd̃m iniquitates
noſtras retribuit nobis. non reddidit nobis vices vt merebantur delicta noſtra: neqꝫ vt merite erant
11 tranſgreſſiones noſtre mulctauit nos ſupplicioqꝫ affecit. Quoniam ſcd̃m altitudinem celi a terra: cor
roborauit miſericordiã ſuam ſuper timentes ſe. quãto differt diuinũ a mortali: tanto validiorem effe=
12 cit ꝓpiciationẽ ſuam / iis qui charitate beneficiorũ ſuorum inflãmati metuunt eum. Quantum diſtat
ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates noſtras. q̃ procul eſt oriens ab occaſu / vita a mor
13 te / lux a tenebris: tã procul fecit a nobis tranſgreſſiones noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum /
miſert⁹ eſt dñs timẽtib⁹ ſe: qm̃ ipſe cognouit figmentum noſtrũ. nõ ſecus ac indulgens pater parcere
ſolet et benignus ignoſcere delictis liberorũ ſuorum: ita dñs ignouit et propicius factus eſt ſeruis ſuis
14 metuẽtibus eum: quoniam ipſi cognita eſt fictio et plaſmatura noſtra. Recordatus eſt quoniam pul
uis ſumus / hõ ſicut fenum: dies ei⁹ tanq̃ flos agri ſic efflorebit. in mentem reuocauit dñs / quoniam
nos factura ſua / ex terra plaſmati ſumus / q homo in hoc mundo quaſi fragilis herba / q̃qꝫ tempus
15 vite eius et omnis gloria euis in modum floris agri continuo fugit / elabitur / emarceſcit. Quoniam
ſpiritus pertranſibit in illo et nõ ſubſiſtet: et nõ cognoſcet amplius locum ſuum. recordatus eſt dñs /
quia anima egredietur ab homine / et q homo nõ amplius in hoc mũdo ſubſiſtet: et non conſiderabit
16 amplius loca / terras / honores et paſſiones ſuas. Miſericordia autem domini ab eterno et vſqꝫ in eter
num: ſuper timentes eum: vita hec temporalis breuiſſima eſt et cito tranſitura / ſed miſericordia dei
17 noſtri non defutura eſt in ſempiternum: iis q in charitate metuũt eum. Et iuſtitia illius in filios filio=
18 rum: iis qui ſeruant teſtamentum eius. Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciẽdũ ea. et iuſti=
ficatio dñi et equitatis retributio in longa gñatiõis ſerie: eorum q cuſtodiũt legẽ et precepta eius. et qui
19 in memoriã reuocãt mãdata ei⁹: vt adimpleãt ea. Dñs in celo parauit ſedẽ ſuã / et regnũ ipſius oĩbus
dñabitur. dñs qui nobis miam ſuã facit et iuſtitiã in filios eorũ qui cuſtodiũt p̃ceptũ ei⁹ / et faciunt man
data eius / aptauit in celeſtib⁹ thronũ ſuũ in dextra patris ſui: et imperiũ ſuũ excelſi⁹ cũctis / vniuerſis
8 De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Dauid pſalmus. CIX.
DIxit dominꝰ domino meo: ſede a dextris meis.
Donec ponā inimicos tuos: ſcabellū pedum tuorum.
Uirgā virtutis tue emittet dominus ex ſion: dominaberis in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium ī die virtutis tue in ſplendoribꝰ ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinē melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: cōfriget ī die ire ſue reges.
Iudicabit ī nationibꝰ, implebit ruinas ꝯquaſſabit capita multa ī terra copioſa.
De torrente ī via bibet: ꝓpterea exaltabit caput.

Dauid canticum. CX.
DIxit dominꝰ domino meo: ſede a dextris meis.
Donec ponā inimicos tuos: ſcabellum pedū tuorum.
Uirgam fortitudinis tue emittet dominus ex ſiō: dominare in medio inimicorum tuorum.
Populi tui duces ſpontanei erūt ī die fortitudinis tue ī mōtibꝰ ſāctis: q̄ſi de vulua oriet tibi roſa adoleſcētie tue.
Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinē melchiſedech.
Dñs a dextera tua: percuſſit in die furoris ſui reges.
Iudicabit in gentibꝰ, implebit valles: percutiet caput in terra multa.
De torrente ī via bibet: ꝓpterea exaltabit caput.

TITULUS. Pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. locutus eſt dñator
2 deus dñatori meo Chriſto: ſede ī dextera mea. Donec ponā īimicos tuos: ſcabellū pedū tuorū. nec
a ſede dextere mee dimoueberis priuſq; dem iudeos aduerſarios tuos qui nolūt te regnare ſuper ſe:
3 conculcationem pedum tuorum. Uirgā virtutis tue emittet dominꝰ ex ſion: dominare in medio īimicorum tuorum. baculū fortitudinis tue proferet deus ex ſion / humanitate te induet ī terra hebræorū
4 tu dominum habe in medio aduerſariorū tuorū. Tecum principiū in die virtutis tue in ſplēdoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferū genui te. tu principiū ꝛ apud te principium in eternitate diuinitatis tue / in claritate et gloria beatorꝝ omniū: preordinaui ante conditionem cælorū / ante mundi exordiū /
5 te ex ventre virgineo naſciturū. Iurauit dñs ꝛ nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinē melchiſedech. iureiurando et irreuocabiliter proteſtatus eſt dominator deus nec iuraſſe vnq̄ꝫ tedebit eū: tu es pōtifex manſurus in ſempiternū / non ſecundum ordinationem aaron in multitudine pecudū / victimarū / ꝛ holocauſtomatū / ſed ſecundū ritū melchiſedech / ſtatuens offerendum panem
6 et vinū. Dñs a dextris tuis: cōfregit in die ire ſue reges. dñator omniū in omnibus ei dexter ꝛ fauorabilis: contriuit ac cōminuit in tēpore vindicte ſue reges et principes qui aſtiterunt et cōuenerunt in
7 vnū aduerſus eū. Iudicabit in nationibus / implebit ruinas: cōquaſſabit capita ī terra multorꝝ. Chriſtus dominus legem dabit in gentibus / phanorū ꝛ idolorū demolitiones perficiet / et pricipes demo

Ayuntamiento de Madrid

s nioꝛum in plurimoꝛum regionibus conteret. De toꝛrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Chꝛiſtus dominus in peregrinatione moꝛtalis vite multos impetus tribulationum perferet/ et tandem amariſſimum moꝛtis calicem guſtabit: et ideo poteſtatem ſuper omnia accipiet/ et ſuper omnes rex regum et dominus dominantium ſublimabitur.

ADVERTE. Quarto verſu. tecū principium in die virtutis tue in ſplēdoꝛibus ſanctoꝝ / ex vtero ante luciferū genui te: Hieronymus ex hebꝛæo/ populi tui duces ſpōtanei erunt in die foꝛtitudinis tue ī mōtibus ſanctis/ quaſi de vulua oꝛietur tibi ros adoleſcentie tue. ſed Nicolaus Lira diui Frāciſci aut potius Chꝛiſti dei (quā ⁊ Frāciſcus emulatus eſt) paupertatis imitatoꝛ/ ita legit. populi tui pꝛincipes in die virtutis tue in decoꝛe ſancto/ de matrice auroꝛe oꝛietur tibi ros adoleſcentie tue. et quod hic dicitur tui pꝛincipes in die virtutis tue in decoꝛe ſancto: ſeptuaginta dixerunt/ tecum pꝛincipium in die virtutis tue in ſplendoꝛibus ſanctoꝛū. et huius loco/ de matrice auroꝛe oꝛietur tibi ros adoleſcentie tue: interpꝛetati ſunt/ ex vtero ante luciferum genui te/ ſuſpicati ſint nonnulli potius diuinam eternamq́ꝫ Chꝛiſti generationem ſeptuaginta tetigiſſe ꝙ humanam. Sed quia Tertulianus ī marchionem hunc locum de generatione ex ſacroſancto virginis vtero expꝛeſſit/ ⁊ totus pſalmus de Chꝛiſto dn̄o ſecūdum carnem intellectus videtur/ vt et hoc ſede a dextris meis/ tu es ſacerdos ī eternum ſecundum oꝛdinem melchiſedech. de toꝛrente in via bibet etiam ſcd̄m ꝙ hebꝛaica veritas habet quapꝛopter rationi conſonum vt et hec particula ex vtero ante luciferum genui te: de generatione ſecūdū diſpēſationē carnis intelligatur. ſic enim et id de eterna ſapientia/ que filius dei eſt/ dictum eccleſiaſtici ītelligi volunt: ab initio et ante ſecula creata ſum. Sed nunc quem ex hebꝛaica veritate ſenſum pꝛetendunt aperiendus eſt. quod paulo ante dictum eſt/ virgā virtutis tue emittet dominus ex ſion: intelligi volunt de directione in potentia et virtute Chꝛiſto dn̄o etiam in carne a deo data: ſicut ſcriptum eſt. virga directionis virga regni tui. ſed hanc directionem pꝛimum exercuit in medio inimicoꝛum ſuoꝛum. admirabantur (inquit Mattheus) turbe ſuper doctrina eius. erat enim docens eos ſicut poteſtatē habens: et non ſicut ſcribe eoꝛum et phariſei. et ſubdit populi tui pꝛincipes in die virtutis tue in decoꝛe ſancto. acſi diceretur: populi/ apoſtoli et diſcipuli te ſequentes in die virtutis tue/ in tempoꝛe valide directionis et doctrine pulchꝛitudinis incontaminate/ in puritate claritudinis ſancte (vt exponit Salomō hebꝛæus) quā ⁊ dicit Meſſie ineſſe ab vtero matris ſue/ illi inquā populi te ſequentes in illo tempoꝛe effecti ſunt et electi pꝛincipes in gentium et populoꝛū directione. quod vero ſubiungitur/ de matrice auroꝛe tibi ros adoleſcētie tue: hoc indicatur de vtero foꝛmoſiſſime virginis roſcidū et tenellū (ſolo architecto ſpirituſancto) auguſtū ⁊ venerādū Chꝛiſti coꝛpus ꝓceſſiſſe: et tunc quoq́ꝫ impletum eſt Eſaie vaticinium. Paruulus natus eſt nobis et fili⁹ datus eſt nobis/ ⁊ factus eſt pꝛincipatus ſuper humerū eius/ ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis/ cōſiliarius/ de⁹/ foꝛtis/ pr̄ futuri ſcl'i/ pꝛīceps pacis. Itē ⁊ hoc eiuſdē ꝓphete. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit nomē ei⁹ emanuel. eſt eni virgo illa beatarū beatiſſima verbi mater MARIA cūctaꝝ fœminarū gl'ia. eſt inq́ꝫ roſea illa oī puritate cādēs auroꝛa ꝙ verū iuſtitie ſolē ꝓuenit: ex cui⁹ puriſſima ſubſtātia ceu ex quodā fragrāti et odoꝛato roꝛe ſacratiſſimū Chꝛiſti dn̄i tēplum ſpūſācto/ imo et vna eterno pr̄e ⁊ filio pluſq́ꝫ affabꝛe elaboꝛatum eſt. ⁊ de ea ſola terrenū patrem neſciēs/ natus eſt ſaluatoꝛ/ vniuerſoꝛumq́ꝫ ſalus. Quod autem inducūt Barachiam iudeū aut ꝓphetantē/ aut foꝛte a ſuperioꝛi aliquo nō vulgatoꝛum pꝛophetarū mutuantē/ hoc modo dicentē (ait ſanctus et benedictus iſraeli: vos dixiſtis coꝛā me pupilli ſumus abſq́ꝫ patre. redemptoꝛ quē ego ſuſcitabo vobis/ ſine patre erit: ſicut ſcriptum eſt de matrice auroꝛe tibi ros infantie tue) hoc totum aſtipulatur expoſitioni date. quapꝛopter libentius littere vltimo modo conuerſe expoſitionem ſum pꝛoſecutus: ꝙ vt Hieronymus habet. populi tui duces ſpontanei erunt in die foꝛtitudinis tue in montibus ſanctis/ quaſi de vulua oꝛietur tibi ros adoleſcentie tue. tum quia ferunt eum allucinatum affinitate vocabuli pꝛo decoꝛe ponens montes: tum quia id de matrice auroꝛe / de oꝛtu ſalutaris modeſtius et (vt ſic dicam) auditoꝛibus reuerentius ſonare videtur. tametſi matrix et vocabulum quo vſus eſt Hieronymus idem ſit. ſic dictum: quia inuoluat in latebꝛis vteri fœtum. perinde enim eſt quod dicit Hieronymus acſi diceremus/ de inuolucro vteri oꝛietur tibi ros adoleſcentie tue. attamen ꝙ plurimi eoꝛum qui audiunt: muliebꝛe pudibūdum intelligunt. qđ vt a viſu aut natura aut lex diuina arceri voluit: ita non ſine pudoꝛe nominandum/ niſi id circunlocutione honeſtaq́ꝫ quadam periphraſi efficias. Sunt etiam qui id in die virtutis tue in decoꝛe ſancto: intelligi velint/ de die miſſionis pꝛofuſioniſq́ꝫ ſpiritus ſancti in apoſtolos et diſcipulos/ in quo maxime ſunt confirmati et roboꝛati. et hec etiam pia eſt intelligentia. ſed de his tantilla ſatis ſint. ¶ Septimo verſu. implebit ruinas. Hieronymus ex hebꝛeo/ īplebit valles. quod et alium ſenſum habere poſſet/ de impletione gratie. tunc enim omnis vallis (iuxta eſaie oꝛaculum) exaltata eſt/ et omnis mons humiliatus: et pꝛaua et indirecta facta in vias planas. ⁊ diabolus ſuperbie caput cōpliceſq́ꝫ eius qui dij gentium habebantur et colebantur: in vniuerſo oꝛbe contriti.

Ayuntamiento de Madrid

## HALELUIA. CX.

1 Confitebor tibi domi
ne in toto corde meo
in concilio iuſtorum et con
gregatione.
2 Magna opera domini: ex=
quiſita in omnes volunta
tes eius.
3 Confeſſio et magnificen=
tia opus eiꝰ: ⁊ iuſtitia eius
manet in ſeculum ſeculi.
4 Memoriam fecit mirabili
um ſuorum miſericors et
miſerator dñs: eſcam dedit
timentibus ſe.
5 Memor erit in ſeculum te
ſtamenti ſui: virtutem ope
rum ſuorum annunciabit
populo ſuo.
6 Ut det illis hereditatẽ gẽ
tiũ: opera manuũ eiꝰ veri=
tas ⁊ iudicium.
7 Fidelia omnia mandata
eius / confirmata in ſecu=
lum ſeculi: facta in verita=
te et equitate.
8 Redemptionem miſit po=
pulo ſuo: mandauit in eter
num teſtamentum ſuum.
9 Sanctum et terribile no=
men eius: initium ſapien=
10 tie timor domini.
Intellectus bonus oĩbus
faciẽtibꝰ eũ: laudatio eius
manet in ſeculum ſeculi.

## HALELUIA CX.

Confitebor tibi domi
ne in toto corde meo
in concilio iuſtorum et con
gregatiõe magna opera do
mini.
Exquiſita in omnes vo=
luntates eius / confeſſio et
magnificẽtia opus eius: et
iuſtitia eius manet in ſecu
lum ſeculi.
Memoriam fecit mirabi=
lium ſuorum miſericors et
miſerator dominus: eſcam
dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſeculum te
ſtamenti ſui / virtutem ope
rum ſuorum annunciabit
populo ſuo: vt det illis here
ditatem gentium.

Opera manuum eius ve=
ritas et iudicium / fidelia
omnia mandata eius / con=
firmata in ſeculum ſeculi:
facta in veritate et equi=
tate.
Redẽptionem miſit pplo
ſuo / mandauit in eternũ te
ſtamentum ſuũ: ſanctum ⁊
terribile nomen eius.
Initium ſapientie timor
dñi: intellectꝰ bonus omni
bus facientibus eum.
Laudatio eius: manet in
ſeculum ſeculi.

## HALELUIA Aleph. CXI.

Confitebor domino ĩ
toto corde: Beth / in
concilio iuſtorum ⁊ congre
gatione. Gimel.
Magna opa dñi: Daleth
exquirenda in cunctis vo=
luntatibus ſuis. He.
Gloria ⁊ decor opus eius:
Vau / et iuſtitia eius perſe=
uerans ſemper. Zai.
Memoriã fecit mirabiliũ
ſuorũ: Heth / clemens et mi=
ſericors dominus. Teth.
Eſcam dedit timentibus
ſe: Ioth / memor erit in ſem
piternum pacti ſui. Caph.
Fortitudinẽ operum ſuo
rũ annunciabit populo ſuo
Lamed / vt det eis heredita
tem gentium. Mem.
Opus manuũ eiꝰ veritas
et iudicium: Nun / fidelia
oĩa pcepta eius. Samech.
Firmata ĩ ſempiternum
iugiter: Ain / facta in veri=
tate et equitate. Phe.
Redẽptionem miſit popu
lo ſuo: Sade / mãdauit in
eternum pactũ ſuum. Cof.
Sanctum et terribile no=
men eius: Res / pricipium
ſapientie timor dñi. Sin.
Doctrina bona cunctis q̃
faciũt eam: Thau / laus eiꝰ
perſeuerat iugiter.

1 TITULUS. HALELUIA. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.
EXPOSITIO CONTINUA. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: in cõcilio iuſtorũ ⁊ cõ
gregatione. magnificabo ⁊ teſtabor laudes tuas dñe totis viribꝰ aĩe mee: in cetu ⁊ ſanctorũ tuoꝝ in
2 vnũ cõuocatiõe. Magna opa dñi: exquiſita ĩ oẽs volũtates eiꝰ. ĩſtitutiões ſacrificij Chriſti dñi miri
3 fice: excogitate / predefiniteq̃ in cũctis beneplacitis bone volũtatis eius. Confeſſio ⁊ magnificẽtia
opus eiꝰ: ⁊ iuſtitia eiꝰ manet in ſeculũ ſeculi. glia ⁊ magnidecẽtia ĩſtitutio liturgie / libaminis ſacrificii
4 eiꝰ: et iuſtificatio iuſtificãs / pficiẽs ac cõſumãs manenſq̃ in ſempiternum. Memoriã fecit mirabilium
ſuorũ miſericors et miſerator dñs: eſcã dedit timẽtibꝰ ſe. inſtituẽs hũc auguſtũ ⁊ ſupuenerandum ri
tũ noſtri miſertꝰ ⁊ nos miseratꝰ Chriſtꝰ dñs illũ reliquit nobis in monumentum ⁊ recordationem ſal
uifici trãſitꝰ ⁊ imolatiõis eiꝰ et admirandoꝝ q̃ p nobis geſſit operũ: iis qui eũ in timore venerantur /
5 amãt ⁊ colũt / ſeipſũ dedit in cibũ. Memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui: virtutẽ operũ ſuoꝝ annuncia=

Ayuntamiento de Madrid

6 bit pplo ſuo. Ut det illis hereditatē gentiū: opera manuū ei⁹ veritas ⁊ iudiciū. non dabit in ꝑpetuū
obliuioni hūc ſacratiſſimū ritū quē mortis ſue tp̄e inſtituit: fortitudinē ⁊ efficaciā libaminum corpo-
ris et ſanguinis ſui manifeſtabit eccl'ie fideli in eū credenti. vt elargiat̄ eis bñdictionē nationum: ſacri
ficiū hoc oīpotentie ei⁹ opificiū/ nō vmbra eſt/ ſed eſt ipſum verū/ et eterne vite a morte diſcerniculū
7 Fidelia oīa mādata eius: cōfirmata in ſeculū ſeculi: facta in veritate et equitate. vniuerſa precepta ⁊
pollicita dñi circa hūc conſumatoriū finaleq̄ ritū opus manuū eius/ in veritate mādata ſunt et pro-
8 miſſa/ roborata in ſempiternum: ſancita in fidei ⁊ iuſtificationis cōſumatiōe ac ipletione. Redēptio-
nē miſit dñs populo ſuo: mādauit i eternū teſtamētū ſuū. Chriſt⁹ dñs paſſiōis ſue tp̄e liberationē ab
eterna morte tranſmiſit crediturs in ſe: et tūc inſtituit ⁊ p̄cepit in ꝑpetuum memoriale redemptionis
9 hui⁹ hoc ſacroſanctū ⁊ auguſtiſſimū ſacramētū. Sanctū et terribile nomē eius: initiū ſapientie timor
dñi. attendite ne cōtaminetis tantū myſteriū/ videte ne irreuerenter accedatis/ quia ſanctū ſanctorū/
maieſtate ⁊ reuerentia plenum eſt nomē eius: ingreſſus intelligētie beate veneratio dei cum ſancto ti
10 more. Intellect⁹ bonus oīb⁹ faciētib⁹ eū: laudatio eius manet i ſeculū ſeculi. hec intellectualis ſan
ctio/ hec ſpūalis vitaliſq̄ iſtitutio/ ſalutaris illis q̄ adiplēt eā: laus ⁊ cōmēdatio ei⁹ durat i ſempitnū.
ADUERTE. Circa titulū. HALELU Ja id eſt laudate dñm duo ſunt vocabula. primū aſpi-
ratū triſyllabū. ſcd̄m monoſyllabū. ⁊ aſpirat̄ in fine apud hebreos: quaſi dicerem⁹ JAH qd̄ q̄dē a/
in fine aſpirari nō nimis a latinoꝝ cōſuetudine abhorret: ſic virgili⁹ Ah miſerā Euridicē aia fugiente
vocabat. ah miſeros nautas: ſed apud grecos diſſyllabū eſt. nā i ⁊ a ſemꝑ diuiſe ꝓferunt. ſed nos vt
hebrei q̄ñq̄ cōlūcte: vt troia iacob diſſyllaba. q̄ñq̄ diuiſe vt greci troia iacob triſyllaba. verū ſiue ꝓ-
feras Jacob iacob⁹ cōiūcte vt hebræi/ ſiue diuiſe vt græci ſꝑ a ꝓduci debere crediderim: q̄ duplex
vocalis a/ i vnā hic cōtrahat̄. ꝓferūt enī hebræi Jaacob triſyllabe ⁊ ex aa vnū cōflam⁹ dicētes iacob
corripies tamē ſecut⁹ grecoꝝ ⁊ nōnulloꝝ nec inelegātiū q̄dē epicoꝝ authoritatē. ⁊ in hebraicis noīb⁹
cū id ferat latina lingua (eſt enī in quibuſdā hebraice q̄ȝ grece cōformior ⁊ aptior illi lingue exprimen
de) hebraicus nobis imitād⁹ poti⁹ q̄ȝ grecus. ⁊ Jacob/ Joſeph/ JHESUS/ diſſyllabe: iacobus/
ioſeph⁹/ Joānes triſyllabe poti⁹ enūcianda nobis q̄ȝ he tetraſyllabe/ illa triſſyllabe. et i noīe JHE-
SU aſpiratio nō initiali vocali: ſed poſtponēda. Nā in noīe tetragrāmato Joth precedit he / nō aūt
he Joth. ⁊ ſi cetera violarētur: illud tamē integrū/ inuiolatūq̄ (quantū lingua ſinit) ſeruari debet: qd̄
et tremat celū ⁊ terra/ ⁊ qd̄ benedictū ſit in ſecula amē. ⁊ in his noībus p̄ſertim in ſuꝑadmirabili ⁊ ſu-
permirifico noīe JHESU argumētū trahere a grecis qui nulla ex parte aſpirāt ⁊ triſyllabū faciunt
deliriū eſt hoc tamē ab eis libēter acceperim: vtrāq̄ ſyllabā/ primā ⁊ vltimā (nā duas tātū habet) eſ-
ſe lōgas. Et id inſuꝑ verū eſt HE aſpirationē i JHESU/ halelu ia Abraham ⁊ ſimilib⁹ leues eſſe
et nō vſq̄ adeo dēſam eſſe apud hebreos vt HETH. ⁊ apud nos hō/ hora/ hortus leuē habet aſpi-
rationē hamus aūt et horror denſam. ⁊ hec forte occaſio fuit vt i noībus JHESU/ halelu ia/ abra
ham multi dempſerint aſpirationē. ¶ Scd̄o verſu. magna opera dñi exquiſita: Hieronimus ex he-
bræo/ exquirēda. quo deſignari videt̄ inter obſeruātias diuine volūtatis/ ſiue teletas/ liturgias/ pu
rificationes/ expiationes/ iuſtificationes/ myſteria/ ſacramēta aut id genus aliquid/ voces: nullam
adeo exquirendam vt ſacroſancta panis/ viniq̄ libamina. non panis et vini corruptibilis: ſed panis
qui de celo deſcēdit. et vini vitis vere: cuius ſolus pater in celeſti regno eſt agricola: nō humana ope
ra: ſed opera manuū eius/ que ſunt veritas et iudicium.

HALELU JA reuerſio-
nis aggei et zacharie. CXI
1 BEatus vir qui timet
dominum: in mānda
tis eius volet nimis.
2 Potens in terra erit ſemē
eius: generatio rectorū be-
nedicetur.
3 Gloria et diuitie in domo
eius: et iuſtitia eius manet
in ſeculum ſeculi.
4 Exortum eſt in tenebris
lumen rectis: miſericors et
miſerator et iuſtus.

HALELU JA reuerſio-
nis aggei et zacharie. CXI
BEatus vir qui timet
dominum: i manda
tis eius cupit nimis.
Potens in terra erit ſemē
ei⁹: generatio rectorum be-
nedicetur.
Gloria ⁊ diuitie in domo
eius: et iuſtitia eius manet
in ſeculum ſeculi.
Exortum eſt i tenebris lu
mē rectis corde: miſericors
miſerator et iuſtus dñs.

HALELU JA. Aleph.
CXII.
BEatus vir qui timet
dñm: Beth in mānda
tis ei⁹ volet nimis. Gimel.
Potens in terra erit ſemē
eius: Daleth \ generatio iu
ſtorum benedicetur. He.
Subſtātia et diuitie i do-
mo eius: Uau \ et iuſtitia
eius perſeuerās ſemꝑ. Zai.
Ortū eſt in tenebris lumē
iuſtis: Heth clemens et mi-
ſerator et iuſtus. Teth.

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

5 Iocundus homo qui mi=
ſeretur et commodat diſpo
net ſermones ſuos in iudi=
cio: quia in eternum nõ cõ=
mouebitur.
6 In memoria eterna erit
iuſtus: ab auditione mala
non timebit.
7 Paratum cor eiꝰ ſpare in
dño\ cõfirmatũ eſt cor eius
non commouebitur donec
deſpiciat inimicos ſuos.
8 Diſperſit dedit pauperi=
bus\ iuſtitia eius manet in
ſeculum ſeculi: cornu eius
exaltabitur in gloria.
9 Peccator videbit et iraſce
tur\ dẽtibus ſuis fremet et
tabeſcet: deſiderium pecca=
torum peribit.

ROM.

Iocundus homo qui mi=
ſeretur et commodat diſpo
net ſermones ſuos in iudi=
cio: quia in eternum nõ cõ=
mouebitur.
In memoria eterna erit
iuſtus: ab auditu malo nõ
timebit.
Paratũ eſt cor eiꝰ ſperare
in dño\ cõfirmatum eſt cor
eius: non cõmouebitur do=
nec videat inimicos ſuos.
Diſperſit dedit pauperi=
bus\ iuſtitia eius manet in
ſeculum ſeculi: cornu eius
exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et iraſce
tur\ dentibus ſuis fremet ⁊
tabeſcet: deſiderium pecca=
torum peribit.

HEB.

Bonus vir et clemẽs et fe=
nerans: Ioth\ diſpenſabit
verba ſua in iudicio Caph
Quia in eternũ nõ cõmo=
uebit: Lamed\ in memoria
ſẽpiterna erit iuſtꝰ. Mem.
Ab auditu malo nõ time
bit: Nun\ paratũ cor eiꝰ cõ=
fidens in dño. Samech.
Firmũ cor eius non time
bit: Ain\ donec aſpiciat in
hoſtibus ſuis. Phe.
Diſperſit dedit pauperi=
bus: Sade\ iuſtitia eiꝰ per
manet ĩ eternũ: Cof\ cornu
eiꝰ exaltabit ĩ gloria. Res.
Impius videbit ⁊ iraſcet
Sin\ dentibus ſuis fredet
et tabeſcet: Tau\ deſideriũ
impiorum peribit.

TITULUS. HALELU IA. Pſalmꝰ laus ⁊ cõmendatio iuſtorum/ id eſt imitantium Chri=
ſtum dominum. Propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Beatus vir qui timet dñm: ĩ mãdatis eiꝰ volet nimis. initi=
um ſapientie timor dñi/ ⁊ nõ id modo/ ſed nec ab eterna felicitate excludetur hõ/ cuius fuerit ſanctus
2 domini timor: ille plurimum dñi legem mandataq; amabit. Potens in terra erit ſemen eius: genera
tio rectorum benedicetur. filij/ eius doctrinam exemplumq; ſequentes potẽtes erunt in adminiſtra=
3 tione terrena: neq; id quidem mirum/ quia talis partus iuſtorum benedictionẽ a deo cõſequet. Glo
ria et diuitie in domo eius: ⁊ iuſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. ſplẽdor et elucẽtia vite et vere opes
in habitaculo eius/ in habitaculo viri ſancto dei timore prediti: et retributio iuſtitie eius / retributio
4 immortalis ſempiterniq; æui. Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors et miſerator et iuſtꝰ
in hoc mundo/ in hac tenebrarum valle iuſtis humilibus deum timẽtibus et cum tremore ſermones
eius ſuſcipientibus lux dei exorta eſt/ que Chriſtus dominus: propicius ⁊ clemens et cuiq; in eq̃ta=
5 te retribuens. Iocundus homo qui miſeretur et cõmodat/ diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia
in eternum non cõmouebitur. ſuauis et bonus vir ille qui miſericordem / miſeratorẽ et iuſtũ dñm in
hoc mundo rectis exortum imitatus alijs miſericordiam impartit et bona ſua diſpenſat/ ille aptabit
colloquia ſua ad nullũ opprimendum/ ſed ad iudicandũ recte/ in hoc etiam iuſtũ imitatꝰ dñm: quia
6 a vite rectitudine in perpetuum non flectetur. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala nõ
timebit. imitator timoris/ miſericordie/ miſerationis et iuſtitie Chriſti dñi ſcribetur in libro vite eter=
7 ne: in die iudicij a ſententia condemnatorum/ a cõdemnatione ſupplicij eterni non formidabit. Para
tũ cor eius ſperare in dño/ confirmatum eſt cor eiꝰ: non cõmouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.
talis imitatoris diuine iuſtitie anima prõpta eſt/ nõ in rebus caducis ſed in ſolo dominatore deo ſpe
8 rare/ anima eius in bonitate firmata eſt: et ab ea nõ dimouebitur vſq; in diem nouiſſimum/ vbi vide=
bit vltionẽ malorꝫ ſpirituũ et hominum qui eius vitam/ actus et mores aſpernati ſunt. Diſperſit de=
dit pauperibus iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. diſpenſauit bo=
na ſua/ elargitus eſt indigentibus/ pauit eſurientes/ potauit ſitientes/ aduenas collegit/ nudos ope=
ruit/ infirmos et incarceratos viſitauit/ fructꝰ iuſtitie eiꝰ nõ peribit in eternũ: et commutata eiꝰ tẽpora
9 lis potentia/ in beatitudine ſublimabit eterna. Peccator videbit et iraſcetur/ dentibus ſuis fremet ⁊
tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit. in nouiſſimo die qui impie vixerit / pium Chriſti domini
imitatorem eterne glorie aſcitum conſpiciet/ et indignabitur ſe vnq̃ natum/ pre angore animi ſtridẽ=
do dentes allidet et animo deficiet: impiorum concupiſcentie ſupplicijs deputabuntur eternis.
ADUERTE. Quinto verſu. iocundus homo qui miſeretur et commodat: ex hebræo bonus vir
et clemens et fœnerans. grece vero χρηστοσ ανηρ ο οικτειρων και κιχρων bonus ſuauiſq; vir

Ayuntamiento de Madrid

miſerans et cõmodans. ſic enim precedente verſu οικτειρμων miſerator expreſſit interpres. ⁊ apte pro miſeratore clemens / apponeretur et pro miſerante (ſi lingua pateretur) clementiſcens. quod vero Hieronymus fœnerans appoſuit / non in malã partem accipiendũ pro eo qui pro dato fœnus ſperet ad vſuram. quod et intelligitur facile ex eo ꝙ honeſtiore vocabulo commodans / interpretes ſunt vſi. et quomodo etiam bonus eſſet hoc pacto fœnerans: cum ex pſalmi 14 verſu ſexto eiuſmodi excludatur ab habitatione tabernaculi dei / a requieſcentia montis ſancti? qui pecuniã (inquit) ſuã non dedit ad vſuram et munera ſuper innocentẽ nõ accepit / qui facit hec nõ mouebitur ineternum. Sed χρηστος quod interpretes iucundus verterũt: vtilem / ſuauẽ ⁊ bonum deſignat. vt et in epiſtola ad Sumniã notat Hieronym⁹ ſupra pſalmi 105 verſum primum vbi grece hec dictio habetur. quare qui verterunt iucũdum / idem volunt ac bonum et vtilem. nam et iucundum a iuuando dictum volunt / eũqꝫ eſſe qui iuuando eos quos iuuat afficit letitia. Sed quiſnam vir magis iuuando letificat: ꝙ miſerans et clemens / et indigentes ſubleuans / et inſontes in iudicio tutans ac defendens?

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | HALELUIA. CXII. | HALELUIA. CXII. | HALELUIa, CXIII. |
| 1 | Laudate pueri dñm laudate nomẽ dñi. | Laudate pueri dñm laudate nomen dñi | Laudate ſerui dñm laudate nomen dñi |
| 2 | Sit nomen dñi benedictũ ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum. | Sit nomẽ domini benedictum: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum. | Sit nomen domini benedictum: a modo et vſqꝫ in eternum. |
| 3 | A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: laudabile nomẽ dñi. | A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſũ laudate nomen domini. | Ab ortu ſol' vſqꝫ ad occaſũ ei⁹ laudabile nomẽ dñi. |
| 4 | Excelſus ſuꝑ oẽs gentes dominus: ⁊ ſuper celos gloria eius. | Excelſus ſuꝑ oẽs gentes dominus: ⁊ ſuper celos gloria eius. | Excelſus ſuꝑ oẽs gentes dominus: ſupra celum gloria eius. |
| 5 | Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et in terra? | Quis ſicut domin⁹ deus noſter qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et in terra? | Quis vt dominus deus noſter qui in excelſis habitans: humilia reſpicit in celo et in terra? |
| 6 | Suſcitans a terra inopẽ: et de ſtercore erigens pauperem. | Suſcitans a terra inopẽ: et de ſtercore erigens pauperem. | Suſcitans de terra inopẽ et de ſtercore eleuat pauperem. |
| 7 | Ut collocet eum cum principibus: cũ principibus populi ſui. | Ut collocet eum cum principibus: cum principib⁹ populi ſui. | Ut eum ſedere faciat cum principibus: cum principibus populi ſui. |
| 8 | Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum letantem. | Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum letantem. | Qui collocat ſterilẽ in domo: matrem filiorum letãtem. |

TITULUS. HALELUIA. Pſalm⁹: prima laus ſenarij / magniqꝫ ⁊ ꝑfecti hymni / ⁊ hymn⁹ Chriſti domini in cena nouiſſima. Propheta in ſpiritu dñm inducit ad diſcipulos ⁊ apoſtolos.

1 EXPOSITIO CONTINUA. Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi. exaltate mites ⁊ hu
2 miles patrẽ eternũ / exaltate dei filiũ: exaltate ſpiritũ ſanctum. Sit nomẽ dñi benedictũ: ex hoc nunc
et vſqꝫ in ſeculũ. ſit de⁹ vnus / pater verbũ ⁊ ſpũſſanct⁹ benedict⁹: ex hac tẽporali duratione in ſeculũ
3 futurũ. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum laudabile nomẽ dñi. nõ ſolũ in hac duratione et euo bñdict⁹ ſit
ſed et ĩ oĩ loco a ꝑfectiſſimo ad ĩperfectiſſimũ / a lucidiſſima nature cõditione ad vltimum lucis veſti
4 giũ: exaltatũ ſit nomẽ ei⁹ ⁊ glorificatũ. Excelſus ſuꝑ oẽs gentes dñs: ⁊ ſuper celos glĩa ei⁹. nec ab re
in hoc et in futuro ſeculo / in omni loco et creatura benedicitur / quia dominus quem laudamus ⁊ glo
rificamus lõge eminẽtiſſimus eſt ſuper vniuerſos terre habitatores: et maieſtas eius ſupereminens
5 et exaltata ſuper ſpiritus celeſtes / naturaſqꝫ immortales. Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis ha
bitat: et hũilia reſpicit in celo et in terra? quis comparari queat deo noſtro qui in eleuatis thronis / in
ſublimibus mentibus / in ſumnis celorũ ſpiritibus ſedet immoraẞ ⁊ ĩmanet: et cui⁹ obtutibus omnia
6 parua et exigua ſunt ſiue in celeſti ſiue in terrena natura? Suſcitans a terra inopem: et de ſtercore eri
gens pauperem. quis cõparabitur deo noſtro / cui oĩa parua ſunt / exigua et humilia qui oĩb⁹ proui

Ayuntamiento de Madrid

det/nõ deſerens hominē de paradiſo in miſeriā deiectū/calamitoſum et inopem de humo attollens
et de ſterquilinio/ſumma pauperie preſſum eximens/mortuum et ope carentem de terrenis pote=
ſtatibus ſuſcitans et ad vitam reſpirare faciens/et de luto et fece peccati repurgans et iuſtificans eū
7 Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui. illum exuſcitat ꝛ erigit/vt eū tandē
8 annumeret cum ſummis poteſtatibus: cum ſupernis ciuibus celoꝝ. Qui habitare facit ſterilem ī do
mo: matrem filioꝝ letantem. qui inquam deus noſter facit vt ſterilis pariat/et diu orba/multitudine
filiorum mater effecta glorietur: qui tandiu gentilitatem ſine prole infecundam ī eccleſia collocauit/
et innumere prolis/filiorum dei parentem effectam/felicem/letamqꝫ effecit.

ADUERTE. Circa adiectū titulo/ex paulo hebræo ſex pſalmos hunc ſcilicet et quinqꝫ ſequētes
apud hebræos/magnū et ſolēnem hymnum appellari. quē in neomenijs id eſt initijs menſium/qui
a ſilēte luna incipiunt/ꝛ in tribus precipuis feſtis cū maiori celebritate q̄ ceteros hymnos canunt. ꝛ
inſuper moris eorum fuiſſe: nocte paſche ſumpto paſchali agno/hunc hymnum recūbentes in mēſa
ſolēniter recitare. de quo vult et id Matthei intelligi: ꝛ hymno dicto exierūt in montē oliueti. Unde
et a modo maior michi circa hunc hymnū reuerētia: ꝙ credā nō modo ſanctos et apoſtolos/ſed ꝛ ip
ſum dn̄m totius bonitatis authorem/cum ſuis diſcipulis ſacro ꝛ oīpotenti orē ſuō hunc hymnū ꝓ=
nunciaſſe. ¶ Notat etiam hic idem venerabilis burgenſiū antiſtes: in titulo ſemel dictū laudate dn̄ꝫ
(id enim halelu ia ſignificat) ſecūdo iterū in hymni principio laudate pueri dn̄m/et hic tertio lauda
te nomen dn̄i. ſicqꝫ nomen laudis ter repetitum eſt: ad archanam (vt putat) inuitationem laudis ſuꝑ
eminentiſſime trinitatis. ac ſi dixiſſet laudate patrē/laudate verbū/laudate ſpiritū ſanctum. Quod
vero ſubiūgitur ſit nomē dn̄i bn̄dictū: hoc ad vnitatē trihypoſtatice diuinitatis reſpiciat. quod ſacra
mentū apoſtolis palā ſaluator oīm reſerauit. dei enī nomē et vnius dei pater/verbū et ſpiritꝰ ſanctꝰ
Sed ꝛ quarto verſu. cū dicit excelſus ſuꝑ oēs gētes dn̄s: diuinitatis identidē inſinuat vnitatē. ergo
cū legitᷣ pſalmꝰ: bonū eſt vt titulus ꝑlegatur/vt trina laudis exprimatᷣ cōfeſſio. et ad id primi verſus
expoſitio data eſt. Sꝫ dices ecclia certis tꝑibꝰ hūc titulū vetat pſallēdū. Pareas eccl̄ie: hūilitas illa
et obediētia laudāda eſt. ſed tūc titulū in linguā tuā cōuerte et dic ante pſalmū: LAUDATE DO
MINUM. ꝛ ꝓ illo tēpore/aīo ad patrem ſuperimenſum/ꝛ filiū ꝛ ſpiritum ſanctū reuerēter eleua=
to pſalle LAUDATE DOMINUM/laudate pueri dn̄m/laudate nomē dn̄i. id enī eccl̄ie nō ve
tat ordinatio. Alio autē tꝑe: cū ꝓprio titulo pſalle. Et ꝙ diſcipuli ꝛ apl̄i recte hic pueri noīentur: ni=
chil a ꝓphetis ꝛ ſacris eloquijs alienum. nā de eis in Eſaia dicit dn̄s. ecce ego ꝛ pueri mei quos de
dit michi dn̄s in ſignū et portentū iſrael a dn̄o exercituum qui habitat ī mōte ſion. Et in Joāne dn̄s
ad eos: pueri nūqd pulmētariū habetis. Tralatiōes ſatis cōcordes ſūt nec alia annotatiōe egētes.

1 HALELU IA. CXIII.
In exitu iſrael de egy=
pto: domus iacob de
populo barbaro.
2 Facta eſt iudea ſāctifica
tio eiꝰ: iſrael poteſtas eius.
3 Mare vidit et fugit ior=
danis cōuerſus ē retrorſū.
4 Montes exultauerunt vt
arietes: et colles ſicut agni
ouium.
5 Quid eſt tibi mare ꝙ fu=
giſti: et tu iordanis quia
verſus es retrorſum.
6 Mōtes exultaſtis ſicut arie
tes: ꝛ colles ſicut agni ouiū
7 A facie domini mota eſt
terra: a facie dei iacob.
8 Qui conuertit petram in
ſtagna aquarum: et rupem
in fontes aquarum.

HALELU IA. CXIII.
In exitu iſrael de egy=
pto: domus iacob de
populo barbaro.
Facta eſt iudea ſanctifi=
catio eius \ iſrael poteſtas
eius: iſrael regnauit in ea.
Mare vidit ꝛ fugit: iorda
nis cōuerſus eſt retrorſū.
Mōtes exultauerūt vt arie
tes: ꝛ colles velut agni ouiū
Quid eſt mare ꝙ fugiſti:
et tu iordanis quare cōuer
ſus es retrorſum.
Mōtes q̄re exultaſtis vt arie
tes ꝛ colles velut agni ouiū
A facie dn̄i mota eſt ter=
ra: a facie dei iacob.
Qui conuertit ſolidā pe=
tram in ſtagnū aque: et ru=
pem in fontes aquarum.

HALELU IA. CXIIII
Cum egrederetᷣ iſra=
el de egypto: domus
iacob de populo barbaro.
Factus eſt iudas in ſācti
ficationem eius: iſrael po=
teſtas eius.
Mare vidit et fugit: iorda
nis cōuerſus eſt retrorſū.
Mōtes ſubſilierūt q̄ſi arie
tes: colles quaſi filij gregis
Quid tibi eſt mare quia
fugiſti: iordanis quia con=
uerſus es retrorſum.
Mōtes ſubſultaſtis quaſi
arietes: colles q̄ſi filij greg(
A facie dn̄i contremeſcit
terra: a facie dei iacob.
Qui cōuertit petrā in pa=
ludes aquaꝝ: ſilicem in fon
tes aquarum. CXV.



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

9 Non nobis dñe nõ nobis:
ſed nomini tuo da gloꝛiã.
10 Super mĩa tua et verita-
te tua:nequando dicãt gen
tes vbi eſt deus eoꝛum.
11 Deus autẽ noſter in celo:
oĩa quecunqȝ voluit fecit.
12 Simulacra gentiũ argen
tum ⁊ aurum:opera manu
um hominum.
13 Os habẽt et nõ loquenť:
oculos habent et non vide-
bunt.
14 Aures habent et non au-
dient: nares habent et non
odoꝛabunt.
15 Manus habent et non pal
pabunt\pedes habent et nõ
ambulabunt: nõ clamabũt
in gutture ſuo.
16 Similes illis fiant qui fa
ciunt ea: et omnes qui con-
fidunt in eis.
17 Domus iſrael ſperauit in
domino: adiutoꝛ eoꝛum et
pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
18 Domus aaron ſperauit ĩ
domino: adiutoꝛ eoꝛum et
pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
19 Qui timẽt dñm ſperaue-
rũt in domino: adiutoꝛ eo-
rum et pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
20 Dominꝰ memoꝛ fuit no-
ſtri:et benedixit nobis.
21 Benedixit domui iſrael:
benedixit domui aaron.
22 Bñdixit oĩbꝰ qui timent
dñm:puſillis cũ maioꝛibꝰ.
23 Adijciat dñs ſup vos:ſu-
per vos ⁊ ſup filios veſtros.
24 Benedicti vos a dño: qui
fecit celum ⁊ terram.
25 Celum celi dño: terrã au-
tem dedit filijs hominum.
Non moꝛtui laudabunt
26 te domine: neqȝ omnes qui

**ROM.**

Nõ nobis dñe nõ nobis ſȝ
noĩ tuo da gloꝛiã ſup mĩaȝ
tuã ⁊ ṽitatẽ tuã: nequãdo
dicãt gẽtes vbi eſt deꝰ eoꝝ.
Deus autem noſter ĩ celo:
ſurſum in celo ⁊ ĩ terra om
nia quecunqȝ voluit fecit.
Simulachꝛa gentiũ argẽ-
tum ⁊ aurum:opera manu
um hominum.
Os habẽt et non loquenť:
oculos habent et non vide-
debunt.
Aures habent et non au-
dient: nares habent et non
odoꝛabunt.
Manus habent et non pal
pabunt: pedes habent et nõ
ambulabunt.
Non clamabũt in gutture
ſuo: neqȝ ẽ ſpũs ĩ oꝛe ipſoꝝ.
Similes illis fiãt q̃ faciũt
ea:⁊ oẽs qui cõfidũt in eis.
Domus iſrael ſperauit in
domino: adiutoꝛ eoꝛum et
pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
Domus aaron ſperauit ĩ
domino: adiutoꝛ eoꝛum et
pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
Qui timent dñm ſperent
in domino: adiutoꝛ eoꝛum
et pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
Dominꝰ memoꝛ fuit no-
ſtri:et benedixit nos.
Benedixit domũ iſrael be
nedixit domũ aaron\bñdi-
xit omnes timentes ſe dñs:
puſillos cum maioꝛibus.
Adijciat dominus ſuper
vos: ⁊ ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a dño: qui
fecit celum et terram.
Celũ celi dño:terram au-
tem dedit filijs hominum.
Non moꝛtui laudabunt
te domine: neqȝ omnes qui

**HEB.**

Non nobis domine
non nobis:ſed nomi
ni tuo da gloꝛiam.
Pꝛopter mĩam tuã et ve-
ritatem tuam:ne dicant gẽ
tes vbi eſt deus eoꝛum.
Deus autem noſter in ce-
lo:vniuerſa q̃ voluit fecit.
Idola gentiũ argẽtũ ⁊ au
rũ:opus manuũ hominum
Os habẽt et non loquenť:
oculos habent et non vide-
bunt.
Aures habent et non au-
dient:naſum habent ⁊ non
odoꝛabunt.
Manus habent et non pal
pabunt pedes habent et nõ
ambulabunt:nec ſonabunt
in gutture ſuo.
Similes illis fiant qui fa
ciunt ea: et omnes qui con-
fidunt in eis.
Iſrael confidit in domi-
no auxiliatoꝛ et ꝓtectoꝛ eo-
rum eſt.
Domus aaron confidit ĩ
domino: auxiliatoꝛ et pꝛo-
tectoꝛ eoꝛum eſt.
Timentes dominum con
fidunt in domino: auxilia
toꝛ et pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.
Dominus recoꝛdatus eſt
noſtri et benedicet.
Benedicet domui iſrael:
benedicet domui aaron.
Benedicet timentibus do
minum: paruis et magnis
Addat dñs ſup vos: ſup
vos et ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a domino:
qui fecit celum et terram.
Celum celoꝛuȝ dño: terrã
autem dedit filijs hominũ
Non moꝛtui laudabunt
dñm: nec omnes qui deſcẽ-

Ayuntamiento de Madrid

| | | |
|---|---|---|
| deſcendunt in infernum. | deſcendunt in infernum. | dunt in ſilentium. |
| 27 Sed nos qui viuimus be= | Sed nos qui viuimus be= | Sed nos benedicemus do |
| nedicimus domino: ex hoc | nedicimus dominũ: ex hoc | mino: a modo ⁊ vſq; i eter= |
| nunc et vſq; in ſeculum. | nunc et vſq; in ſeculum. | num. |

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/laus ſynagoge que ex hiſtoria exodi cognoſcitur.

EPOS pſalmi.

1 Liquit vt egrediēs iſrael ægyptia regna
Atq; dom⁹ Iaacob imanē crimie gētē
2 Q[illegible] mare prim⁹ (adhuc reliq̄s trepidātib⁹) itrat
Impauidus Iudas: ſua ſanctificatio facta eſt.
Q[illegible] iſrael ſequitur/ ſua tunc eſt facta poteſtas.
3 Fugit vt aſpiciens mare/ Iordaniſq; receſſit.
4 His ſcopuli ⁊ mōtes ceſſere adeūtib⁹ Arnon.
5 Quid mare fugiſti/ retro q̄d Iordanis abiſti?
6 Arietis in morem iuga quid ſaltaſtis ad ima?
Planaq; quid colles/ ouium tenuiſtis vt agni?
¶ Immo q̄d ægypt⁹/ regio niſi mortiſ opacæ?
Quid Pharao/ niſi dæmon ſupremuſq; tyrān⁹
Quid mare ſctificās Iudam/ niſi forma lauacri
Quo nos ſctificat Chriſt⁹/ cui ſūma poteſtas?
Quid mare q̄d flumen cedēs/ niſi ſigna ſupne
Aduenit vt virtus q̄ materialia cedunt.
Sic mōtes etiā ⁊ ſcopuli per prona ruentes
Signa hūilis vitæ ſacro de fonte renatis/
Veræ ⁊ ſigna deo ſunt ſimplicitatis amatæ.
7 Aſtitit vt dn̄s præſens in vertice Sinæ
Sancta dei Iaacob mōtē præſentia mouit.
8 Stagna quoq; e ſaxo prorūpere iuſſit aquarū
Percuſſo/ ⁊ rupē fontes dare iuſſit aquarū.
9 Verū ea nō nobis ſʒ ſūmo glia CHRISTO
Qui patris æterni eſt viua ⁊ natalis imago
Iccirco et verbum patris ⁊ celebrabile nomen.
Non nobis igitur/ ſed ſit tibi gloria ſumme
10 Nate deo: nā verū ipſum miſeratioq; ipſa es.
Noſter vbi deus eſt deſiſtite quærere gentes.
11 In cælo eſt. illi vt placitum fuit: omnia fecit.
12 Sed veſtri o gentes argentū idola dei ſunt
Aurūq;/ ac hoīm artificū quos dextera finxit.
13 Os licet illa habeant: nūq; tamē illa loquūtur.
Non oculi proſunt vt poſſint vlla videre.
14 Excluduntq; ſonos aures/ ſpiramina nares.
15 Nilq; man⁹ palpant/ pedib⁹ quoq; deficit vſus
Guttur habēt fruſtra/ ſon⁹ eſt i gutture nullus.
16 Ergo illis ſimiles fiant/ ſine ſenſibus vllis
Cæciq; ⁊ ſurdi/ ſine tactu/ ſtione/ loquela
Qui faciunt illa/ ⁊ quiſquis confidit in illis.
17 In ſummo dn̄o domus iſraelitica fidit
Sūmus et adiutor deus et ꝓtector eorum eſt.
18 Et domus in dn̄o ſic tota Leuitica fidit.
Sūmus ⁊ adiutor deus ⁊ protector eoꝝ eſt.
19 Quiq; timēt dn̄m/ ſūmo illi in numine fidunt.
Sūmus ⁊ adiutor deus et protector eorum eſt
20 Cui memori noſtri placuit benedicere nobis
21 Et domui iſraelis benedixit/ ⁊ Aronitis.
22 Omnibus ⁊ paruis/ magniſq; timentibus illū.
23 Hoc facite vt vos ⁊ natos bn̄dicere pergat.
24 Vos benedicti ab eo qui terrā ⁊ ſidera fecit.
25 Et cælum dn̄o eſt/ tellus mortalibus ægris
26 Nō te laudabūt quos pallida diripuit mors
O dn̄e/ aut ſtygiū qui delabuntur in orcum
27 Sʒ nos q̄s vita digt⁹ es optīe CHRISTE
Ex hoc nūc dn̄m laudabim⁹ vſq; in æuum.

ADVERTE. quia hec eductio populi hebraici de ægypto per Moſen fuit figura liberationis generis humani de poteſtate principis tenebraꝝ: ideo pſalm⁹ ad allegoriam tractus facile ſue reſtituitur veritati. Egyptus: obſcurū regnū principis tenebrarum. domus iacob: genus humanū. Moſes chriſtus dn̄s. virga moſeos: crux dn̄i. aqua per quā ſalu⁹ trāſijt popul⁹: baptiſmus. Pharao ⁊ exercit⁹ ei⁹ in aquis cōtrit⁹: princeps mūdi hui⁹/ cum malignis ſub eo poteſtatib⁹. Dom⁹ iſrael: vniuerſus popul⁹ fidelis qui ad veri dei agnitionē eſt illuminat⁹/ ⁊ cuncta plebs ſancta. Domus aaron: ps ſacerdotalis ⁊ vniuerſi rei ſacre miniſtri. ergo figura laudis ad iudeos: veritas eius ad nos attinet. ¶ Sextodecimo verſu. ſimiles illis fiant qui faciunt ea: id eſt fiāt ceci/ muti/ ⁊ immobiles. ¶ Viceſimoprimo ⁊ viceſimoſecūdo verſu/ vbi habem⁹ benedixit: ex hebreo habet benedicet. quo innuit ꝓpheta: ſe ad veritatē potius reſpicere q̄ ad figurā. ſiquidē benedictus eſt populus hebreoꝝ in prima liberatione ſub primo legiſlatore. ſed hec tam ꝓcul a ſcd̄a bn̄dictione aberat: q̄ Moſes differebat a Chriſto/ et veſtigium veritatis ab ipſa veritate/ que adhuc cū ꝓpheta pſalmū cōderet futura erat/ ⁊ nondū Chriſt⁹ venerat in mundū. ¶ Viceſimoſexto verſu. neq; oēs qui deſcendunt in infernum: ex hebreo/ nec oēs qui deſcendunt in ſilentiū. quod per defectum ⁊ omnimodam boni et diuine laudis priuationem: nomen ſibi inuenit infernus vt ſilentium dicatur. ſiquidem ſilet illic omne bonum.

| | | |
|---|---|---|
| HALELU IA. | HALELU IA. | HALELU IA. |
| CXIIII. | CXIIII. | CXVI. |
| 1 Dilexi quoniā exaudiet dominus: vocē orationis mee. | Dilexi quoniā exaudiuit dominus: vocem orationis mee. | Dilexi quoniā exaudies domine: vocem deprecationis mee. |



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

2 Quia inclinauit aurem
ſuam michi: et in diebus
meis inuocabo.
3 Circundederūt me dolo-
res mortis: et pericula in-
ferni inuenerunt me.
4 Tribulationem et dolo-
rem inueni: et nomen do-
mini inuocaui.
5 O domie libera aīaꝫ meā\
miſericors dn̄s ⁊ iuſtus: ⁊
deus noſter miſeretur.
6 Cuſtodiens paruulos do
minus: humiliatus ſum
⁊ liberauit me.
7 Conuertere anima mea
in requiem tuam: quia do-
minus benefecit tibi.
8 Qꝛ eripuit aīaꝫ meam de
morte\ oculos meos a lachri
mis: pedes meos a lapſu.
9 Placebo domino: in regio
ne viuorum.

**ROM.**

Quia inclinauit aurem
ſuam michi: et in diebus
meis inuocabo eum.
Circundederunt me do-
lores mortis: pericula in-
ferni inuenerunt me.
Tribulationē et dolorem
inueni: et nomē domini in
uocaui.
O dn̄e libera animā meā\
miſericors dn̄s ⁊ iuſtus: et
deus noſter miſerebitur.
Cuſtodiens paruulos do
minus: humiliatus ſum et
liberauit me.
Conuertere anima mea i
requiem tuam: quia domi
nus benefecit tibi.
Quia eripuit animā meā
dē morte\ oculos meos a la
chrimis pedes meos a lapſu
Placebo domino in regio
ne viuorum.

**HEB.**

Inclinauit aurem ſuam
michi: et in diebus meis
inuocabo.
Circūdederunt me funes
mortis: et munitiones in-
ferni inuenerunt me.
Anguſtiam ⁊ dolorem re
peri: et nomē domini inuo
caui.
Obſecro dn̄e libera aīam
meā\ clemēs dn̄s et iuſtus:
et deus noſter miſericors.
Cuſtodit paruulos domi
nus: attenuatus ſum ⁊ ſal
uauit me.
Reuertere anima mea in
requiem tuam: quia domi
nus reddet tibi.
Qꝛ eruet aīam meam de
morte\ oculos meos a lachri
mis: pedes meos ab offēſa.
Deambulabo corā dn̄o: in
terris viuentium.

TITULUS. HALELUIA. Pſalmus de Chriſto dn̄o. Propheta ī ſpū ī pſona dn̄i loqtur.
EXPOSITIO CONTINUA. Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s vocē orōnis mee. grato ſuſcepi aīo 1
ꝙ acceptabit deus meꝰ: clamorē precis mee. Quia inclinauit aurē ſuā michi: ⁊ ī dieb' meis īuocabo 2
exaudiet orōnē meā qꝛ benignitatē ⁊ fauorē ſuū p̄tēdit michi: ⁊ q̄diu ipſe vixero eiꝰ opē iplorās cō-
fugiā ad eū. Circūdederūt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni īuenerūt me. obſederūt me angu- 3
ſtie paſſionis: clauſtra abyſſi terrorībꝰ plena ſuſceperūt me. Tribulationē ⁊ dolorē inueni: et nomen 4
dn̄i īuocaui. afflictionē ⁊ pœnā ſuſtinui: ⁊ auxiliū omnidominātis dei iploraui. O dn̄e libera animā 5
meā: miſericors dn̄s ⁊ iuſtꝰ/ ⁊ deꝰ noſter miſeret. iploraui/ O deꝰ eterne exime ſpiritū meū/ exemit ⁊
liberauit me: qꝛ ꝓpiciꝰ dn̄s/ iuſti æquiq; largitor/ et dominus deꝰ noſter ad miſerandū propenſus/
et apparatꝰ. Cuſtodiēs paruulos dn̄s: humiliatꝰ ſū ⁊ liberauit me. dn̄s deꝰ noſter paruulorꝝ et hu- 6
miliatorū cuſtos eſt: ego depreſſus ſū/ anguſtijs mortis vilis et humilis eſtimatꝰ ſum: et dn̄s eripuit
me. Cōuertere aīa mea in requiē tuā: quia dn̄s benefecit tibi. redi ſpiritꝰ meus in vitā/ tribulationē 7
mortis/ inquietudiniſq; imunē: quia deus benefactor/ ſuſcitatorq; tuus eſt. Quia eripuit animā meā 8
de morte/ oculos meos a lachrimis: pedes meos a lapſu. benefactor quidē meus eſt/ quia de mortis
nexibus eduxit ſpiritum meum/ reuocauit ab inferis vitam meam/ omnem in ſempiternum abſterſit
ab oculis meis lachrimā: greſſus reſtituit qui vacillare non poſſunt. Placebo domino in regione vi- 9
uorum. placui hactenus patri eterno dominatori omnium in terris mortalium: a modo illi placens ⁊
acceptus ero in habitatione celeſti/ in terra viuentium.

ADUERTE. Tertio verſu. ⁊ pericula inferni īuenerūt me: Hieronymꝰ ex hebræo/ ⁊ munitiōes
inferni inuenerunt me. quo deſignari videt/ et loca inferni terrifica ſuſceperunt me. neq; enī munitio
nes ſine locis: neq; pericula ſine terrorībꝰ. ¶ Quinto verſu/ O dn̄e: Hieronymꝰ ex hebræo/ obſecro
dn̄e. vbi in expoſitione Hieronymus notat/ neq; vocātis neq; exclamātis/ ſed deprecātis primā hic
eſſe particulā: que hebraice ANNA dicit: q̄ p̄cor ⁊ obſecro ſignificat. q̄ et particula eſt laudis/ qua
filij hebræorū ſaluatorē honorauerūt/ clamātes: benedictus q̄ venit ī noīe dn̄i HOSI ANNA fi
lio dauid. bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i HOSI ANNA ī altiſſimis. ſic Hieronymꝰ ad Damaſū ſcri
bēs cēſuit eſſe dicendū ſiue malis (vt alij volūt) aſperiꝰ ⁊ craſſius pnūciare HOSCHI ANNA:
ob litterā ſin. qꝛ interdū vt ſ interdū vt ſch pronūciari volunt. nā ſi hebræū interrogo qui natus ſit in
ter Rhætos/ Vindelicos aut Sicābros: dure ſonat/ exaſperatq; loquēdo. ſi quē Tarraco miſit aut

Ayuntamiento de Madrid

Nuisio eisdẽ de rebus percontatus fuero: duriciem remittit ac edomat/ et propemodum vt dalmata Hieronymus ꝑfert. ꝛ significat salua obsecro. et sunt duo vocabula. Sed hec hebraice lingue studiosiores amplius discutiant.

1 HALELU IA. CXV.
Credidi ꝑpter qđ lo-
cutus sũ: ego autem
humiliatus sum nimis.
2 Ego dixi in excessu meo:
3 omnis homo mendax.
Quid retribuã dño: ꝓ oĩ-
bus que retribuit michi?
4 Calicem salutarꝭ accipiã:
et nomen domini ĩuocabo.
5 Uota mea dño reddã co-
rã oĩ ppło eiꝰ: ꝑciosa ĩ cõspe
ctu dñi mors sanctorũ eiꝰ.
6 O dñe qꝛ ego seruꝰ tuꝰ ego
7 seruꝰ tuꝰ & filiꝰ ãcille tue.
Disrupisti vĩcula mea ti-
bi sacrificabo hostiam lau-
dis: et nomen dñi ĩuocabo.
8 Uota mea dño reddam ĩ
cõspectu oĩs populi eius: in
atrijs domus domini ĩ me
dio tui hierusalem.

HALELU IA. CXV.
Credidi ꝑpter qđ lo-
cutus sum: ego autẽ
humiliatus sum nimis.
Ego dixi ĩ excessu mentis
mee: omnis homo mẽdax.
Quid retribuam dño: ꝓ
oĩbus que retribuit michi?
Calicẽ salutaris accipiã:
et nomẽ domini inuocabo.
Preciosa in cõspectu dñi:
mors sanctorum eius.
O domine ego seruus tu-
us: ego seruus tuus et fili-
us ancille tue.
Disrupisti vincula mea:
tibi sacrificabo hostiã lau-
dis.
Uota mea domino reddã ĩ
atrijs domus dñi in cõspe-
ctu omnis populi eiꝰ: ĩ me-
dio tui hierusalem.

Credidi propter quod lo-
cutus sum: ego autem affli
ctus sum nimis.
Ego dixi in stupore meo:
omnis homo mendacium.
Quid reddam dño: ꝓ oĩ-
bus que retribuit michi?
Calicem salutarꝭ accipiã:
et nomẽ domini inuocabo.
Uota mea dño reddã co-
rã oĩ ppło eiꝰ: gliosa ĩ cõspe
ctu dñi mors sanctorũ eiꝰ.
Obsecro dñe quia ego ser-
uus tuus: ego seruus tuꝰ\
filius ancille tue.
Dissoluisti vĩcula mea ti-
bi immolabo hostiã laudis
et ĩ nomine dñi inuocabo.
Uota mea dño reddã ĩ cõ
spectu oĩs ppłi eiꝰ \ ĩ atrijs
domꝰ dñi: ĩ medio tui hiełz

TITULUS Nullꝰ peculiaris. Psalmꝰ cõtinuatio ꝑcedẽtis. ꝓpheta in spũ vt in ꝑcedẽte loquit.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Credidi ꝑpter quod locutꝰ sũ: ego aũt hũiliatꝰ sum nimis.
spẽ certã indubitatãq; habui placiturũ me dño ĩ regione viuorũ/ quã ob cãm oratiõez fidẽter fudi/ nã
2 vehemẽter afflictus sũ. Ego dixi ĩ excessu meo: oĩs homo mẽdax. ego ĩ illa mea consternatione/ ma-
3 gnaq; afflictiõe: dixi oĩs homo declinauit/ nõ est ĩsõsa peccato. Quid retribuã dño: pro oĩbꝰ q̄ retri-
buit michi? magna dei in me beneficia cogitãs/ q̄d repẽdere dño valebo: ꝓ vniuersisq̄ ĩpẽdit michi?
4 Calicẽ salutaris accipiã: ꝛ nomẽ dñi inuocabo. id rependã dño/ poculũ passionis salutiferũ bibã: et
5 opem eius implorabo. Uota mea dño reddã corã oĩ populo eius: ꝑciosa in conspectu dñi/ mors san
ctorũ eiꝰ. desideratã oblationẽ offerã deo spectãte vniuersa multitudine ppłi eius: chara oculis dei
6 imolatio imaculatorũ eius. O dñe qꝛ ego seruus tuus: ego seruꝰ tuꝰ ꝛ filiꝰ ãcille tue. audi obsecratio
nem meã dñe/ qꝛ ego ꝓ oĩbꝰ me tibi seruũ offero/ ego me tibi offero seruũ tuũ filiũ humilis et afflicte
7 virginis ancille tue. Disrupisti vincula mea/ tibi sacrificabo hostiã laudis: ꝛ nomẽ dñi inuocabo. me
accinctũ ꝛ paratũ ꝛ omni ĩpedimẽto liberũ fecisti/ ego meipsũ tibi victimã dicabo: ꝛ auxiliũ tuum im
8 plorabo. Uota mea dño reddam in cõspectu oĩs populi eius: in atrijs domus domini/ in medio tui
hierusalem. quam desiderio desideraui oblationem deo persoluam/ vniuerso spectante populo eius
extra portam vrbis sancte/ a te vndiq; circundatus o popule hierusalem.

ADUERTE hunc ꝛ precedentẽ psalmũ: alios interpretari solere de sanctis primitiue ecclesie/ qui martyrio suo deũ glorificauerũt. ꝛ hec q̄dẽ pia meditatio: sed de veritate q̄ȝ de imitatione ĩtelligẽtia ꝑentior: verũ ꝛ in imitatione veritas ꝛ in veritate relucet imitatio. quapropter q̄ hãc laudem in veritate/ vt in lucida specula cõstitutus cõtẽplatus est: facile eã in imitatione vt in imo et obscuriore loco collocatus contẽplabitur. quẽ enĩ ilico (sũpto agno) hymnũ humiliata deo mente canebant: an magis ille ad veritatẽ/ an ad imitatores ꝑtinebat? et certe licet ad vtrũq;: magis tamẽ ad veritatẽ. Nã ꝛ imitatio/ veritatis ipsius gratia est. ꝛ qui oĩno defigit oculum in imitatione: similis nimirũ illi q̄ adorans/ mentem suã dũtaxat figit in imagine. neq; oculus ille satis videt/ cuius acies non terminatur ĩ sole: sed citra deficiens/ parahelio contẽtatur tanq̄ȝ vero sole. sol omnis ꝓphetie ꝛ laudis deo digne Christus dñs/ deꝰ noster. ¶ Sexto versu. o dñe: ex hebræo obsecro dñe eadẽq; ANNA dictio ha-

betur/ vt in 5. verſu p̄cedētis pſalmi. ¶ Octauo verſu. vota mea dn̄o reddā in cōſpectu oīs ppl'i ei⁹/ i
atrijs dom⁹ dn̄i in medio tui hieruſalē. Queres forte cū dn̄s nō ſit patri imolatus i vrbe hieruſalē ſꝫ
extra portā: quomodo dicit' i medio tui hieruſalē? Si intelligis dn̄m nō alloꝗ parietes ſed populū ꝛ
ciues hieruſalē/ et in profeſto dn̄m imolatū extra portā/ cū ex oī loco cōueniſſet ppl's ad diē feſtū: in-
tellectu facile eſt qd̄ hic dicit' de imolatione ei⁹ vota mea dn̄o reddā in cōſpectu oīs ppli ei⁹. nā i cō-
ſpectu toti⁹ ppl'i qui cōuenerat ad diē feſtū. et quod dicitur in atrijs dom⁹ dn̄i: qr extra portā hieru-
ſalē. in medio tui hieruſalē: idē tidē/ quia vndiqꝫ circūdat⁹ populo/ et ciuibus vrbis hieruſalem.

HALELU IA. CXVI.

1 Laudate dominum oēs gentes: lauda-
te eum omnes populi.
2 Q̄m confirmata eſt ſuper
nos mīa eius: et veritas do
mini manet in eternum.

HALELU IA. CVXI.

Laudate dominum
omnes gentes: ꝛ col
laudate eū omnes populi.
Q̄m confirmata eſt ſuper
nos mīa eius: et veritas do
mini manet in eternum.

HALELU IA CXVII

Laudate dominum
omnes gētes: collau
date eum vniuerſi populi
Quia cōfortata eſt ſuper
nos mīa eius: et veritas do
mini in eternum.

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/ laus eccleſie gentiū ad Chriſtum dominum. Pro-
pheta inducit fideles ex gentibus.
1 2 EXPOSITIO CONTINUA. Laudate dn̄m oēs gentes: laudate eum oēs ppli. Q̄m cō
firmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas dn̄i manet i eternū. exaltate/ ſanctificate et magni
ficate eum vniuerſe gentiū generationes cui⁹ nō ab re ſerui eſtis/ quia vos redemit/ ſuaqꝫ morte do-
minio ſuo aſciuit: et non modo gentes ſed et vos oēs cuiuſcūqꝫ ritus formeqꝫ viuendi ſanctificate/ et
magnificate eum. magnificate inqꝫ eum/ quia nō meritis noſtris/ ſed miſeratione ſola quam confir-
mauit ſuper nos/ redemit nos: et fides eius finem non aſſequetur in ſempiternum.

ADUERTE. Spiritiferū chriſtiferūqꝫ Paulū de hoc pſalmo ad confortationē gentium citare te-
ſtimonium. gentes autē (inquit) ſuper miſericordia honorate deū / ſicut ſcriptum eſt: confitebor tibi
in gentibus dn̄e ꝛ ſubdit. et iterum laudate oēs gentes dn̄m/ magnificate eum omnes populi. quod
autem premiſit ſuper miſericordia honorate deum: illud eſt quod ſpiritus ſanctus in propheta ex-
preſſit: quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.

HALELU IA. CXVII.

1 Confitemini domio
q̄m bonus: q̄m in ſe-
culū miſericordia eius.
2 Dicat nunc iſrl' q̄m bon⁹:
quoniam in ſcl'm mīa eius
3 Dicat nunc dom⁹ aaron:
quoniam in ſeculum miſe-
ricordia eius.
4 Dicant nunc qui timent
dominum: quoniam in ſe-
culum miſericordia eius.
5 De tribulatione inuoca-
ui dominum: et exaudiuit
me in latitudine dominus
6 Dn̄s michi adiutor: nō ti
inebo qd̄ faciat michi homo
7 Dn̄s michi adiutor: ꝛ ego
deſpiciam inimicos meos.
8 Bonū eſt cōfidere in dn̄o:
q̄ꝫ confidere in homine.
9 Bonū eſt ſperare i dn̄o: q̄ꝫ

HALELU Ia. CXVII.

Confitemini domio
q̄m bonus: q̄m in ſe-
culum miſericordia eius.
Dicat nunc iſrl' q̄m bon⁹:
q̄m in ſeculum mīa eius.
Dicat nunc dom⁹ aaron:
quoniā bonus: quoniam i
ſeculum miſericordia eius
Dicant nunc omnes q̄ ti-
ment dn̄m quoniā bonus:
q̄m in ſeculum mīa eius.
In tribulatiōe inuocaui
dominū: et exaudiuit me i
latitudine dominus.
Dn̄s michi adiutor eſt: nō
timebo qd̄ faciat michi hō.
Dn̄s michi adiutor eſt: ꝛ
ego videbo inimicos meos.
Bonū eſt cōfidere in dn̄o:
q̄ꝫ confidere in homine:
Bonū eſt ſperare in dn̄o:

HALELU IA. CVXIII.

Confitemini domio
quoniā bon⁹: q̄m in
eternum miſericordia ei⁹:
Dicat nūc iſrael: quoniā
in eternū miſericordia ei⁹:
Dicat nunc dom⁹ aaron:
quoniam in eternum miſe
ricordia eius.
Dicant nunc qui timent
dominum: quoniā in eter-
num miſericordia eius.
Cum tribularer īuocaui
dominū: et exaudiuit me i
latitudine dominus.
Dn̄s meus es: non time-
bo quid faciat michi homo:
Dn̄s michi auxiliator: et
ego deſpiciam odiētes me:
Melius eſt ſperare in dn̄o:
q̄ꝫ ſperare in homine.
Melius eſt ſperare i dn̄o:

Ayuntamiento de Madrid

ſperare in principibus.

10 Omnes gẽtes circuierũt me: et in nomine dñi quia vltus ſum in eos.

11 Circũdantes circundederunt me: et in nomĩe domini quia vltus ſum in eos.

12 Circundederunt me ſicut apes\ et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: et in nomĩe dñi quia vltus ſum in eos.

13 Impulſꝰ euerſus ſũ vt caderem: et dñs ſuſcepit me.

14 Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus eſt michi in ſalutem.

15 Uox exultationis et ſalutis: ĩ tabernaculis iuſtorũ.

16 Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me dextera dñi fecit virtutem.

17 Non moriar ſed viuam: et narrabo opera domini.

18 Caſtigans caſtigauit me dñs ⁊ morti nõ tradidit me

19 Aperite michi portas iuſtitie\ ingreſſus ĩ eas confitebor dño: hec porta dñi iuſti intrabunt in eam.

20 Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factꝰ es michi in ſalutem.

21 Lapidẽ quem reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli.

22 A dño factũ eſt iſtud: hoc eſt mirabile in oculis nr̃is.

23 Hec ẽ dies quã fecit dñs: exultemus et letemur ĩ ea.

24 O domine ſaluũ fac o dñe proſperare: benedictus qui venturꝰ in nomine domini

25 Benediximꝰ vobis de domo domini: deus dominꝰ et illuxit nobis.

26 Cõſtituite diẽ ſolẽnẽ ĩ cõ-

q̃ ſperare in principibus.

Oẽs gẽtes circundederũt me: et in nomine domini vltus ſum eos.

Circundantes circũdederunt me: et ĩ nomine domini vltus ſum eos.

Circũdederunt me ſicut apes ⁊ exarſerũt ſicut ignis in ſpinis: et in nomine domini vindicabor in eis.

Impulſꝰ verſatꝰ ſũ vt caderẽ: et dñs ſuſcepit me.

Fortitudo mea et laudatio mea dominus: et factus eſt michi in ſalutem.

Uox letitie et ſalutis: ĩ tabernaculis iuſtorum.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me.

Non moriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini.

Caſtigans caſtigauit me dñs: ⁊ morti ñ tradidit me

Aperite michi portas iuſtitie et ĩgreſſus in eas cõfitebor dño: hec porta dñi iuſti introibunt per eam.

Confitebor tibi dñe quoniam exaudiſti me: et factꝰ es michi in ſalutem.

Lapidem quẽ reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli.

A domino factũ eſt: et eſt mirabile in oculis noſtris.

Hec dies quam fecit dñs: exultemus et letemur ĩ ea.

O dñe ſaluũ me fac: o domine bene proſperare.

Bñdictꝰ q̃ vẽit ĩ noĩe dñi\ bñdiximus vobis de domo dñi: deꝰ dñs ⁊ illuxit nob.

Conſtituite diem ſolennem in confrequentationi-

q̃ ſperare in principibus.

Omnes gẽtes circundederunt me: ⁊ in nomine domini vltus ſum eas.

Circundederunt me et obſederunt me ſed in nomine domini vltus ſum eas.

Circũdederunt me quaſi apes extincte ſũt quaſi ignis ſpinarũ: in nomĩe dñi quia vltus ſum eas.

Impulſꝰ pellebar vt caderem: ⁊ dñs ſuſtentauit me.

Fortitudo mea et laudatio mea dominus: ⁊ factus eſt michi in ſalutem.

Uox laudis et ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.

Dextra dñi fecit fortitudinẽ\ dextera dñi excelſa: dextera dñi fecit fortitudinem

Non moriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini.

Corripiẽs arguit me dñs et morti non tradidit me.

Aperite michi portas iuſtitie\ ingreſſus eas cõfitebor dño: hec porta domini iuſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factꝰ es michi in ſalutem.

Lapidẽ quem reprobauerunt edificantes: factus eſt in caput anguli.

A dño factum eſt iſtud: et hoc eſt mirabile ĩ ocl'is nr̃is

Hec ẽ dies quã fecit dñs: exultemus et letemur ĩ ea.

Obſecro dñe ſalua: obſecro dñe proſperate obſecro.

Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini.

Deꝰ dñs et apparuit no-



Ayuntamiento de Madrid

dẽſis: vſq; ad coꝛnu altar̃.
27 Deus meus es tu et confi
teboꝛ tibi: deus meus es tu
et exaltabo te.
28 Confiteboꝛ tibi quoniam
exaudiſti me: et factꝰ es mi
chi in ſalutem.
29 Cõfitemini dño q̃m bonꝰ
quoniã in ſeculũ mĩa eius.



bus: vſq; ad coꝛnu altaris.
Deus meus es tu et con=
fiteboꝛ tibi: deus meus es
tu et exaltabo te.
Cõfiteboꝛ tibi dñe q̃m ex=
audiſti me: et factus es mi=
chi in ſalutem.
Cõfitemini dño q̃m bonꝰ
quoniã in ſeculũ mĩa eius.



bis: frequentate ſolennita=
tem in frõdoſis: vſq; ad coꝛ
nua altaris.
Deus meus es tu et confi
teboꝛ tibi: deus meus es tu
et exaltabo te.
Confiteboꝛ dño quoniam
bonus: quoniam in eternũ
miſericoꝛdia eius.

TITULUS. HALLELUIA. Pſalmus (vt ſuperioꝛ) laus et gratiarũ actio fidelis populi ad Chꝛiſtum dominum. ꝓpheta in ſpiritu fidelem populum inducit.

EXPOSITIO CONTINUA. Cõfitemini dño q̃m bonus: q̃m i ſeculum mĩa eius. magni= 1
ficate dñm q̃m miſericoꝛdia eius confirmata eſt ſuper nos ⁊ veritas eius manet in eternũ / ſed et nunc
gloꝛificate eũ q̃m ipſe natura bonus: ⁊ vt veritas eius ita ⁊ miſeratio eiꝰ nõ habet terminũ. Dicat 2
nunc iſrael q̃m bonꝰ: q̃m in ſeculũ miſericoꝛdia eiꝰ. cõfiteat̃ nũc eccleſia q̃ ex iudea ſũpta eſt / hanc no=
biſcũ Chꝛiſto dño laudẽ / q̃m bonꝰ: q̃m in ſeculũ miſericoꝛdia eius Dicat nũc domꝰ aaron q̃m bonꝰ: 3
q̃m in ſeculũ miſericoꝛdia eius. cõfiteat̃ Chꝛiſto dño vniuerſũ eius ſacerdotiũ / q̃m ipſe natura bonꝰ:
q̃m i ſeculũ miſericoꝛdia eius. Dicãt nũc qui timent dñm: q̃m in ſeculũ miſericoꝛdia eius. eandem 4
Chꝛiſto dño laudẽ ꝯfiteãt̃ oẽs timoꝛati / martyꝛes / ꝯfeſſoꝛes / virgines / ſeculo abꝛenũciãtes feruoꝛe
cælcſtis ſpõſi timoꝛeq; i eũ delinquẽdi / ⁊ vniuerſe ſancte plebes cõfiteant̃ inquam nũc hãc Chꝛiſto
dño laudẽ / q̃m bonꝰ q̃m in ſeculũ miſericoꝛdia eiꝰ. De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me i 5
latitudine dñs. in afflictione ⁊ perſecutionibꝰ tyꝛãnoꝛũ cõſtitutus iploꝛaui dei ⁊ ſaluatoꝛis mei auxi
liũ: et ipſe q̃ natura bonꝰ ⁊ miſericoꝛs eſt in ſeculũ / rex meus et deus meꝰ ſuſcipiẽs pꝛecẽ meã / me in
magna letitie libertatis et poteſtatis ãplitudine reſtituẽs conſolatus eſt me. Dñs michi adiutoꝛ: nõ 6
timebo quid faciat michi homo. ſit michi dumtaxat ſaluatoꝛ et redemptoꝛ meus auxilio: et quicquid
terrena moliat̃ in me poteſtas / nichil refoꝛmidabo. Dñs michi adiutoꝛ: et ego deſpiciã iimicos me= 7
os. ſit michi dũtaxat Chꝛiſtus dñs auxilio: ⁊ ego omniũ ⁊ ſpiritualiũ ⁊ carnaliũ hoſtiũ meoꝛum mo=
litiones aſpernaboꝛ. Bonũ eſt cõfidere in dño: q̃ cõfidere in homine. Bonũ eſt ſperare i dño: q̃ ſpe= 8 9
rare in pꝛincipibus. quid mirũ ſi dño michi adiutoꝛe nichil timeã / ſed aſperner ⁊ nichilipendã inimi
cos meos? quia melius eſt fidere i dño qui ſẽper bonus et miſericoꝛs eſt: q̃ in homine qui vt plurimũ
malꝰ eſt / imitis et imiſericoꝛs. imo ⁊ meliꝰ eſt fidere in dño ſolo qui per ſe oĩa poteſt / et qui omnium
tenet imperium: q̃ in omnibus pꝛincipibus ſeu terrenis ſiue celeſtibꝰ / qui quicquid poſſunt / id poſ=
ſunt exequentes eius mandatum. Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia vultus 10
ſum in eos. quid mirum ſi melius domino q̃ homini et q̃ pꝛincipibus fidere? quia omnimodarum
gentium erroꝛibus impliciti circundederunt me: et ſolo domini nomine inuocato pꝛeualui in eos / q̃s
homo / qui pꝛincipes inuocati / hoc michi pꝛeſtitiſſent? Circundantes circundederunt me: et in no= 11
mine domini quia vltus ſum in eos. multiplicibus circuitionibus et molitionibus terreni et ſpiritua
lium nequitiarum inſultus ſepiuerunt me: et ſolo domini mei nomine defenſus pꝛeualui in eos. Cir 12
cundederunt me ſicut apes / et exarſeruut ſicut ignis in ſpinis: et in nomine domini quia vltus ſum
in eos. irruerunt in circuitu meo caterue hæreticoꝛum vt denſi globi apum mel in oꝛe gerentes / ſed
letali caude aculeo venenantes / flagrarunt moꝛe flamme ſpinarum: extinctiq; ſunt ſola nominis do=
mini mei potentia / quia pꝛeualui in eos. Impulſus euerſus ſum vt caderem: et dominus ſuſcepit 13
me. tãtus eoꝛum impetus / tanta vis / vt ego ſic quaterer / q̃ parum defuerit ꝙ laberer in erroꝛem: ſed
natura bonus et miſericoꝛs dñs vacillantem et inclinatum ſuſtinuit me / ne in tantam pꝛecipitarer per
niciem. Foꝛtitudo mea et laus mea dominus: et factus eſt michi in ſalutem. ꝙ omnium gẽtium / om 14
nium tyꝛannoꝛum / et omnium hæreticoꝛum ſuperaui impetus / non hoc mee vires / non michi laus
debetur / ſed vires mee / robur meum et laudatio mea dominus: et ipſe ſolus factus eſt ſalus mea ne
laberer in erroꝛem. Vox exultationis et ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝛum. clamoꝛ gaudij / victoꝛie / ⁊ 15
ereptionis a faucibus dꝛaconis: in eccleſijs veram domini fidem / rectam pietatis doctrinam ſequen
tium. Dextera domini fecit virtutem / dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. 16
Chꝛiſtus dominus et foꝛtitudo eius victoꝛiam pꝛeſtitit / Chꝛiſtus dominus ex pꝛoſtratione in ſubli=
me me erexit / Chꝛiſtus dominus victoꝛiam dedit. Non moꝛiar ſed viuam: et narrabo opera domi= 17
ni. bonitate et miſeratione ſola dei mei non tradar ſupplicijs impioꝛum / ſed aſcribar vite beatoꝛum:
et manifeſtabo poſteris que in me operatus eſt dominus. Caſtigans caſtigauit me dominus: et moꝛ 18

Ayuntamiento de Madrid

ti non tradidit me. his gentium/tyrannorum/et hæreticorum perſecutionibus/emendans et probās
corripuit me bonus et miſericors dominus: et non permiſit me in ſempiternum interitum corruere.
19 Aperite michi portas iuſtitie/et ingreſſus in eas confitebor domino: hec porta domini / iuſti intra=
bunt in eam. O luctatores domini/o doctores ſancti reſerate michi viuificas intelligētias antique le
gis et legis noue/et ego adeptus eas laudabo et glorificabo dominum hec iuſtitie porta/ noua ſcili=
cet lex/nouaq; ſcriptura Chriſti domini eſt/per eam diuine voluntatis factores ad vitam ingredient
20 eternam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factus es michi in ſalutem. iugiter glorificabo et
laudabo te domine quoniam annuiſti preci mee/aperuiſti michi ſcripturarum ſalutares ingreſſus/ et
21 iuſtificationum tuarum intelligentias: et factus es ſalus mea. Lapidem quem reprobauerunt edifi
cantes: hic factus eſt in caput anguli. petram iuſtitie quam abiecerunt tanq̄ inutilem ſcribe et phari=
ſei et iudæorum doctores/ea facta eſt in coniunctionem vtriuſq; parietis/in concordiam vtriuſq; le=
22 gis et teſtamenti. A domino factum eſt iſtud et eſt mirabile in oculis noſtris. hec vnio/hec ſcriptura=
rum concordia/hec vocatio ad ſalutem vtriuſq; gentis in vnum caput/lapidem prius ignorantia et
nequitia doctorum legis reprobatum/non ab hominibus ſed a deo facta eſt: et cum diuinā circa vni
uerſos bonitatem et ſalutis diſpenſationem contemplamur/ admiratione digna occurrit conſidera=
23 tionibus noſtris. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. hec ſacra lux qua domi
nus reconciliauit mundum/ſed a iudeis reprobatus/ea eſt quam condidit altiſſimus: ſpirituali gau
24 dio et ſancta letitia tripudiemus et hilareſcamus in ea. O domine ſaluum me fac/o domine bene pro
ſperare: benedictus qui venit in nomine domini. obſecro domine ſalutem omnium operare/obſecro
domine cuncta tua ſint proſpera: laudatus/honoratus/et glorificatus ſit qui miſſus eſt ī nomine pa=
25 tris eterni. Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis. O populi futuri
annunciauimus vobis benedictionem hanc exoptauimuſq; de portis ſion/de ſurgente eccleſia fide=
26 li: deus ipſe dominus eſt qui in mundum venit/qui ſol iuſtitie exortus eſt nobis. Conſtituite diem
ſolēnem in condenſis: vſq; ad cornu altaris. ordinate inſignem celebritatem/in denſa populi frequē=
27 tia vſq; ad angulum are templi. Deus meus es tu/et confitebor tibi: deus meus es tu/et exaltabo te
O domine qui veniſti in nomine domini/qui illuxiſti nobis/ qui reprobatus es a iudeis/ qui factus
es caput eccleſie/ingentis ex vtriſq; populis edificij/tu deus meus es/cōditor ſaluator et reparator
28 meus/et glorificabo te: tu es conditor/ſaluator et reparator meus et magnificabo te. Confitebor ti=
bi quoniam exaudiſti me: et factus es michi in ſalutem. reſumitur confeſſio ſumpti beneficij ad maio
29 rem gratiarum actionum expreſſionem/et eadē cum verſu 21 intelligentia. Confitemini domino qm̄
bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ei qui eſt α et ω/principium et finis/in principio et fi
ne eandem tribuit laudem. eſtq; eadem vt primi verſus/intelligentia.

ADVERTE. Tertio verſu. dicat nunc domus aaron. in pſalmodia gallica non reſumitur particu
la quoniam bonus ſed reſumitur in romana et græca/ſimiliter et in quarto verſu. ¶ Octauo verſu et
nono. bonum eſt: ex hebræo/potius dicendum melius / q̄ bonum. et id particula q̄ iuxta ſermonis
proprietatem expoſtulare videtur. ¶ Decimo/vndecimo/et duodecimo verſu. quia vltus ſum in
eos: Hieronymus ex hebræo quia vltus ſum eas. etſi Hieronymus hic non addat in/prepoſitionē
dicit tamen ſcribens ad Sūniam latinis codicibus ſub aſteriſco eſſe addendam. quapropter aut ad=
denda eſt aut locus ille epiſtole viciatus eſt. ¶ Viceſimoquarto verſu. o domine ſaluum me fac o do
mine bene proſperare/benedictus qui venit in nomine domini: ex hebræo/obſecro domine ſalua ob
ſecro domine/bene proſperare obſecro/benedictus qui venit in nomine domini. quod nunc legim⁹
ſaluum me fac: me ſuperfluit. et hunc verſum legimus ſecundum tralationem romanam. et hic ad in=
tegrum habetur verbum HOSI ANNA: vbi ſacer hieronymus interpretatus eſt ſalua obſecro.
Hoc ſacro inſpirato oraculo turbe et pueri hebræorum honorauerunt Chriſtum regem cum hieru=
ſalem intrauit pauper et manſuetus/inſidens aſine et pullo eius iuxta zacharie oraculum: et regene
rationis populus ſingulis quibuſq; dominicis diebus huius memoriam in officio prime recolit et eo
dem hymno celebrat dominum. et in omni ſupercelestis panis et benedictionis calicis aſpectui po=
puli exhibitione: inculcat HOSI ANNA et benedictus qui venit in nomine domini. ¶ Viceſi=
muſoctauus verſus qui viceſimo idem eſt: non reſumitur ex hebræo. ¶ Viceſimuſnonus verſus.
confitemini: ex Hieronymo per primam perſonam ſingularem confitebor.

¶ HALELU IA. CXVIII. Aleph.

1 Beati immaculati in via: qui ambulant ī lege domini. Aleph.

¶ HALELU IA. CXVIII. Doctrina.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Doctrina

¶ HALELU IA. CXVIIII. א

Beati immaculati in via: qui ambulant ī lege domini. א

I Octonarius.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| a 2 | Beati qui ſcrutātur teſtimonia eius: ⁊ toto coꝛde exquirunt eum. Aleph. | Bti qui ſcrutātur teſtimonia eius: ⁊ toto coꝛde exquirunt eum. Doctrina. | Beati qui cuſtodiunt teſtimonia eius: in toto coꝛde requirunt eum. א |
| a 3 | Non enī qui opantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt. Aleph. | Nō enī qui operantur iniquitatē: in vijs eiꝰ ambulauerunt. Doctrina. | Nec enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. א |
| a 4 | Tu mādaſti mādata tua: cuſtodiri nimis. Aleph. | Tu mādaſti mādata tua: cuſtodiri nimis. Doctrina | Tu mandaſti pꝛecepta tua: cuſtodiri nimis. א |
| a 5 | Utinam dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Aleph. | Utinā dirigantꝰ vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Doctrina. | Utinam dirigantur vie mee: ad cuſtodienda pꝛecepta tua. א |
| a 6 | Tunc non confundar: cū pſpexero in omnibus mandatis tuis. Aleph. | Tunc non confundar: dū reſpicio in omnia mandata tua. Doctrina. | Tunc non confundar: cū reſpexero ad omnia mandata tua. א |
| a 7 | Cōfitebor tibi ī directiōe coꝛdis: ⁊ eo quod didici iudicia iuſticie tue. Aleph. | Cōfitebor tibi dn̄e ī directiōe coꝛdis: ⁊ eo qđ didici iudicia iuſticie tue. Doctrīa. | Confitebor tibi in directione coꝛdis: cū didicero iudicia iuſtitie tue. א |
| a 8 | Iuſtificationes tuas cuſtodiā: nō me derelinquas vſquequaqꝫ. | Iuſtificatiōes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaqꝫ. | Pꝛecepta tua cuſtodiam: ne derelinquas me nimis. |

¶ PRIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

a ¶ Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Quā bonus es domine qui per ſpiritū ſanctum beatitudinem ſummāqꝫ felicitatem ijs pollicēris: qui ſe incontaminatos in hoc ſeculo cuſtodiunt/ et qui ij ſint oſtēdis. ſunt enim ij qui habita fide ſeruant mandata tua/ qui te amant ſuper oīa/ qui pꝛoximos ſecundū ſeipſos/ qui homicidiū nō faciūt/ qui nō adulterantur/ qui nō faciunt furtum non falſū teſtimoniū dicunt/ qui honoꝛant patrē ⁊ matrē. qua in re contēploꝛ te domine magnā aīarū gerere curam. nam vt coꝛpoꝛis elegantia beatum non efficit: neqꝫ eius macula miſerum. non ergo de coꝛpoꝛis immaculatione ⁊ eius inceſſu ⁊ ambulatione hic agitur: ſed anime. Et via qua in hoc mundo ad te ambulat anima: mandata tua ſunt. ⁊ lumē quo illuminatur via illa: fides tua. et incedit per ea: cum operando non egreditur ea. vt et quis luna aut ſole illuminante per viam terreſtrem tandiu incedit: ꝙdiu motione coꝛpoꝛis ab illa nō egreditur aut excedit. Uerū dn̄e cum tu ſis veritas/ et anima/ tua ſit imago: cū imaginē meā ad quā ſū vt veritas/ ī ſpeculo cōſidero: video viā ſuā nichil aliud eſſe ꝙ viā meā. ⁊ eā videri ad me ābulare: nichil aliud eſſe ꝙ me ad illam accedere. et ꝙto magis deſcendo tanto maioꝛ eſt illius exaltatio. quare veriſſime domine: nichil aliud eſt nos in lege tua ambulare/ ꝙ te ad nos accedere/ et te ad nos deſcendere nichil aliud ꝙ te nos exaltare. Quis igitur cum ꝓpheta non vere eos beatos iudicabit/ qui immaculati ambulāt in lege dn̄i: cū ad illos deſcēdat dn̄s/ cum illos is exaltet qui ſumma beatitudo eſt/ et pleniſſimum paradiſi gaudium?

a ¶ Beati qui ſcrutātur teſtimonia eius: in toto coꝛde exquirunt eū. Benigniſſime deus: actiuis beatitudinē pꝛeſtas ambulantibus in lege tua. et tu etiā pꝛeſtas beatitudinē contēplantibus teſtimonia tua: ⁊ te totius anime ſue ſtudio requirentibus. Sed que ſunt illa que te teſtātur? Certe oīs creatura tua. nā vt veridico oꝛe tuus ſanctus clamat apoſtolus: inuiſibilia tua a creatura mūdi ꝑ ea que facta ſunt itellecta cōſpiciunt/ ſempiterna quoqꝫ virtꝰ ⁊ diuinitas. ergo qui videt creaturā bonā/ nō debet in bonitate creature ſtare: ſed ī illa cuiꝰ eſt teſtimoniū/ ⁊ hāc ipſam toto coꝛde reqrere: neqꝫ in creature duratione: ſed in eternitatē conſcendere. neqꝫ in creature vita: ſed ſtatim illā pꝛimā immoꝛtalitatē que oībus viuentibus vitā pꝛeſtat cogitare. ⁊ hec vniuerſa: veluti quedam veſtigia ⁊ teſtimonia tua. Neqꝫ voluptas aut dulcedo que a nobis cōpꝛehendi poſſit: ea eſt quam pꝛopter ſe requirere debeamus ſed vt veſtigium ⁊ teſtimoniū tue ineffabilis voluptatis ⁊ dulcedinis. ⁊ qui hoc pacto ſcrutantes contēplantur: te ſolum tota anima ſua requirūt/ et hoc ipſo beati ſunt. beatioꝛes longe futuri: cū ſine enigmate tenuerint quod tanto ſtudio perquiſierunt. Sed que rurſum ſunt teſtimonia tua? Certe etiam ⁊ ſacra eloquia/ ⁊ vniuerſa ꝓphetarū oꝛacula. Nā q̄ illa diligēter rimātur: toto deſiderio/ toto mentis affectu te querūt. qui grāmatice īcumbūt: lingue querūt peritiā. qui logice: ratiocinādi facultatē. theoꝛice: aptā accōmodatāqꝫ locutionē. phyſice: rerum motus/ ⁊ ſenſibiliū rerū agnitionem.

Ayuntamiento de Madrid

muſice: ſonorum hermoniam/ et aurium lenocinium quoddam et oblectationem. arithmetice: nume
rorum proprietatem. geometrie: magnitudinum rationem. aſtronomie et optice: aſtrorum et viſibili
um rerum quandam perceptionem. ⁊ hec vniuerſa/ beatum efficere non poſſunt: quia non te toto cor
de qui es finis finium/ et omnis finis/ ſed queqꝫ proprium peculiaremqꝫ finem. requirit. in quo qui
mentem ſiſtit: vaneſcit. vt qui particulares cognitionis fines: in finem ſuum/ in finem finium/ in ſum
mam ſupremamqꝫ cognitionem ordinare reuocareqꝫ neſcit/ que ſapiētia eſt. cuius finis/ omnium co=
gnoſcibilium finis: vt ſumme pulchrum/ omnium particularium pulchrorum. Ergo non rationalis
non naturalis/ non mathematica diſciplina beatum efficit: ſed ſupramundana. que dum adhuc im=
perfecti ſumus et in ſpeculo et enigmate veſtigamus: ex rerū veſtigijs ad te ſurgit/ diuinorum eloquio
rum pia ſedulaqꝫ perſcrutatione adiuta. que et nobis et ſecundum nos veriſſime theologia eſt. nam
hac ſola ex rerum ſe reflectente radio nata contemplatione: particularibus finibus tranſcenſis/ tota
mentis oblectatione perquireris/ qui es veritas veritatum/ et omnium ſciendorum et perquirendo
rum vnicus finis. Sed que ſunt teſtimonia tua? Certe ſecundum preſentis loci cōſiderationem: elo=
quia et mandata tua. quia tu illa teſtatus es/ illa locutus es/ eadem mandaſti atqꝫ precepiſti. et qui
illa ſcrutantur ac cuſtodiunt: illi te toto corde exquirunt. et iccirco nimirum beati/ in te qui ipſa bea=
titudo es/ iugiter aſſidueqꝫ verſari.
a ¶ Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. Cum tu domine deus michi fa 3
ciem rectam dederis: ſi ſpeculum faciem tortam referat/ hec tortura et obliquitas non mea eſt/ nec a
me eſt/ ſed a ſpeculo. ita cum æquitas ſit rectitudo: iniquitas eſt quedam obliquitas et a rectitudine
vie tue deflexio. que non tua/ neqꝫ a te eſt domine: ſed a noſtra imperfectione. re vera qui te ſuper om
nia diligit/ et proximum ſecundum ſe/ qui non aſſumit nomen tuum in vanum/ non falſum teſtimoni=
um dicit/ aliena non concupiſcit/ et reliqua que mandaſti ſeruat: æquitatem operatur/ rectitudinem
et iuſtitiam. contra vero qui quippiam aliud magis q̃ te diligit qui proximum minus q̃ ſe/ et tanto
magis ſi te contemnit aut odit et proximo inuidet/ qui falſitate ſine vlla veri reuerentia abutitur/ qui
aliena concupiſcit: iniquitatem/ curuitatem/ obliquitatemqꝫ et iniuſtitiam operatur. Et quis non vi
det ſi vie anime ad deum ſunt amor dei ſupra ſe/ et amor proximi ſecundum ſe (aſcenſum inquit pur=
pureum media charitate conſtrauit propter filias hieruſalem) eos qui operantur iniquitatem nō am
bulare in vijs domini? qui enim deorſum ambulat: ſurſum non eſt. et qui terreno amore captiuus de
tinetur in imis: quomodo cum diuino liber et abſolutus deliciabitur in ſummis? et tanto magis/ qui
ambulat in odio: quomodo ambulat in amore? perinde id fuerit ac qui putauerit nocte ambulare idē
eſſe atqꝫ in clariſſima ambulare die. Qui ſi beati ſunt (vt ſunt) de quibus dicitur/ beati immaculati in
via qui ambulant in lege domini: ex oppoſito q̃ miſeri erunt de quibus vere pronunciatur/ non enim
qui operantur iniquitatem/ in vijs eius ambulauerunt.
a ¶ Tu mandaſti mandata tua: cuſtodiri nimis. Medicus qui multum filium diligit: precepta conſer 4
uande ſanitatis illi tradit/ quæ arcte obſeruari mandat ne in aduerſam labatur valitudinem. Ita tu
celeſtis pater creator animarum et amator/ illarum bonum agnoſcens: precepta illis tradidiſti/ vt ſē
per viuere poſſint/ et ne in ſpiritualem labantur egritudinem. et quanto ſcis ex tranſgreſſione illorum
preceptorum in longe deterius malum eas prolabi q̃ corpora ex tranſgreſſione preceptorum aman=
tis medici: tanto arctius mandas illa cuſtodiri/ non tuum ſed ſolum animarum bonum intendens/ vt
vere benigniſſimus pater miſerans et amans/ et idem ſummus animarum medicus. Ergo qui imme
mores non ſunt ſue ſalutis que finem non ſit habitura: frequenter cogitare debent ⁊ animo replicare/
o amator/ o ſaluator animarum tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis/ idqꝫ precari iugiter vt in il
lis cuſtodiendis non inueniatur incurius/ deſidioſus ac ſegnis.
a ¶ Utinam dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Sed quid filius pio in eū pa= 5
renti medico tam ſedule prouidenti ne in aduerſam labatur valitudinem reſpondere debeat: niſi vti
nam pater dirigantur affectus mei ad cuſtodienda precepta tua? quid anima deo tam piam de ea cu
ram gerenti: niſi vtinam o conditor meus/ largitor et cognitor boni mei dirigatur omnis voluntas
mea omnis motus ad implenda iuſſa tua? que ſola me iuſtificare poſſunt: et me iuſtam/ ſanam omni
ex parte recte valentem/ et immortalem cuſtodire. ſed quia non ſufficio illos motus meos voluntari
os per quos voluiſti me libere incedere/ ſine auxilio tuo in via rectiſſima continere: ideo te precor ce
leſtis conditor et opifex superne/ dirige illos/ et ne ſinas extra vagari ⁊ inflecti a rectitudine. et nichil
aliud peto cum confugio/ cum ſuſpiro ad beneficas miſerationis tue ad nos inclinationes tuas qui
ex nobis ipſis imbecilli ſumus ⁊ impotentes/ et cum ad te clamo: vtinam dirigantur vie mee ad cuſto
diendas iuſtificationes tuas.
a ¶ Tunc non confundar: cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. 6
a ¶ Confitebor tibi in directiōe cordis: in eo q̃ didici iudicia iuſtitie tue. Sicut filius q̃ſdiu pij patris 7

Ayuntamiento de Madrid

medici precepta ſeruat/nunq̃ aduerſa corporis valitudine turbatur/ſed ſanus et incolumis gaudet et patrem commendat eo ꝙ tam ſalubria docuerit eum ſanitatis retinende precepta: ita anima q̃diu ſtudet mandata celeſtis patris ſui/conditoris ſui/medici ſui obſeruare/non confunditur/non turbatur vlla mentis perturbatione/ſed gratias agit hilaris/ſana et incolumis et leta ꝙ tam ſancta / tanq̃ ſalutaria didicerit precepta/ vnde ſe ſemper letam ſine vlla confuſione ac turbatione conſeruat: verum ex oppoſito ſicut imprudens filius qui contemnit precepta pij parentis videns ſe in grauē morbū ſua culpa incidiſſe/ et de proximo triſte fatum ſibi impendere quod non poteſt euitare/ confunditur et turbatur: hunc in modum et anima que vitalia contempſit precepta/cum agnouerit grauiſſimā ſe contraxiſſe noxam/ ⁊ eternam quam euitare non poteſt imminere mortem/horret/confunditur/turbatur. et triſtatur (ſed ſero nimium) ſe non meminiſſe oraculi/ veracis prophete tui/ tunc non confundar cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. triſtatur et dolet ſed tarde nimium ⁊ nimiū ſuo damno ſui oblita: ꝙ dicere nō poſſit. confitebor tibi in directione cordis: in eo ꝙ didici iudicia iuſtitie tue.

8 ¶ Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſqꝫquaqꝫ. Scio creator optime precepta tua vitam preſtare anime: vt precepta medicorum corpori. ſcio etiam ſine adiutorio tuo me ſufficere non poſſe illa implere. fortitudinem tuam agnoſco: et debilitatem meam non ignoro. ideo non me deſerat auxilium tuum vt adimplere poſſim preceptum tuum. quod ſcio non me deſeret: q̃diu quæ ad vitam mandas adimplere voluero. Neqꝫ enim pater medicus deſinit filium adiuuare: q̃diu vult ne ipſe egrotet/ patris precepta obſeruare. Qui ſi adiutus contēnit/ aut prorſus voluntatem ſuam ad oppoſita conuertit: merito a patre derelictus/ mala corporis icurrit/ donec ad opem reſurgat ſi forte ſpe ſalutis ducitur. ita et qui a te adiuti iuſtificationis tue inſtituta ſpernunt/ ⁊ ad oppoſita ſe conuertūt: merito a te deſeruntur/ et anime ſue patiuntur detrimentum/ donec ad te fontem miſericordie recurrant/ et obſeruationi mandatorum tuorum ſe tradant/ et firma obedientie tue intentione ad te clamēt iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaqꝫ.

ADVERTE. Hunc. 118. pſalmum: propheta duabus et viginti ogdoadibus/ id eſt octonarijs verſuum diſtinxit/ vnicuiqꝫ litterarum hebraicarum elemento octonos verſus tribuens qui ab illis elementis incipiunt/ vt omnes verſus prime ogdoadis ab Aleph/ ſecunde a Beth/ et ita deinceps. Ac ſi primum octonarium qui prepoſitus eſt/ hoc modo hymnizaremus.

1 Amplum deus mundum regens: inſons beatus in via
2 Ad te tua lege means. ſcrutatus et iuſſa tua.
3 Actus malos qui faciunt: non ambulant vias tuas.
4 Arcte nimis legem tuam: ſeruarier tu præcipis
5 Ah dirigas vias meas: legis tuæ cuſtos ero.
6 Aſpiciam quæ iuſſeris: tunc me pudor non obruet.
7 Aequum tuum cum nouero: recto canam corde tibi.
8 Aduſqꝫ me non deſeras: legem tuam cuſtodiam.

Ita et ſequentes octonarios per ſua elementa/ ſed alio et longe q̄dē diuiniore modo diuin⁹ hymnizat propheta. quod carmini gen⁹ in tetrametrum iambicum reuocat Hieronymus. at quod quomodocūqꝫ ⁊ exēpli tantū gratia luſimus/ duplici dimetro iambico conſtat. Ceterum ꝙ per ſingula canit elemēta: nos (vt arbitror) hoc ipſo inſtruit propheta/ in omni creatura vt in ſignis eius/ deū eſſe laudandū. ſi quidē duo ⁊ viginti illa elemēta: primordialiter olim rerū cōplectuntur ſigna. Preuidebat etiam (ſpū dei mōſtrāte) has diuinas laudes ad eccleſiā Chriſti tranſituras. nā he laudes in eccleſia eius: ab vnoquoqꝫ ſacris ritibus initiato nulla die nō canūtur. ⁊ ideo illas quaſi ſacramento quodā noue legis: octonario ſignauit. octonarius enim noue legi myſticus et ſacer/ que ſeptimū in octauam ⁊ ſabbatū moiſi in dñicā Chriſti commutauit: vt ſeptenarius veteri legi ob ſabbatū accōmodat⁹ canebat tamē ſynagoga has laudes/ octauā meſſie expectans: vt ⁊ nos cantica ſynagogæ/ beneficā dei prouidentiam laudantes/ ⁊ vt figuras noue legis/ legis ſcilicet Chriſti et gratie venerantes.

HABES igitur cur ad tralationē hebraicā figure hebraicorum elementorum (qualibet octies repetita) adijciantur. ⁊ ad gallicam tralationem illorum elementorum nomina ſunt adiecta: et e regione circa initia verſuum noſtre littere elementis illis quoad fieri licet reſpondentes. ad tralationem vero romanam/ nominum elementorum hebraicorum ſignificationes. habet enim quodqꝫ nomen huiuſmodi elementi peculiarem ſignificationem: quam ex epiſtola Hieronymi ad Paulam vrbicam cognoſcere prōptum eſt. Et idem ſubiecta deſcriptione/ cum elementorum hebraicorum figuris/ nominibus eorum et litteris noſtris illis reſpondentibus vt magis ad ſingula queqꝫ ſequentia diſponaris/ non magno impendio cognoſcere valebis.

Ayuntamiento de Madrid

| Lr̄e nr̄e | Lr̄e hebraice | Nomina earum | Significatiões earꝝ | | Inſuper ⁊ earum numeri | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| A | א | Aleph | Doctrina | I | 1 | א |
| b | ב | Beth | Domus | | 2 | ב |
| g | ג | Gimel | Plenitudo | | 3 | ג |
| d | ד | Daleth | Tabularū | | 4 | ד |
| h | ה | He | Iſta | II | 5 | ה |
| v | ו | Vau | ⁊ | | 6 | ו |
| z | ז | Zai | Hec | | 7 | ז |
| h | ח | Heth | Vita | | 8 | ח |
| t | ט | Teth | Bonum | III | 9 | ט |
| i | י | Ioth | Principiū | | 10 | י |
| c | כ | Caph | Manus | IIII | 20 | כ |
| l | ל | Lamed | Diſciplinæ | | 30 | ל |
| m | מ | Mem | Ex ipſis | V | 40 | מ |
| n | נ | Nun | Sēpiternū | | 50 | נ |
| ſ | ס | Samech | Adiutoriū | | 60 | ס |
| a | ע | Ain | Fons | VI | 70 | ע |
| p | פ | Phe | Oris | | 80 | פ |
| ſ | צ | Sade | Iuſtitia | | 90 | צ |
| q | ק | Coph | Vocatio | VII | 100 | ק |
| r | ר | Res | Capitis | | 200 | ר |
| s | ש | Sin | Dētium | | 300 | ש |
| th | ת | Thau | Signa | | 400 | ת |

Connexiones ſeptem/ elemētoꝝ hebraicoꝝ/ ⁊ quid ſignificent.

Vides inſuper ſeptem ſignificationum connexiones que non indignam pre ſe ferunt intelligentiam. que vt ſeptenarius ſpiritu ſancto attributus eſt numerus: ita ſpiritualiter ſunt intelligēde. Prima eſt doctrina domus/ plenitudo tabularum. que deſignare videtur doctrinam domus dei/ plenitudinem eſſe vtriuſqȝ legis. nam due ſunt tabule prima eſt mandatorum legis antique que tradita eſt Moſi typico legiſlatori. Et ſecunda eſt legis noue que enunciata eſt a Chriſto domino vero et non amplius typico legiſlatore. Secunda connexio/ iſta ⁊ hec vita. quo deſignatur aperte/ ⁊ in antiqua tabula que veteris legis ⁊ decalogi precepta continet et in tabula noua que eſt lex euangelica vitam conſiſtere. Tertia connexio. bonum principium. ſed quid principium niſi deus vnus? qui ex ore ipſius per ſe et abſolute veritatis: ſolus eſt bonus. Quarta connexio/ manus diſcipline. quo non inconcinne ſignificatur operationes ex diſciplina legis debere procedere. Quinta/ ex ipſis ſempiternum adiutoriū. et quid hoc aliud/ niſi ex manibus diſcipline/ ex operationibus inſtructiōis vtriuſqȝ tabule/ ex obſeruatione legis diuine refrigerium nos aſſecuturos ſempiternū et delitias vite eterne. Sexta. fons oris iuſtitia. quo pretendit/ ſicut fonte potantur animalia: ita iuſtitia legis diuine ab ore noſtro prodeunte alios potare debemus. neqȝ enim alius fons oris noſtri quo alios reficere debeamus et poſſimus ad vitam. Septima vocatio capitis dentium ſigna. quod hanc prefert intelligentiam vocationem ad Chriſtum dominum qui eſt caput legis/ factam eſſe diuinis annūciationibus oraculis prophetarum/ ſermonibus et predicationibus ſanctorū que ſunt ſigna dentium. quomodo (diuinus inquit apoſtolus) credent ei quē non audierūt? quomodo aūt audient ſine predicante? et rurſus/ nunquid nō audierunt? et quidem in oēm terram exiuit ſonus eorū/ et in fines orbis terre verba eorum. Vides itaqȝ diuinos ſermones vocaſſe vniuerſos ad caput vniuerſorum qui eſt Chriſtꝰ dominus ſuperbenedictus in ſecula ſeculorū amen. Aduerte preterea in his 22 ogdoadibus nullum eſſe verſuum in quo non ponat̄ aliqđ hoꝝ duodecim vocabulorum: via/ lex/ teſtimoniū/ mādatū/ iuſtificatio/ iudiciū/ iuſtitia/ ſermo/ eloquiū/ verbū/ veritas/ bonū. niſi tertiū verſum 12 ogdoadis excipere velis: vbi ⁊ ex hieronymo pro ordinatione (que nichil aliud eſt ꝙ̄ lex) dici poterat iudicio ⁊ hec oīa cōſpirant ī vnū: ⁊ pro lege diuina accipiēda ſunt. res enim eadē: noīa plura. ſubſtantia vna: rationes diuerſæ. At inquies: cur lex diuina tot ſortitur noīa? Non impēdio difficilis ⁊ anxia reſpōſio eſt. LEX dicitur: ꝙ per eam optima queqȝ deligimus. adde ꝙ diuino nutu ſcripta: nobis legēda tradita eſt/ ꝙqȝ nos deo ligat et coherere facit. VIA: quia nos ducit ad deum/ monſtrans que agenda et a quibꝰ abſtinēdū abhorrēdūqȝ. TESTIMONIUM: ꝙ multis ſignis ⁊ teſtibꝰ illā approbauit deꝰ. MANDATUM: ꝙ illā mādauit ac ꝓcepit arcte cuſtodiēdā. IUSTIFICATIO: ꝙ

Lex
Via
Teſtioniū
Mandatū

Ayuntamiento de Madrid

Juſtificatio ea mediāte iuſtificamur. JUDJCJUM: ꝙ nobis certa ⁊ qua falli nō poſſum⁹/ regula ſit ad iudicā
Judicium dū de vnoquocꝫ actu noſtro probe ne an perperam agatur: nam ſi contra legem eſt: proculdubio ma
Juſtitia lus. ſi ſecūdū legē: bonus/ ſalutaris ⁊ viuific⁹ actus eſt. JUSTJCJA: ꝙ forma q̄dā ſit quā obſer
Sermo uādo iuſti ⁊ deo ſimiles efficimur. SERMO/ UERBUM/ ELOQUJUM: ꝙ ore diuino ſit
Eloquium enūciata UERJTAS: q; quicq̄d priſce fraudis ſerpens antiqu⁹ protoplaſti poſteritati inſperſit/
Uerbum delet emaculat/ detergit/ et hominem ad dei imaginem formatum ſuo reſtituit exemplari. Et BO-
Ueritas NUM deni cꝫ dicitur: quia inter diuine bonitatis indulta/ nos maxime perficit. et hec de lege com-
Bonum. pleta/ que antiquā legem ceu quippiam materiale ⁊ nouam ceu formam et perfectionem ſuam conti
net: dicta intelligantur. et hec ſunt rei vnius nomina multa/ ⁊ rationes plures. ¶ Quod ſi etiam ap-
Uia probationem requiras: non operoſum fuerit ex ſacris eloquijs illam eruere. Quid eſt enim id pſal-
Lex mi 24 docebit mites vias ſuas: niſi reſerabit manſuetis et mitibus legis ſue intelligentias? Et cum
Mādatum dominus in mattheo dixit adoleſcenti ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata: quid aliud ē q̄ ſerua le
Lex. gem? niſi quis moroſior defendat mandata non legem/ ſed partem legis eſſe: quaſi tota lex precepta
non ſit et mandata. in quā (iuxta catholicam Jacobi) qui in vno offendit: factus eſt omnium reus.
Teſtimoniū Sed et mandata et teſtimonia eadem eſſe intelliges: ex ſecundo verſu nonedecime ogdoadis. vbi in
Lex. fine legimus cuſtodiam mandata tua: Hieronymus ex hebræo/ cuſtodiam teſtimonia tua. cum igi-
tur teſtimonia eadem ſint ac mandata/ ⁊ mandata eadem legi: et teſtimonia quocꝫ eadem legi erunt.
Ceterum ex quarto verſu prime ogdoadis vbi legimus tu mandaſti mandata tua: Hieronymus ha-
Juſtificatio bet tu mandaſti precepta. quare mandata et precepta eadem ſunt: quod vel abſqꝫ probatione tribu-
Lex. endum eſſet. atqui ex quinto verſu eiuſdem prime ogdoadis iuſtificationes ſunt precepta. nam vbi
illic dicimus ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas: Hieronymus ad cuſtodienda precepta tua. Ui-
des igitur iuſtificationes precepta/ et precepta mandata/ et mandata legem eſſe. quapropter et iuſti
ficatiōes lex erit. Et ſimili argumento trahes iudicia legem eſſe. nam quarto verſu tertie ogdoadis
Judicium habemus iuſtificationes tuas in omni tempore: et Hieronimus iudicia tua in omni tempore. iudi-
Lex. cia igitur iuſtificationes/ iuſtificationes lex: igitur iudicia lex. Sed et conſimiliter iuſtitias iudicia eſ
Juſtitia ſe monſtrabit quintus ſecunde ogdoadis. iuſticie igitur lex. et quis neſcit dominum pmiſcue vti ſer-
Lex. mone pro mandatis? ſi diligitis me inquit mandata mea ſeruate: et paulopoſt ſi quis diligit me: ſer-
Sermo monem meum ſeruabit. lex igitur ſermo. Et ſermo verbum ex primo verſu ſecunde ogdoadis/ ⁊ ver-
Lex. bum eloquium ex quarto. quare et hec lex. Preterea per ſextum vndecime mandata veritas/ et in
Uerbum ſexto octauedecime et lex tua inquit veritas. et per octauum none lex bonum. bonum michi (iquit)
Lex. lex oris tui. ex quibus ratiocinio effectum eſt/ vniuerſa ſupradicta in legem concurrere. Quod dictū
Eloquium eſt: ne oporteat nos in ſequentib⁹ quidnam his nominibus intelligendū ſit ſepius ammonere. quis
Lex. ſi ſemper idem/ et legem diuinam intelliges: mea ſententia nō errabis. quia nichil admirabilius/ ni-
Ueritas chil illuſtrius/ nichil ſalutarius ſol oculis mortalium vnq̄ ingeſſit: et de qua ſola nō de hūana iuſtitia
Lex. vere dici poteſt ουθεσ ετεροσ ουθεσωσ ουτω θαυμαστοσ. ¶ At cur meditationibus potius q̄
ſolito comentandi modo hic vſi fuerimus/ paucis accipe. ꝙ hi certe octonarij videntur eſſe quedam
cum deo in receſſu mentis ſoliloquia. que quid aliud ſunt q̄ meditationes/ contemplationes/ piacꝫ
mentis exercitia? Adde qꝺ ⁊ ppheta videtur eos/ meditatiōes noiare. Jn octauo ſecūde ogdoadis:
Meditatio. in iuſtificationibus tuis (inquit) meditabor. in tertia: nam et teſtimonia tua meditatio eſt. in ſexta: et
meditabor in teſtimonijs tuis que dilexi. in nona: ego vero legem tuam meditatus ſum. in decima:
2 lex tua meditatio mea eſt. in duodecima: niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt/ tunc forte periſſem i humi
5 litate mea. in tertiadecima: quomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea eſt. et ite-
6 rum: teſtimonia tua meditatio mea eſt. in quintadecima adiuua me et ſaluus ero: et meditabor in iu-
9 ſtificationibus tuis ſemper. in octauadecima: mandata tua meditatio mea eſt. vndeuiceſima: preue-
10 nerunt oculi mei ad te diluculo/ vt meditarer eloquia tua. et in viceſimaſecunda: concupiui ſalutare
11 tuū dn̄e: et lex tua meditatio mea eſt. Ex his igitur tam frequēter a propheta inculcatis ammonitus:
13 arbitratus ſum meditationū modū aptiſſimum huius pſalmi expoſitiōi. et cum meditatus ſum (niſi
15 me mea fallit opinio) qui rudes adhuc et incipientes iuuare poſſit: at qui infra exercitatorum aſſur-
15 rectiones ſubſideat. illi enim cōſumati ſunt: necꝫ purgatiōe rudiū/ necꝫ illuminatione proficientium/
18 ſed ſolo ſuperno illapſu quaſi perfecti egent. quos et deus per ſeipſum doceat: et qui pro nobis vbi-
19 uis gentium ſint/ orent. ſed de his ſatis. Littera huius prime ogdoadis ex ijs que dicta ſūt: ſatis ap-
22 paret conciliata. nunc igitur properemus ad ſecundam.

Beth. Domus. ב II

b 1 IN quo corrigit adole ſcētior viam ſuam\in | IN quo corrigit iuue nior viam ſuam: in cu | IN quo corrigit iuue nis ſemitam ſuam: cū

cuſtodiendos ſermones tu
os. Beth.
b 2 In toto corde meo exqui-
ſiui te: ne repellas me a mā
datis tuis. Beth.
b 3 In corde meo abſcondi
eloquia tua: vt non peccem
tibi. Beth.
b 4 Bñdict⁹ es dñe doce me iu
ſtificationes tuas. Beth.
b 5 In labijs meis ꝓnūciaui
oīa iudicia oris tui. Beth.
b 6 In via teſtimoniorū tuo-
rum delectatus ſum: ſicut
in omnib⁹ diuitijs. Beth.
b 7 In mandatis tuis exerce
bor: et conſiderabo vias tu-
as. Beth.
b 8 In iuſtificationibus tuis
meditabor: non obliuiſcar
ſermones tuos.

ſtodiendo ſermones tuos.
Domus.
In toto corde meo exqui-
ſiui te: ne repellas me a mā
datis tuis. Domus.
In corde meo abſcondi
eloquia tua: vt non peccem
tibi. Domus.
Benedict⁹ es dñe: doce me
iuſtificatiōes tuas. Dom⁹.
In labijs meis ꝓnūciaui
oīa iudicia oris tui. Dom⁹
In via teſtimoniorū tuo-
rum delectat⁹ ſum ſicut in
oībus diuitijs. Domus.
In mandatis tuis exerce
bor: et conſiderabo vias tu-
as. Domus.
In iuſtificatiōibus tuis
meditabor: non obliuiſcar
ſermones tuos.

cuſtodierit verba tua.
ב
In toto corde meo exqui-
ſiui te: ne errare me facias
a mandatis tuis. ב
In corde meo abſcondi
eloquia tua: vt non peccem
tibi. ב
Benedictus tu domine: do
ce me precepta tua. ב
In labijs meis narraui:
oēs iuſtitias oris tui. ב
In via teſtimoniorū tuo-
rum delectatus ſum: quaſi
in omnibus diuitijs. ב
In preceptis tuis medita
bor: et contemplabor ſemi-
tas tuas. ב
In iuſtitijs tuis delecta-
bor: non obliuiſcar verba
tua.

b SECVNDE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

¶ In quo corrigit adoleſcentior viam ſuā? in cuſtodiendo ſermones tuos. Sicut qui in itinere errauit errorē ſuū corrigit quoties obtēperat verbo cuiuſpiā veracis iter illi fideliter oſtendentis: hūc in modū qui iuueniliter viuendo affect⁹ ſuos ſecut⁹ deliquit/ corrigit et emendat anime ſue vias / cum a te deus meus qui via es/ veritas ⁊ vita/ recte vie cognitionē requirit/ ⁊ cū ille imortalis vite viam quā verbū tuum ei in veritate monſtrat cuſtodit. Igitur qui a vera via lapſus eſt: recurrat ad verbū tuum/ et legem tuam cuſtodiat/ et de emendatione vie ſue nichil heſitet. nam omnibus viam que ducit ad vitam liberaliſſime oſtendis/ et errantes dirigis. nunq̄ dormis: ſed ſemper vigilas. nō i anguſto te recipis: ſed vbiq̄ aſtas vt oēs ſaluare poſſis/ et errantes ad viam veritatis dirigas. neq̄ id tibi ſufficit: ſed que tua eſt bonitas/ ſancti verbi tui precones mittis: qui clament tranſeuntibus ſi q̄s paruulus eſt: veniat ad me. ⁊ inſipientibus. venite: comedite panē meum/ ⁊ bibite vinum/ quod miſcui vobis. relinquite infantiā ⁊ viuite. ⁊ ambulate per vias prudentie. hos ſermones qui cuſtodit/ q̄uis perdite ⁊ iuueniliter vixerit: nonne in melius viam ſuam conuertit/ nonne laudabiliſſime commutat mores ſuos? ſi quis igitur roget in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: que reſponſio certior/ que dari poſſit accōmodatior/ que verior/ q̄ in cuſtodiendo ſermones tuos. 1

b ¶ In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis. Dñe deus meus/ arbitrium noſtrum cere aſſimilatur: que preſente ſole liqueſcit/ ⁊ eo abſente/ et quantum in ſe eſt dureſcit. ita fidelis/ tota aīa ſua te querens/ ſolem iuſtitie te ſentit preſentem/ ⁊ ideo calore amoris tui liqueſcēs per oīa mādata tua ſe dilatat ⁊ diffundit. ſi autem te abſentas et gratiam tuam retrahis (vt cæra lumine ſolis ⁊ eius radio ſubſtracto) mens paulatim cōtrahitur/ induratur/ ⁊ ſe ſubſtrahit a mandatis tuis ⁊ ad terrena opera tanq̄ denſa/ dura/ opaca ⁊ ponderoſa labitur. ⁊ hoc eſt te eam a mandatis tuis repellere: eam ſibi ipſi relinquere ⁊ ſinere a via recta aberrare. Et multi iam errauerunt: quia nimium proprie virtuti confidentes/ putabant ſe errare non poſſe. ſic enim vnus olim dixit domino vite eterne: ⁊ ſi oportuerit me mori tecum/ nō te negabo. qui vt propriam fragilitatē agnoſceret: repulſus eſt: et ſibi ipſi derelictus. et modico interſtite temporis interuallo/ ter dominum vite negauit. Ergo quicunq̄ nouit ſe toto corde deū querere: ſollicite precet/ ne ſinat eum a vijs ſuis aberrare/ et hoc attente oret et dicat. In toto corde meo exquiſiui te dñe: ne repellas me a mandatis tuis. Si te non ſubſtrahis: me calefacis. ſi calefacis: te toto mentis oculo verum ſolē animarū perquiro. ſi te ſubmoues/ ſi te ſubtrahis: me michi ipſi relinquis/ me repellis a mādatis tuis/ et frigidus/ durus inerſq̄ maneo. quo modo igit̄ qui te ex calore tuo preſentem ſentit/ non clamabit: in toto corde meo exquiſiui te: ne repel 2

Ayuntamiento de Madrid

las me a mãdatis tuis? nimirũ clamabit/ quia triſtis eſt abſẽtia ⁊ dulciſſima tue viſitatiõis pſentia.
3 ¶ In corde meo abſcõdi eloquia tua: vt non peccẽ tibi. Si fidelis medicus dat alicui ſalubria cor= b
poralis vite precepta: neceſſe eſt vt ea ſuſcipiens diligenter cogitet et ea toto pectore condat/ vt ſint
ſemp ſuſcipienti preſentia/ ſi nolit i medicum peccare. multo magis neceſſe eſt viro fideli eloquia dei
que ſunt aduerſus eternam mortẽ antidota/ toto aĩo recõdere/ vt ſint iugiter oculo mentis eiꝰ obuer=
ſantia: ſi nolit in celeſtem illum medicũ delinquere. atqui in corporalẽ medicũ peccat qui verbũ eius
nõ facit: ⁊ adhuc multo magis qui oppoſitũ cõmittit. attamẽ id nõ medici/ ſed eius ſolius qui negli=
git: malum eſt. haud ſecus qui dei verbũ nõ facit: in deũ peccat. et id/ nõ dei ſed eius ſolum qui pec=
cat malũ eſt. vnde video clementiſſime dñe. in oĩbus mandatis tuis te nichil aliud velle niſi bonum
propagare quo maxime indigent aĩe/ vt et viuentium corpora perfecta ſanitate. quod ſi liceret (tan=
ta eſt tue bonitatis exuberãtia) velles etiam ſine preceptis cõmunicare: vt medicus aliquis ſumme
beneuolẽtie perfectã corporis ſanitatẽ ſi valeret: ſine prefinitione obſeruationis diætæ. Miſeri igi=
tur ſunt et nimium perditi: qui contẽnunt tua iuſſa/ aut qui mallent illa non eſſe ſibi data. ſimiles ni=
mirũ illis: qui contẽnunt precepta medicorũ/ aut qui dolent illa ſibi eſſe prefixa. nam vt hi corpore/
ita illi mente nunꝗ recte valebunt: ſed vtriqꝫ ſua quidẽ culpa/ hi tẽporalem/ illi eternam perdent vi=
tam. quod eterne vite diſpendium nequaꝗ paterẽtur ſi eloquia tua in toto corde abſcõdiſſent: vt nõ
peccarẽt tibi. ergo quicũqꝫ eſt ſpũalis vite amator: ſtudeat ſic ſacras ſcripturas perennis vite prece=
pta continentes figere menti/ vt ad te vitalis illius diſcipline largitorem ſe cõuertens et beneficium
agnoſcens dicere poſſit. in corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
4 ¶ Benedictꝰ es dñe: doce me iuſtificatiões tuas. A ſole vt ab inexhauribilis lucis pelago/ ad oĩm b
oculos lumen diffundit: ſine quo ea que ſunt in ſenſibili mundo abſcõſa manent et incognita. ſed qd
hoc eſt domine: niſi tue immenſe bonitatis imago/ que oĩbus pro vniuſcuiuſqꝫ captu ſe diffundit et
cõmunicat? et ideo iuſte ab oĩbus es benedicendus: qui oĩbꝰ es beneficus. verũ ſicut ſine lumine ſo
lis ſenſibiles colores nobis ſunt imperceptibiles: eque ſine tuo lumine/ et tua doctrina precepta tua
oculo mentis noſtre manent imperuia. nã vt ſenſibile ſenſibili: et ſpirituale ſpirituali luce eget. quid
ergo faciat ſpiritualis cultor et agnitor tue bonitatis/ niſi dicat? benedictus es domine doce me iuſti
ficationes tuas. o vniuerſorum benefactor et cunctarum benedictio creaturarum: illuce aĩe mee/ in=
ſtrue me doctrina tua/ ⁊ fac me ſpiritualiter intelligere iuſtificationes et mandata tua.
5 ¶ In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui. Non modo beneficio indignus/ ſed et oſten= b
ſori vie ingratus eſt: qui poſtea nolit viam oſtẽdere petenti quam ab altero gratis et liberaliſſime di=
dicerit. ⁊ ideo vere fidelis doctrina dei illuminatus/ ac ſpirituali illa luce radiatus mãdata dei alijs
detegit: vt et ipſi pariter ſine offenſione currãt in vijs dñi quo et id iuſte dicere poſſit. in labijs meis
pronunciaui: oĩa iudicia oris tui. et vt luna acceptum a ſole lumen alijs refundit: haud ſecus et ipſe
acceptam ſpiritus illuminationem ſine inuidia ceteris communicat/ et omnia dei iudicia alijs ſecun=
dum indultam ſibi gratiam ore profert ac propalat.
6 ¶ In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum: ſicut in oĩbus diuitijs. Recte valẽtibus corpore/ volu b
ptas corporis comes eſſe ſolet: atqꝫ vti rebus ſanis periocundũ. non aliter/ valẽtibus mente mentis
adeſt voluptas: et ambulare in mãdatis dei delectabile. ⁊ quanto corpus ad perfectiorẽ ducitur in=
columitatẽ/ tanto eius letitia maior accreſcit. quid igitur mirum ſi via mandatorũ tuorũ dñe que ad
maximũ et infinitũ ꝑducit bonũ: eũ qui in illa incedit/ ſic ſpiritu delectari facit immo etiã multo am=
plius ꝗ ſi vniuerſos theſauros ⁊ vniuerſas mundi poſſideret opes/ atqꝫ ideo confidenter exclamet.
in via teſtimonioꝝ tuorum delectatus ſum: ſicut in oĩbus diuitijs. nimirũ enim delectatᷣ pluſꝗ i om=
nibus diuitijs: qui certa fide bonũ expectat quod in imẽſum pſtat et eminẽtius eſt bonis vniuerſis.
7 ¶ In mandatis tuis exercebor: et conſiderabo vias tuas. Dñe deus meus quiſpiã in preceptis me b
dicoꝝ ſe exercet: quandiu ſecundũ illa operatᷣ. illa cõſiderat: cum eorũ cauſas rimatur. et non minus
in mandatis tuis iuſtus exercetᷣ ꝗdiu illa ⁊ volũtate et opere implet. ſed qui eadẽ ad admirabilẽ bo=
nitatem tuam et ſapientiam tuam vt omniũ cauſam reuocat: ille vias tuas contẽplatur. ⁊ aĩa fidelis
vtrũqꝫ implet: vt que actione in imis te imitatur ⁊ contẽplatione ad te eleuatur in ſublime. per actio
nem enim imitatur te inferioribus rebus prouidentẽ: per contẽplationem vero te inſuper imitatur in
altiſſima ſede tua que oĩa tranſcendit feliciſſima quiete manentẽ. Quã vtriuſqꝫ vite dulcedinem/ nul=
lis diuitijs/ nulliſqꝫ terrenis opibus cõparandam qui expertus fuerit: ꝓteſtatur tibi O imenſa O in=
cõparabilis dulcedinis bonitas: in mandatis tuis exercebor/ et conſiderabo vias tuas.
8 ¶ In iuſtificationibus tuis meditabor: nõ obliuiſcar ſermones tuos. Sagittator qui frequẽter diri= b
git ſagittã ſuam ad ſignũ/ et diu vt bene feriat meditatᷣ: iuſtificatᷣ in illa ſagittaria arte/ habitumqꝫ ſi=
bi parat quo promptus efficitur ad bene facileqꝫ quem ipſe appetierit aſſequendũ ſcopũ. quemqui=
dem habitũ nulla obliuio intercipit. æque dñe deus qui te ſcopum habẽt/ et (vt ſic dixerim) ſigno=

Ayuntamiento de Madrid

rum archetypũ omniũ ſuarum actionũ ac contẽplationũ: illi in mandatis tuis iuſtificãtur / ſeu ſe exerceant / ſeu contẽplentur. et habitus comparant qui nulla obliuione delentur. ergo oĩs actio iuſti propter te eſt: et oĩs eius contemplatio ad te eſt aut a te. Nã ſi proximũ diligit: propter te diligit. ſi miſericordiam facit: propter te qui ſumme miſericors es / facit. ſi a quoqꝫ vetito abſtinet: propter te abſtinet / cui omniũ rerũ dño oẽm obedientiam ſuam debet. ⁊ omnibus rebus ad te conſurgit. nam tu es a quo oĩa / per quẽ omnia et in quo oĩa. et rurſum a te ad omnia deſcendit. nam tu es in entibus eſſe / in viuentibus vita / in ſenſibilibus ſenſus / in rationalibus ratio / ⁊ in intellectualibus intelligentia. et (vt paucis dicã) tu ſolus es oĩa in oĩbus. quis hec non libenter cogitet / nõ ſtudioſe meditet̃ / et ſi poſſit eloquatur / et in eiuſmodi exerceat ſenſus ſuos / ac dicat: in iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos. in iis iuſtificationibus meditabor: que ſole faciũt iuſtos. et hos ſermones non obliuiſcar: qui ex mortuis viuos et cum iuſtis in memoria eterna reddunt aſſcriptos.

ADVERTE. ſecundo verſu. ne repellas me a mandatis tuis: Hieronymus ex hebræo / ne errare me facias a mãdatis tuis quaſi ne me ſinas diſcedere a mãdatis tuis. nã qui diſcedit: nequaq̃ in via eſt / ſed in latiſſimo perditionis deuio / ⁊ a vite et veritatis via errat. ne quis tamen a via illa diſcedat: eget gratia dei continente / et propoſitũ eius (vt ſic dicã) fulciẽte. perinde ac viſiua noſtra virtus: quo colores videat / iuuatur lumine. deſerat enim ſol oculos / aut quod ſolis eſt emulum: virtus illa per ſe labaſcit / deſeriturqꝫ oculus viſionis impos. ſic et ſine deo / boni alicuius voluntas noſtra impos eſt. Quod ſi aduertiſſet inſanus Pelagius: nequaq̃ fuiſſet noue hæreſeos inuentor / neqꝫ ſuſtuliſſet ſolis iuſtitie opem vt iuſta operemur: vt neqꝫ ſolis ſenſibilium iuuamen / quo ſenſibilia diſcernamus.

| | Gimel. | Plenitudo. | X |
|---|---|---|---|
| III S 1 | Retribue ſeruo tuo viuifica me: et cuſtodiã ſermones tuos. Gimel. | Retribue ſeruo tuo viuam et cuſtodiã ſermones tuos. Plenitudo. | Tribue ſeruo tuo: viuam et cuſtodiã verba tua. X |
| S 2 | Reuela oculos meos: et cõſiderabo mirabilia de lege tua. Gimel. | Reuela oculos meos: ⁊ cõſiderabo mirabilia de lege tua. Plenitudo. | Reuela oculos meos: et videbo mirabilia de lege tua. X |
| S 3 | Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua. Gimel. | Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua. Plenitudo. | Aduena ego ſum in terra: ne abſcondas a me mãdata tua. X |
| S 4 | Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatiões tuas: in omni tẽpore. Gimel | Concupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificationes tuas in oĩi tẽpore. Plenitudo. | Deſiderauit anima mea deſiderare iudicia tua: in omni tempore. X |
| S 5 | Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mãdatis tuis. Gimel. | Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Plenitudo. | Increpaſti ſuperbos: maledicti qui recedunt a mandatis tuis. X |
| S 6 | Aufer a me opprobrium et contẽptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. Gimel. | Aufer a me opprobrium et cõtemptũ: q̃ teſtimonia tua exquiſiui. Plenitudo. | Aufer a me opprobrium et contemptũ: quoniã teſtimonia tua cuſtodiui. X |
| S 7 | Etenĩ ſederũt prĩcipes et aduerſũ me loq̃bant̃: ſeruꝰ aũt tuus exercebatur ĩ iuſtificationibus tuis. Gimel. | Etenĩ ſederũt prĩcipes et aduerſũ me loq̃bant̃: ſeruꝰ aũt tuus exercebatur ĩ iuſtificatiõibꝰ tuis. Plenitudo | Etenim ſedentes principes aduerſum me loquebã tur: ſeruus aũt tuus meditabat̃ precepta tua. X |
| S 8 | Nã et teſtimonia tua meditatio mea: et conſiliũ meum iuſtificationes tue. | Nã et teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊ cõſolatio mea iuſtificatiões tue ſũt. | Sed et teſtimonia tua voluntas mea: quaſi viri amiciſſimi mei. |

TERTIE OCTONARII SPIRITUALIS MEDITATIO.

S Retribue ſeruo tuo viuifica me: et cuſtodiã ſermões tuos. Seruus qui fideli obſequit̃ dño / ſeruitutis ſue retributionẽ quã vltronee et ex liberalitate exuberantiqꝫ bonitate ſua diis ei pollicitus eſt / cũ fiducia petit: vt tali dño obſequatur alacrius. quid igitur mirũ ſi a te dñator immenſe qui lõge oĩm fideliſſimus es / qui es liberaliſſimus et diues in omnes / qui vitã obſecutoribus tuis premium ſerui

tioꝝ̃ ſuorum/tua quidem gratia/et exuberanti bonitatis tue copia pollicitus es. tuus ſeruus/qui in
iuſtitijs tuis diu tibi famulatus eſt/pollicitam gratiam tuam expetat/ quo multo feruentius perfe=
ctiuſqꝫ omnia verba tua in futurum adimpleat/et confidenter ad te benigniſſimum et munificentiſſi=
mum dominum clamet. retribue ſeruo tuo/viuifica me: et cuſtodiam ſermones tuos.
2 ¶ Reuela oculos meos: et cõſiderabo mirabilia de lege tua. Mira eſt dñator immenſe tua bonitas.
alij dñi ꝓpter ſuum bonum ſeruos amant: tu vero ſeruos amas propter bonum ipſoꝝ. Nã tu vides
eos aliter vitã habere nõ poſſe: niſi tuo ſeruitio. neqꝫ aliter caliginẽ oculorum mentis detergi poſſe.
niſi ſeruitio tuo. oculos inquã mẽtis/quib⁹ ſolis mirabilis ſapiẽtia tua et ſingularis bonitas conſpi=
ciũtur. Jccirco nõ imerito precari inſup debet ſeruus tuus. Reuela oculos meos: et cõſiderabo mi=
rabilia de lege tua. amoue velamẽ mentis mee: vt contẽpler legis tue magnalia. ⁊ nõne admirandus
ille dominus: qui mortuos/claudos/ſurdos/et cecos ad ſeruitiũ ſuũ vocat: vt occaſiõe a ſeruitio ei⁹
accepta/illos viuificet/erigat/auditum ſuffodiat/et illuminet? Et a quo quis petat oculorum vela=
men auferri: niſi a te qui ſolus viuificas/a te qui vita es et lux hominum/et omnem hominem in hũc
mundum venientem illuminas?
3 ¶ Incola ego ſum in terra: nõ abſcõdas a me mandata tua. Peregrin⁹ ⁊ aduena (et ſi ſol oriens ocu
los eius aperiat) indiget nichiloſecius cõtinẽter aliquo viam illi demonſtrãte: alioqui frequẽter er=
rat/⁊ ambulat in incertum. nec aliter crediderim dominantium maxime et maximorum potentiſſime
q̄diu ſpũs in corpore peregrin⁹ eſt/q̄uis viuifices ⁊ illumines illum: tãdiu nichilominus ĩdiget vt
vias tuas/mandata et precepta tua ſuggeras/enuclees ⁊ doceas/ et ideo non ab re ad te iugiter cla=
mat. aduena ego ſum in terra: non abſcondas a me mãdata tua. clamat ad te benedictus es domine:
doce me iuſtificationes tuas.
4 ¶ Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatiões tuas: in omni tẽpore. Peregrin⁹ qui cum pluri
bus iter agit quorum nõ paucos cupiditate egrediũde vie illectos/⁊ e via egreſſos perijſſe cognoſcit
quid aliud cupere debet/q̄ deſiderare nunq̄ a via velle egredi/ne conſimili vt ceteri pereat fato? pa
ri modo qui ſpiritu in mandatis domini ambulat/videns non paucos illiciente concupiſcentia a cal=
le iuſtitie deflexiſſe/in predones incidiſſe/⁊ demum perijſſe: ſummopere cupere debet/vt hoc ſolum
concupiſcat ⁊ deſideret velle ſemper in vijs ⁊ iuſtificationibus domini incedere. ne forte ſi aliena ir=
repat concupiſcentia: vitale iter deſerens/in deuia tandem mortis precipitationiſqꝫ eterne proruat
pereatqꝫ irremediabiliter. quod vir iuſtus agnoſcens: ante te vie et vite dominum teſtatur/ſe id tota
mente peroptaſſe. Concupiuit inquit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore:
nam hec ſola concupiſcentia ſalutaris: cetere autem omnes noxie ac mortifere.
5 ¶ Increpaſti ſuperbos: maledicti ꝗ declinant a mandatis tuis. Quã infelices q̄ miſeri peregrini il=
li qui vident circa deuia deterrentem/ et eos qui ingredi volunt increpantem ⁊ clamantem/ ve cun=
ctis huc ingredientibus: et nichilominus illo ſpreto deuia illa ſubeunt. ita tu domine apud quem ſo
lum eſt fons vite ⁊ miſericordie/volentes a tua via diſcedere/pro tua bonitate deterres et increpas:
ne via vite relicta in deuijs mortis pereant. ſed ipſi quia ſuperbi ſunt ⁊ cõtemptores: increpationem
et prohibitionem tuam nichilipendunt/et mandata tua deſerunt. quapropter merito maledicti ſunt
ſuperbi: qui ſpreta mandatoꝝ tuoꝝ benedictiõis via/deflectunt in auia mortis/et in maledictionis
diuerticula. quis igitur audiens prophetam dicentem/increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant
a mandatis tuis: non ſtudeat humilitati/⁊ nuſq̄ deflectere a mãdatis tuis? vt increpationes tuas fu
giat/⁊ maledictionem deuitet. ⁊ pro increpationibus conſolationes tuas/pro maledictione gratiam
tuam benedictionemqꝫ percipiat.
6 ¶ Aufer a me opprobrium ⁊ contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. O deus qui ſe humilian=
tes exaltas/⁊ ſe exaltantes deprimis: qui cuſtodit mandata tua/dilucide cognoſcit/quia opprobriũ
et contemptus maxime decet ſuperbos. Nam hi a via lucis auerſi/ ceci ſũt ⁊ maledicti: illius autem
tu reuelaſti oculos. ⁊ cũ ſe ĩ obediẽtia tua humiliet: nichil vſqueadeo horret q̄ fieri ſuperbo ſimilis.
nam hic ⁊ ille omni propoſito noſcuntur oppoſiti. quare nimirum ad te clamat. aufer a me/fac procul a
me domine opprobrium et contemptum: quia mandata tua exquiſiui. fac longe a me ſuperbiam: ne
me ſinas alicui ſuperborum aſſimilari.
7 ¶ Etenim ſederunt principes et aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſti
ficationibus tuis.
8 ¶ Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et conſilium meum iuſtificationes tue. Spiritualia bo
na et terrena ſic ex oppoſito certant: vt hec/ſumma ſi poſſint ad ima pertrahant. illa vero contra
nituntur/ima ad ſumma ſubuehere. et quia potentes huius mundi terrena extulit potentia: iccirco
ſpiritu ſunt depreſſi. ſeruum autem domini/ſpirituale bonum euexit: et terrena deprimunt. Et fre=
quenti vſu euenit vt principes huius ſeculi qui iugum ſeruitij dei excuſſerunt/conſilium ineant et

Ayuntamiento de Madrid

aduerſus aliquem ſeruorum dei decernant. ille vero O dominator potentiſſime qui ſublimium corda propria virtute calcas/ tuo auxilio fretus tua precepta exequitur/ illa meditatur: et aduerſantiū poteſtatum conſilia vincit: quia ſunt ei iuſtificationes tue veluti fortes et inſeparabiles conſiliarij. nam malum et falſitas infirma: bonum autem validum/ et omnium omnino victrix eſt veritas. ipſe cogitat ſe (deo vires ſanitatemq; preſtante) incolumi eſſe mente: alios autem infirmos. et dedec⁹ putat/ cum ſanus ſit/ vita plenus/ videns atq; in luce ambulans: ab infirmis/ emortuis/ cecis/ et in tenebris errantibus ſuperari. victor itaq; gaudet: et cauſam teſtatur preceptorum tuorum cuſtodiam et exultat poſſe dicere ad dominum ſuum. Etenim ſederunt principes et aduerſum me loquebantar ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et conſilium meum iuſtificationes tue. poſteros inſtruens vt quicūq; ſe hoc pacto exercuerit: nullas illi aduerſantium poteſtatum malignitates poſſe preualere.

ADUERTE. Primo verſu. retribue ſeruo tuo: Hieronymus ex hebræo/ tribue ſeruo tuo. quod aptius videtur. nam conſentaneum magis eſt vt ſeruus domino ſuo dicat tribue/ largire/ impartire dona q̃ retribue/ repende vicem/ ne videatur non gratiam ſed debitum repoſcere. ſ; quid dominus ſeruo ſuo debere poteſt quod gratia non ſit? cum et ſeruus et omnia eius domini ſint: et neq; ſeruus ipſe ſuus ſit/ neq; quicq̄ ſuum. tanto minus igitur deus creature debitor eſſe poſſit. gratia igitur eſt quicquid ab eo petendum/ et quicquid petitum tribuit. ¶ Octauo verſu. nam ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt/ ⁊ conſilium meum iuſtificationes tue: Hieronymus ex hebreo paulo aliter ſed ⁊ teſtimonia tua voluptas mea quaſi viri amiciſſimi mei. quo deſignat propheta teſtimonia dei fuiſſe ſibi voluptati aduerſus omnes hoſtium inſultus ⁊ molitiones/ ⁊ loco viroꝝ amiciſſimorum qui in aduerſis vel maxime iucundi ſunt et neceſſarij.

| | Daleth. | Tabularū. | ד IIII |
|---|---|---|---|
| 1 | Adheſit pauimento aīa mea: viuifica me ſecūdū verbū tuū. Daleth. | Adheſit pauimento aīa mea viuifica me ſcd̄m verbū tuū. Tabularū. | Adheſit pulueri aīa mea viuifica me iuxta verbum tuum. ד |
| 2 | Uias meas enunciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Daleth. | Uias meas enunciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificatiōes tuas. Tabularū. | Uias meas expoſui et exaudiſti me: doce me iuſtitiam tuam. ד |
| 3 | Uiā iuſtificationū tuaꝝ inſtrue me: ⁊ exercebor in mirabilibus tuis. Daleth. | Uiā iuſtificationū tuaꝝ inſinua michi: ⁊ exercebor in mirabilib⁹ tuis. Tabularū. | Uiam preceptorū tuorū fac me intelligere: ⁊ loquar in mirabilibus tuis. ד |
| 4 | Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Daleth. | Dormitauit anima mea pre tedio: cōfirma me in verbis tuis. Tabularū. | Diſtillauit aīa mea pre ſtultitia: ſerua me iuxta eloquium tuum. ד |
| 5 | Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei. Daleth. | Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei. Tabularū. | Uiam mendacij aufer a me: et legē tuam dona michi. ד |
| 6 | Uiā veritatꝭ elegi: iudicia tua nō ſum oblit⁹. Daleth. | Uiā veritatꝭ elegi: iudicia tua nō ſū oblit⁹. Tabularū. | Uiam fidei elegi: iudicia tua proponebam. ד |
| 7 | Adheſi teſtimonijs tuis domine: noli me confundere. Daleth. | Adheſi teſtimonijs tuis domine: noli me confundere. Tabularū. | Adheſi teſtimonis tuis domine: ne confundas me. ד |
| 8 | Uiam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. | Uiam mandatorum tuorum cucurri: dū dilatares cor meum. | Uiam mandatorum tuorum curram: quoniam dilataſti cor meum. |

QUARTE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

¶ Adheſit pauimento anima mea: viuifica me ſecūdū verbum tuum. Corpus quod adheret ſepulchro: corporaliter mortuum eſt. et anima que adheret corpori ſpiritualiter mortua. et quid tunc faciat? vt oculus tenebroſo carcere clauſus/ viſione ſua vt ſenſibili vita carens/ petit radio lucis viuificari: nō aliter is cuius anima adheſit carni/ appetere debet viuificari verbo dei (verbū aūt dei: lex ei⁹ eſt) et dicere ad deū. Adheſit pauimēto/ adheſit carni aīa mea: viuifica me ſcd̄m verbum tuum/ vitā 1



Ayuntamiento de Madrid

michi inſtaura verbo tuo. verūtamē vt oculꝰ ſenſibiliter nō viuificatur niſi eximaꝛ a tenebꝛis: æque
quoqꝫ neqꝫ anima ſpiritualiter niſi euocetur ab adheſione carnis Adheret autem carni: q̄diu placita
carnis efficit. Et quis poteſt euocare? tu deus qui poſtq̄ moꝛtua eſt/ iterum vales illi vitā reſtaurare
2 ¶ Vias meas enunciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificatiōes tuas. Si ſeruulo q̄ errauit cūpꝛimū D
ſe pꝛoſternit dn̄o et dicit/ dimiſi vias tuas/ ⁊ hac et illa inceſſi et hoc ⁊ illo modo errraui/ ignoſce mi-
chi/ pꝛotinus ignoſcit dn̄s eius: an ſerui confeſſionē/ potiuſue dn̄i admirabimur benignitatem? certe
benignitatē. ⁊ quanto maioꝛ eſt dn̄s: tanto admirabilioꝛ eſt/ qui ſe contemptū fuiſſe tam facile condo
nat. Talis pꝛofecto es benigniſſime et miſericoꝛdiſſime deus. non eſt admiranda confeſſio quam fa-
cit anima que adheſit operibus carnis/ et dimiſſa via tua per alias inceſſit: quas pꝛoſtrata ante te ti-
bi recitat ⁊ agnoſcit/ ⁊ petit indulgeri/ ⁊ inſuꝑ doceri vias ⁊ iuſtificationes tuas/ quas vite flagicijs
et lōga diſſuetudine dedidicit/ ⁊ tu ꝓtinꝰ noxā illi idulges/ ⁊ illā exaudis ⁊ exauditā in ꝑceptis tuis
reuocas. ſed admiranda eſt tua ineffabilis benignitas: qui cum omnium dominantium dominus ſis
et maximoꝛum maximus/ ⁊ ideo offenſa in te maxima: tam facile noxam relaxas et dimittis. Non
hoc vis confeſſionis facit: ſed tua ſupereminens bonitas/ que non vult niſi ſaluare quod perierat/ ni
ſi bonū reparare quod deerat. quid enim mereoꝛ ſi dico: pꝛoximum odiui/ ſuperbia intumui? patrem
et matrem inhonoꝛaui/ mechatus ſum ⁊ pleraqꝫ huiuſmodi/ he ſunt vie quas longo detentus erroꝛe
detriui/ michi malas eſſe agnoſco/ ignoſce michi? Sed tanto admirabilioꝛ es cunctis dominantibus
ꝙ illi de ſe bene merentibus ⁊ recitantibus in eos benefacta vix beneficium aliquod agnoſcunt. tu ve
ro contra nichil de te merentibus/ quinimmo ſua malefacta/ et in te delicta narrantibus: maxima bo
na largiris/ ⁊ ne amplius aberrent optimam viā doces ac inſtruis. Miſerrimus igitur eſt: qui te reli
cto/ alium qui ſibi dominetur querit: non enim is dominum: ſed crudeliſſimum experietur tyꝛānum
Qui cum talis ſis: quis non tutus ad miſerationes tuas confugiat/ quis nō ſecurus exomologeſi fa
cta dicat? vias meas enunciaui ⁊ exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.
3 ¶ Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: et exerceboꝛ in mirabilibus tuis. Sunt qui in aliqua ar D
te inſtrui volunt: ſed ſolum vt cognoſcant/ non autem vt cognoſcentes operentur et ſe exerceant. At
ſeruus tuus petit inſtrui in mandatis tuis/ que ſunt veluti quedam ars perpetue viuendi: non ſolum
vt cognoſcat/ verum vt cognoſcens ſeſe exerceat. Nam vt illi qui cognitione cuiuſpiam artis cōtenti/
non ſe exercent/ arte illa non viuent: æque qui pꝛecepta tua ſcientes ea que agnoſcunt non faciunt/
pꝛeceptis tuis non viuent. verum qui in aliqua arte ſe exercent/ pꝛeſertim ſi circa quippiam dignum
verſentur: non deſinunt admirari artis potentiam. tanto minus qui ſeſe exercent in arte diuina/ que
eſt ars tua/ et vie iuſtificationum tuarum inſtructio/ deſinent admirari/ laudare magnificare/ et pꝛe-
dicare mirabilia tua. Quapꝛopter non ab re ad te ſe eleuans vir ſpiritualis ait/ viam iuſtificationum
tuarū inſtrue me: ⁊ exerceboꝛ ī mirabilibus tuis/ admiraboꝛ ⁊ eloquar admirandam potentiam diui
ne/ ſuperadmirande et omniſoꝛmatricis artis tue.
4 ¶ Doꝛmitauit anima mea pꝛe tedio: confirma me in verbis tuis. Sunt item qui artem aliquam di- D
ſcunt/ ⁊ in illa ſe exercent: ſed non perſeuerant. et hi ad tempus viuunt: et ad tempus mendicant ca-
lamitate/ tedio/ miſeriaqꝫ confecti/ ſueqꝫ ocioſitatis ⁊ ſtultitie meritam exoluentes pœnam. haud ab
ſimili modo ſeruus domini qui meminit ſe aliquando ſapientie vias deſeruiſſe/ ⁊ in vijs ſtultitie de-
fluxiſſe / tedia calamitates erūnaſqꝫ perpeſſus: q̄uis pꝛecepta/ domini miſeratione ſuſceperit ⁊ ſe in
mirabilibus eius exerceat/ ipſo tamen caſu cautioꝛ effectus vnum pꝛecatur a domino vt eū in mādā
tis ſuis contineat/ firmet/ ſtabiliat/ cognoſcens ſe ope ſurſum tenentis egere. ſiquidem ſuapte natura
ima petit: diuina autem ſuſtentatio / confirmatioqꝫ ne iterato ruat in pꝛeceps/ in ſublime continet.
Eſtqꝫ caro ſimilis ingenti flumini. mundus maximo mari. dæmonia phocis baleniſqꝫ marinis/ ac in
gentibus dꝛaconibus patulo rictu quicquid paululum immergitur voꝛare gliſcentibus. anima vero
ſimilis naui nare non valenti/ ſed ſuopte pondere ad ima pꝛecipitiaqꝫ ruenti. quam tamen benigniſſi
ma ſuſtentatio tua: per flumina/ per maria/ per varias vndoſi ſali pꝛocellas in ſummitate ſubuehit.
et hec ad finem vſqꝫ ſuſtentatio tua/ confirmatio eſt: quam tantopere a te qui omnia contines efflagi-
tat/ et que angelos ipſos ne ruere poſſint nunc etiam ſecuros reddit. quam inquam vir iuſtus tanto-
pere a te flagitat his vocibus ſuis. doꝛmitauit anima mea pꝛe tedio: confirma me in verbis tuis.
5 ¶ Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei. Qui nauigat ſuper mare/ et videt intu D
meſcere fluctus: q̄uis cymba altioꝛ feratur/ timet tamen ne tandem obꝛuatur pꝛocella. et manus in
cælum attollens eum pꝛecatur qui omnium habet imperium: vt mare ſerenet/ detqꝫ viam rati tran-
quillam. nam que adeſt/ que pꝛeſens eſt: nimis timenda/ fallax et iniqua. Et que eſt anime nimis ti-
menda/ fallax et iniqua via: niſi intumeſcentes et inualeſcentes carnis affectus? per quos ſi mens ra
pitur: iactatur/ concutitur/ periclitatur/ ⁊ perſepe naufragium patitur. ergo qui omnia potentem pꝛe
catur viam iniquitatis amoue a me/ ⁊ de lege tua miſerere mei: nichil aliud pꝛecatur/ niſi vt tua miſe

Ayuntamiento de Madrid

ratio intumentes ⁊ preualidos carnis impetus/ et noxiorum ſpirituum turbines ac tentationum fla-
tus reprimat/ deſq̄ tranquillam in mandatis tuis et minime offenſam impeditamq̄ viam. ſed et gra
tia tua/ dulcis flatus eſt: qui curſum eius et anime eius cymbam per vniuerſam viam adiuuat et ad
te tandem vite portum applicat.

d ¶ Uiam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus. Rex regionis alicuius liber eſt/ ⁊ a nemine co- 6
gitur. et in hoc filios ſuos a ceteris diſcerni vult: ꝙ nolit eos cogi. ſed quicquid agant/ libere agant.
adhibitis tamē prius pædagogis (ne forte quid ex ignorantia peccent) agenda/ fugiendaq̄ monſtrā
tibus: et que veritatis via ſit patriq̄ placita/ et que falſitatis et patri odioſa. ſed vnus filiorum q̄ ge-
neroſus eſt (et ſi poſſet vtrāuis) viam tamen patri placentem elegit (nam per illam rex incedit) et al-
teram refugit. videt nāq̄ patrem per illam minime incedentem. non enim per eam incederet: quam
ipſe odit. At alter natura filius/ ſed voluntate degener (et ſi potuiſſet vtrāuis) elegit tamen viam fal-
ſitatis. in qua non paucas et filio regis indignas perpetitur erumnas. quandoquidem ſi quid bonū
putat: fallax protinus eſt. nam hac incedentibus via: ſuperbi appellantur magnanimi/ auari magni-
fici/ vecordes victorioſiſſimi/ noxia vtilia/ et longum inducentia luctum delectabilia. falſitatis enim
via eſt. ille regni particeps: hic exul/ ſemper miſer et inops. Hunc in modum tu domine deus rex re
gum omniū: vt rationales ſpiritus filios oſtēderes/ eos cogi noluiſti ſed eſſe liberos. et pedagogos/
ſanctos et prophetas mira bonitate tua per ſpiritum ſanctum tuum illis prefeciſti: qui fidei viam et
veritatis tibi placitam oſtenderent. e quibus quiſquis a te non degenerauit: viam veritatis elegit/ ⁊
quicquid iudicaſti bonum atq̄ ſequendum/ amplexatus eſt/ et mente memori fixit. vt ad te (ceu legi
timus filius: quippe qui legem et viam tuam cuſtodit) dicere poſſit: viam veritatis elegi/ iudicia tua
non ſum oblitus. at vero eum qui a te degenerauit/ ſponte ſua in viam falſitatis delapſum/ copia ma
lorum extinxit. et iuſte quidem (vt qui iudicia ſua/ iudicijs tuis pretulerat) perijt. Qui ſi libertate ſua
abuſus/ ꝙ liber fact⁹ ſit querer: perinde eſt ac ſi quis patrē regē accuſet ꝙ eū vile nō fecerit mācipium.
At qui eū ita de patre querentē audierit: nōne iuſte cōdēnabūt oēs ⁊ dicēt: tu gratiā et dignitatem a
patre tibi factā indign⁹ ⁊ male gratus ignoras/ qui voluit te eſſe liberū ⁊ ſimilē ſibi. ob quā quidē di-
gnitatē: cetera tibi erāt ſubdita/ famulātia/ ⁊ te reuerētia/ tāq̄ viuā/ liberā ⁊ nulli ſubditā patris ima-
ginē. nō libera eni: liberis natura parent. illa premunt ⁊ ſubſunt: at hec dominat. q̄reris te patrē non
feciſſe mācipiū: ſed (quod q̄reris) vere fact⁹ es mācipiū. et cū i honore eſſes nō intellexiſti: ⁊ cōpara-
tus es iumētis inſipiētib⁹ ⁊ ſimilis fact⁹ es illis. Et ideo nō pater bon⁹/ ſed tu ſol⁹ q̄ ſponte tua tuaq̄
electione periſti/ es accuſand⁹. ſi male vtor oculis/ male manib⁹/ male intelligētia: q̄d largitorē accu
ſabo q̄ me his ad bonū vſū eſt dignat⁹? tāto min⁹ ꝓfecto de arbitrio deceat: quo nos fecit ceterorum
dominos/ ⁊ quo eius ſemper preſenti ⁊ nulli vnq̄ negata ope adiuti/ eū imitari poſſum⁹ ſi volumus
qui eſt vniuerſorum dominus.

d ¶ Adheſi teſtimonijs tuis dñe: noli me cōfūdere. Fili⁹ regis obediēs/ cognoſcēs patrē liberū ⁊ cogi 7
nō poſſe/ ſed q̄cq̄d vult libere facientē/ q̄ alterū degenerātē filiū per viā ſeruorū oberrantē confudit/ et
priuatione regni mulctauit: q̄uis ipſe iuſſa patris ſēper execut⁹ eſt/ ſupplex tamē orat ne pater eū vt
fratrem eius confundat. in hoc teſtans patris liberam potētiam/ ⁊ venerans vt ſumme liberum et po
tentem. Et reuera dominator immenſe tu es ille rex ſumme potens/ et ſumme liber et ad quem vnus
clamandū eſt: adheſi teſtimonijs tuis domine/ noli me confundere. et quiſquis fuerit fidelis ſeruus
tuus fatetur te duce/ te docente/ te confirmāte vijs iuſtificationū tuarū inheſiſſe/ et precatur ne illum
confundas: hac confeſſione tuā auguſtā/ inconcuſſam et liberā omnipotentiam teſtans/ hac confeſſio
ne venerans tuam omnipotentem et incomprehenſā libertatē. et ſi non confundes/ ſi regni conſortio
dignaberis id totum ad ſolā gratiam tuam referens/ et ſolum gratiam eſſe agnoſcens. et ſiue hoc ſiue
aliud efficies: nichilomin⁹ iuſtiſſimus es. quomodo eni ſūme liber eſſes: ſi quicq̄ vnq̄ ex debito de-
beres. ergo meritū erga te nullū eſt: ſed creature meritū ſi q̄d eſt: in imenſū gratia tua minus. et ideo
alio in loco doces nos. Cū feceritis oīa que precepta ſūt vobis: dicite ſerui inutiles ſumus/ q̄d debui
mus facere fecimus. verū qui oculum in tua eminentiſſima bonitate figit/ adeo eminens/ exuberans
et copioſa eſt/ vt nequaq̄ de regni tui conſortio quemq̄ diffidere permittat ſi in vijs tuis perſtiterit
tametſi non meritū (quis enim mereretur) ſe certiſſime agnoſcat. nonne lux publica mundi tue boni-
tatis emula: modicam noſtri oculi lucem nichil quidem meritam/ ſecum admittit ad totius orbis ſpe
ctacula? et que in ſe arctiſſima eſt: in publica illa luce latiſſime diffundit/ quaſi in toto viſibili mundo
conregnans omniaq̄ apprehendens. nec ſecus anguſtum mentis noſtre lumen in tuo admiſſum/ faci
le ambibit apprehendetq̄ omnia/ ſupra ea que et dici et cogitari queunt.

d ¶ Uiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri: cū dilataſti cor meū. vt auis expaſſis alis/ iuuātib⁹ auri ſceleri volatu 8
aera ſcindit: æque humana mens charitate leuata/ dilatata/ expaſſa/ celeriter delectabiliterq̄/ queq̄
operat verum vt calor corpora dilatans deſurſū eſt a ſenſibili ſole ꝓcedens: ita quoq̄ ⁊ charitas di-



Ayuntamiento de Madrid

latans animas a te deus eſt ſpiritũ ſole.non abre igitur celeriter viam mandatorum tuorum percur
rit:cum tu calorem tuum deſuper infundẽs cor eius eleuas/expandis/aperis ⁊ dilatas/mirabili vo
luptate ⁊ charitate animã implens.quibus vt duabus alis adiuta: ad te ocyſſime peruolat. quo enĩ
per viam tuam que eſt in charitate/prõpta ⁊ delectabilis adimpletio mãdatorũ tuorũ:niſi ad te cur
retur? Nonne igitur vir iuſtus quem tu gaudio et amore perfuderis:iure dicere valebit/ viã mãdato
rum tuorum cucurri/cum dilataſti cor meum.

ADUERTE. Quarto verſu/dormitauit aĩa mea pre tedio: Hieronym⁹ ex hebræo/diſtillauit aĩa
mea pre ſtultitia.quaſi diceret defluxit et pene ob peccatum ad nichilũ redacta eſt.nã ſi ſapiẽtia nos
colligit et deo vnit ac inſerit qui eſt entiũ entitas et viuentiũ vita:ſtultitia ꝓfecto ⁊ peccatum nos diſ
ſipat/diuidit et euellit a fonte entium ad nichilũ/⁊ a vita ad interitũ quẽ per dormitationẽ interp̃tes
inſinuarunt.eſt enĩ dormitio aut mors aut mortis imago. ¶ Quito verſu.et de lege tua miſerere mei
Hieronymus ex hebræo/ et legem tuam dona michi.vocabulũ HANA qđ a HANAN deriuant
hic poſitum / nunc libere et per gratiam donare/nũc miſereri ſignificat. interpretes ſignificationem
hanc/ Hieronymus illam ſecutus eſt.

V He.

b 1 LEgẽ pone michi domie viã iuſtificationũ tuarũ: ⁊ exquiram eam ſemper. He.

b 2 Da michi itellectũ ⁊ ſcrutabor legẽ tuã: et cuſtodiã illã in toto corde meo. He.

b 3 Deduc me in ſemita mandatorum tuorum:quia ipſam volui. He.

b 4 Inclina cor meum in teſtimonia tua:et nõ in auaritiam. He.

b 5 Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ:in via tua viuifica me. He.

b 6 Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum:in timore tuo. He.

b 7 Amputa opprobriũ meũ quod ſuſpicat⁹ ſũ:quia iudicia tua iocunda. He.

b 8 Ecce ꝯcupiui mãdata tua in eq̃tate tua viuifica me.

Iſta.

LEgẽ pone michi domie viã iuſtificationum tuarum: et exquiram eam ſemper. Iſta.

Da michi itellectũ ⁊ ſcrutabor legẽ tuã: ⁊ cuſtodiam illã ĩ toto corde meo. Iſta.

Deduc me in ſemitã mandatorum tuorum: quia ipſam volui. Iſta.

Inclina cor meum in teſtimonia tua: et nõ in auaritiam. Iſta.

Auerte oculos meos ne videãt vanitatem: in via tua viuifica me. Iſta.

Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum:in timore tuo. Iſta.

Amputa opprobriũ meum quod ſuſpicat⁹ ſũ: iudicia enim tua iocunda. Iſta.

Ecce ꝯcupiui mãdata tua in eq̃tate tua viuifica me.

ה

OStẽde michi dñe viã ꝓceptorũ tuorũ:⁊ cuſtodiã eam per veſtigiũ. ה

Doce me et obſeruabo legem tuam: et cuſtodiam eã in toto corde. ה

Deduc me in ſemita mandatorum tuorum: quia ipſam volui. ה

Inclina cor meum ad teſtimonia tua: ⁊ nõ ad auaritiã. ה

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: ĩ via tua viuifica me. ה

Suſcita ſeruo tuo eloquĩum tuũ:ĩ timorẽ tuũ. ה

Auerte opprobriũ meum quod reueritus ſum: quia iudicia tua bona. ה

Ecce deſideraui precepta tua:in iuſtitia tua viuifica me.

¶ QUINTE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

b ¶ Legem pone michi dñe viam iuſtificationũ tuarũ:⁊ exquirã eam ſemper.Si verbum tuũ per os Moſis prolatũ incõprehenſibilis dñe/lex eſt:quanto magis verbũ tuum ab ore tuo prolatũ lex tua eſt.hec immutabilis ⁊ eterna:illa mutabilis et tranſitoria.hec archetypa:illa ſimilitudinaria.hãc igitur eternam/imutabileꝗ ⁊ verã legẽ te precatur iuſtus ad te clamãs legem pone michi dñe viam iuſtificationũ tuarũ ⁊ exquirã eã ſemp.te inꝗ precatur.vt eã oſtendas/ eã ponas viã iuſtificationũ tuarũ quo poſſit eã exquirere iugiter.quid enim magis exquireret:ꝗ eſſe in via illa q̃ eſt lex:⁊ ideo in ea nullus trãſgreditur.que eadẽ veritas eſt:et ideo nullus fallit.vita eſt:in ea null⁹ morit.lux eſt:null⁹ i ea tenebris offundit.ſapientia eſt:null⁹ ignorãtia aut inſipientia cecatur:omne bonũ eſt (eructauit indt cor meum verbum bonum) et ideo ſatiat/⁊ nichil aliud deſideratur.

b ¶ Da michi intellectũ/⁊ ſcrutabor legẽ tuã:⁊ cuſtodiã illã in toto corde meo. Sol cum radios diſfundit oculis corporeis:omnibus dat viſionẽ.quos ſi ſubſtrahit:illã protin⁹ aufert.⁊ vna abire videtur vniuerſus orbis decor:manentꝗ oculi tenebris offuſi.Nec tu aliter immenſe deus/immenſis lux mũ

Ayuntamiento de Madrid

di:intelligentiã cum vis preſtas oculis mentis/⁊ cum vis ꝓtinus auſers.⁊ te animis illuceſcẽte: mi
rabilem intelligibilis mundi edocentur pulchritudinẽ.te vero lumen tuum reuocante:omnis decor
ille tranſit/mensq; manet ſuis obſita tenebris.ergo ne a quocũq; precandus es? da michi intellectũ
et ſcrutabor legẽ tuã ⁊ cuſtodiã illã in toto corde meo/legẽ illã tuã immutabilẽ/eternã/verã contem=
plabor/⁊ illã i toto corde meo/cuſtodiã ⁊ arcte continebo.ſiqdẽ illa a tuo corde nata: aliorum corda
poſſidet et ſua facit habitacula qui eã tota mẽtis intẽtione perquirũt.et ea libenter ihabitat:⁊ dũ cu=
ſtoditur/ ea cuſtodit/conſeruat/ſaluat/et vita donat eterna.
b ¶ Educ me in ſemitã mãdatorũ tuorũ:quia ipſam volui. Homo onuſtus in via:tardius iter ſuum 3
cõficit.⁊ declinat ſemitas:ne forte diripiatur.qui vero expeditus eſt/ſecũ nichil portans quod diripi
poſſit: ſecurus petit ſemitarũ ingreſſus/per eaſq; deduci.pauꝑtas ergo cito ducit ad terminũ.pauꝑ=
tati iuncta eſt ſecuritas.qua in re video ſupimenſe dñator ſemitã qua cito conficiuntur mandata tua
paupertatẽ ſpiritus eſſe.nichil enim qui eiuſmodi eſt/ in hoc mundo ſecum habet:quod eius curſum
ad te retardet.quod reuera pro tua bonitate:adoleſcenti te ꝑcontãti quid faciẽs vitã eternã haberet
inſinuaſti.vbi enĩ cõmunẽ vite viã illi pateſeciſti inquiens:ſi vis ad vitã ingredi/ſerua mãdata:cõti
nuo ꝙ eſſet ſemita mãdatorũ tuorũ denudaſti ſubiungẽs. ſi vis perfectus eſſe/vade ⁊ vende oĩa que
habes/et da pauperibꝰ: et habebis theſaurũ in celo.et veni: ſequere me.tu vero O amator hoĩm et
tui ſemitã incedebatis:ille vero qr nimis onuſtꝰ erat/ſemite credere ſe noluit.attamen qui perfectus
eſt/ſemite ſe credit.⁊ ꝗuis difficiliꝰ ꝑ eã ꝗ ꝑ cõmunẽ viã icedit:placet tñ illa magis viro ſpirituali.⁊
petit a te deduc me in ſemitam mãdatorũ tuorũ/quia ipſã volui. petit quidẽ a te qui benigniſſimus
es ⁊ qui per eam incedẽtes precedis/in eam deduci. niſi enĩ precederes et deduceres incedẽtes per
eam:nequaꝗ dixiſſes. veni: ſequere me.
b ¶ Inclina cor meũ in teſtimonia tua:⁊ nõ in auaritiã. Adoleſcẽs ille cui tu ꝙ ſolꝰ bonꝰ es/monſtraſti 4
ſemitã:nequaꝗ ſub onere ingemere et triſtari debuiſſet.ſed ſi in ſchola ſpiritꝰ ſãcti/ ſcripturas didiciſ
ſet;ꝓtinꝰ a te cũ viro ꝑfecto petere debuiſſet.inclina cor meũ deꝰ in teſtimonia tua:⁊ nõ in auaritiam
et ꝯte qui cordiũ medicus es:corde medicato/ocyus ſine dolore quod ledebat onus reiciſſet.et de=
duxiſſes eum per ſemitã ad vitã illã/cuius preſens noſtra vita vmbra quedam eſt ⁊ ſomnium.videns
itaq; iuſtꝰ/auaritiã ⁊ ad terrena bona nimiã ſitim ⁊ inhiationem / viã mãdatorũ tuorũ ꝑgere volẽtibꝰ
onera imponere:ꝗ iuſte te precatur vt animũ eius nõ iduceas in terrenorum ꝯcupiſcentiam? alioqui
non incedat per ſemitã.quo modo enim onuſtus te ſequetur expeditum/ et tardus magna celeritate
b ꝑcedẽtem:qui vere ſimilis eſt capree/hinnuloq; ceruorum.
¶ Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ:in via tua viuifica me. Qui ſeqꝛ ducẽ i ſemita: ad nichil 5
aliud ꝗ ad ducẽ oculos intẽtos habere debet/ne forte alio flectẽs oculos ducẽ ſuũ amittat. Tu autẽ
dñe rerũ oĩm opifex ⁊ creator: dux es.et ꝙ ſequitꝛ te/ad nichil aliud debet attendere ꝗ ad te. nã cete
ra vana ſunt:neq; vllũ ꝑter te poteſt ſaluare. tu dux es inuiſibilis.ꝙ enĩ ( vt diuinꝰ annũciat apoſtolꝰ
tuus) videntꝛ tẽporalia ſũt: ꝙ autẽ nõ videntꝛ ſũt eterna. verũ cũ oĩs creatura de ſe vana ſit: quo modo
declinabit quis oculos ſuos a vanis? Id nullo pacto fieri poteſt:niſi (ſicut manes tactã acũ ſẽper cõ
uertit ad polũ) tactꝰ tue diuinitatis illos faciat ad te ſẽper cõuerſos/ſẽper itẽtos.⁊ vt tacta acus mo
bilitatẽ quandã veluti quandã vitã induit/qua inſtabilis ⁊ inquieta ſẽper eſt/donec cõuerſa fuerit ad
mũdi cardinẽ pulchrã illã ſtellã ſcilicet quã tu ipſe feciſti nauigãtiũ ducem: ita diuinitatis tue omnifi
ca vis a ſe tactos ⁊ ad te cõuerſos in via tua viuificat.qua viuificatione nuſq; ſtare/ nuſq; qeſcere poſ
ſunt niſi in te qui es ſupremꝰ cardo vertexq; rerum.quapropter iure optimo quiſq; id te debet orare.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem:in via tua viuifica me.
b ¶ Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũ:i timore tuo. Seruꝰ ꝙ nõ timet trãſgredi ꝑcepta dñi ſui:ꝑſepe negli 6
gẽs inenitꝛ.at cõtra/eũ cui honeſtꝰ timor ille adeſt: diligẽtia cõmẽdat. ꝙ qdẽ timor nũꝗ perfectꝰ ſine
amore adeſt. amor ſurſum mẽtẽ rapit.timor ille ne quid deorſum neglectum ſit/ cautum efficit.ergo
parũ prodeſt cuiꝗ datũ preceptũ: niſi ſit illi adiunctus timor. alioqui verendum eſt ne negligentius
operetur.⁊ perinde vt auis ſi alterutra ala careat:non fertur in ſublime. neq; anima ſine amore et ti=
more.amor in amato figitur:timor i propria amãtis fragilitate.cuius ſibi bene conſcius iuſtus/cum
petit ab vniuerſorũ domino: ſtatue ſeruo tuo eloquiũ tuũ/in timore tuo:nõ petit ꝑceptum ſine timore
b ſibi dari a rege/a domino/ab amato ſuo.
¶ Amputa opprobriũ meũ qđ ſuſpicatꝰ ſũ:qr iudicia tua iocũda. Quãto ſeruus melior/tanto ma= 7
gis veretꝛ ne quantũ par eſt dñm non amauerit ⁊ timuerit.⁊ ſuſpicatꝛ ſe reum ⁊ opprobrio dignum: et
erga dñm ſẽper iuſte accuſandum.ſed ad bonitatem dñi refugit: ⁊ precatur vt benigne ignoſcat ſe non
eũ vt par erat per oĩa reueritũ eſſe.cũ nichil ei vnꝗ ꝑceperit:niſi quod bonũ ⁊ iucundũ fuerat. Quã=
to magis quiſq; iuſtus: ſe putat deum (quem oportet ſuper oĩa diligere/⁊ ſuper omnia revereri) non
pro dignitate ⁊ vt par fuit timuiſſe? ⁊ ideo ſe conſcium ⁊ dignũ opprobrio/ad auxilium pietatis eius



Ayuntamiento de Madrid

proclamat. Amputa opprobriũ meũ quod ſuſpicatus ſũ: quia iudicia tua iucũda. opprobrio fateor
et mulcta dign⁹ ſũ: quia vniuerſa que michi mãdaſti / et que te nõ vt decuit timẽdo negligẽtius pere-
gi / bona erant et iucunda. non ergo ex parte tuorũ preceptorum: ſed mea ex parte in hanc culpam in
cidi. quare neceſſe eſt / vt quod meum eſt reſcindas / vt inferas quod tuum eſt: ⁊ poſſim vt par eſt tibi
a modo inſeruire ac famulari.
b ¶ Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me. Seruus ille qui timet negligentius mã
data domini ſui peregiſſe / ⁊ nõ ſatis illũ timuiſſe: fatetur nichilominus nullius alterius ſibi precepta
placere / nulli alteri cupere ſeruire. ⁊ quãuis in ſeruitio dñi quantum ad ſe / non ſe dignum exiſtimet vi- d
uere: petit tamẽ dñi ſui ingentem bonitatem et magnã iuſtitiã ſeruitij ei⁹ paruitatem defectumqꝫ ſup
plere. haud diſſimiliter O rex ſupertremende quiſquis eſt ſeruus tuus / etſi ſe fatetr in ſeruitio tuo in
ſufficientius q̃ par eſt habuiſſe: confitetur tamen nullius alterius precepta cupere / ⁊ nulli alteri ſer-
uire velle. neqꝫ in ſe confidit: ſed in tua ſola equitate. et proinde ſic ad te orat. ecce concupiui manda-
ta tua: in æquitate tua viuifica me. orat: vt velit tua magna æquitas illum viuificare. et quod ex ſuo
errauerit: tua æquitas iuſtitiaqꝫ ſupplere.

ADUERTE. Primo verſu. legem pone michi domine viam iuſtificationum tuarum / ⁊ exquirã eã
ſemper: paulo aliter ex hebræo / oſtẽde michi domine viam preceptorum tuorum / ⁊ cuſtodiam eam
per veſtigium. id eſt per indicium / per manifeſtationem illam quam tu michi oſtenderis.
¶ Sexto verſu. in timore tuo. paſſiue intellige / ac ſi dicas in timore tui / quo ſcilicet a me timeris of-
fendi. ¶ Septimo verſu. amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: Hieronym⁹ / auerte op
probrium meum quod veritus ſum. hic rectius veritus ſum: q̃ ſuſpicatus haberi putãt. veretur enĩ
timet et formidat fidelis ſeruus ne negligentius cuncta peragens / opprobrio dignus apud dominũ
habeatur. et æquius forte hoc pacto vereri et timere / q̃ ſuſpicari. nam hic timor cautum facit / diligẽ
tem et humilem. at cautione / diligentia et humilitate: fauor dñi conciliatur et amicitia.

VI

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | Uau. | | |
| v 1 | Et veniat ſup me miſericordia tua domie ſalutare tuũ ſecundum eloquium tuum. Uau. | Et veniat ſup me miſericordia tua domine: ſalutare tuũ ſecũdũ eloquium tuum. | Et veniant michi miſericordie tue dñe: et ſalus tua iuxta eloquium tuum. |
| v 2 | Et reſpondebo exprobrãtibus michi verbũ: qꝛ ſpaui in ſermonibus tuis. Uau. | Et reſpondebo exprobrãtib⁹ michi verbũ: qꝛ ſpaui ĩ ſermonibus tuis. | Et reſpondebo exprobrãtib⁹ michi ſermonẽ: qꝛ ſperaui in ſermone tuo. |
| v 3 | Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſque quaqꝫ: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Uau. | Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaqꝫ: quia in iudicijs tuis ſperaui. | Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vſqꝫ nimis quoniam iudicia tua expectaui. |
| v 4 | Et cuſtodiam legem tuã ſemper: in ſeculum et in ſeculũ ſeculi. Uau. | Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in eternum et in ſeculum ſeculi. | Et cuſtodiam legem tuam iugiter: ĩ ſempiternum et vltra. |
| v 5 | Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. Uau. | Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. | Et ambulabo in ſpacioſo: quia precepta tua queſiui. |
| v 6 | Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum: ⁊ non confundebar. Uau. | Et loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum: et non confundebar. | Et loquar in teſtimonijs tuis coram regibus: ⁊ non confundar. |
| v 7 | Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi. Uau. | Et meditabar in mandatis tuis q̃ dilexi nimis. | Et delectabor in mandatis tuis: que dilexi. |
| v 8 | Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iuſtificationibus tuis. | Et leuaui man⁹ meas ad mandata tua que dilexi vehemẽter: et exercebar in tuis iuſtificationibus. | Et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi: et loquar in preceptis tuis. |

Ayuntamiento de Madrid

¶ SEXTE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

v ¶ Et veniat ſuꝑ me miſericordia tua dñe: ſalutare tuũ ſecundũ eloquiũ tuum. O regum et dñorum 1
maxime/ ſeruus ille qui fatetur ſe pro dignitate tibi ſeruire nõ poſſe: confitetur ſemꝑ ſe dignũ repelli.
et iccirco cũ vita anime iuſtitia ſit: ſi viuit/ nõ ſua ſed tua æquitate viuit. ſi in ſeruitio tuo retines ⁊ re-
tinendo ſaluas: miſericordia tua ſola eſt/ qua debilitati eius eiuſqꝫ ſeruitij benigne cõpateris/ perin-
de atqꝫ homo cõparari ſolet alteri/ volenti quidẽ obſequiũ preſtare/ ſed ob viriũ imbecillitatẽ nõ va-
lenti. ⁊ multo magis ⁊ abſqꝫ vlla proportione: q̃to tu homine melior miſericordiaqꝫ ſuperior. ergo
miſericordiſſime dñe/ iuxta ſuauitatẽ eloquiorũ preceptorũqꝫ tuorum: miſerearis ſeruorũ tuorũ vo-
lentium quidẽ/ ſed ob infirmã naturam ſuã non vt te decet tibi ſeruire valentium. quorum quiſqꝫ ad
te clamat iugiter: in æquitate tua viuifica me/ et veniat ſuper me miſericordia tua domine/ ſalutare
tuum ſecundum eloquium tuum.

v ¶ Et reſpondebo exprobrantibus michi verbũ: quia ſperaui in ſermonibus tuis. Quid faciet ſeru⁹ 2
ille cuius dñi tanta virtus vt dñi ſanitate ſanetur/ æquitate iuſtificetur/ miſericordia ſuſtentetur/ et ſa
lute ſaluet. ſi quis improperabit/ ſi quis accuſabit q̃ſi beneficijs dñi indignũ: nõne dicere poterit/ nõ
in meis ſeruitijs/ nõ in operibus ſed in bonitate dñi mei ſpem meã repoſui? Et ideo id totũ/ id omne
id vniuerſũ quod habeo: fateor nõ debitũ/ ſed bonitate ⁊ gratia ei⁹ elargitum. ſic ſeruus cum dñi ſer-
uitio arguitur indignus fatetur. ſed ꝙ non in ſe ſed in mandatis ſuperboni dñi ſui ſperauerit: non eſt
copioſa gratia fruſtratus. ⁊ reſpondebo inquit exprobrãtibus michi verbũ/ quia ſperaui in ſermoni-
bus tuis. nõ in meis obſequijs: ſed ſolũ in tuis fiduciã meã cõieci mãdatis. quis enim iure quempiã
reprehendat: ſi alicui bene de ſe ſperanti gratiã ſuã faciat? quis itẽ increpet eũ qui cum bene ſperaue-
rit gratiã dñi acceptat et agnoſcit/ ⁊ pluris in immenſum q̃ꝫ debitum omne/ illam magnifacit?

v ¶ Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vſquequaqꝫ: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Sicut 3
eſſe et non eſſe: ita veritas et falſitas. ⁊ a te qui vere es: verum. ⁊ a non eſſe: falſum. quid igitur poſtu
lare debet ſeruus qui nichil debet dicere/ niſi quod audierit dñm ſuum loqui/ precipere et manda-
re? alioqui de ſuo loquens/ falſus inuenietur ⁊ mẽdax. quid inquã debet poſtulare: niſi vt penit⁹ nõ
auferãtur verba dñi ei⁹ ex ſuo ore? vt ⁊ ipſe ſit verax: ſicut et dñs eius verus. Uerum quid faciet ſer-
uus dñi: cum cognoſcat ſe eſſe ex non eſſe? ⁊ ideo ſi in ore eius verum eſt: non eſt ſuum ſed domini ſui
verbum qui veritas eſt. precabitur igitur dominum ſuum ne auferas de ore meo verbum veritatis vſ-
quequaqꝫ quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. ne prorſus de ore meo auferas verbum tuum quia non
in me ſed deſuper ſpes et expectatio mea eſt adimplendorũ verorũ preceptorum tuorum. quo modo
enim aqueus ⁊ grauis vapor in nubem cõſcenderet: niſi deſuper leuitatem acciperet? neqꝫ qui de ſe
falſus eſt: niſi illi deſuper indita veritate tua/ precepta tua (que tua ſunt iudicia) adimpleret.

v ¶ Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum ⁊ in ſeculũ ſeculi. Quãdiu deſuper indita leuitas in 4
vapore manet: tãdiu vapor ille ſurſum detentus preſeuerat/ neqꝫ vnq̃ꝫ deorſum ruit. quãdiu etiã ver
bum veritatis in ore ſerui eſt: tãdiu ille mandata domini cuſtodit. quare ſi nunq̃ꝫ abſcedit: ſemper cu-
ſtodit mira igitur ſuperiorum vis: que inferiora in ſuam naturã tranſfert/ grauia in leuia/ frigida in ca
lida opaca in lucida/ ima in ſumma/ falſa in vera/ mortalia in immortalia. et ſic in optimo detinet: vt
non ſinat relabi ad deteriora. vbi igitur verbum veritatis quẽpiam in verum demutauerit: non ali-
us ille q̃ꝫ verus ſeruus eſſe poterit. verus autem ſeruus eſt: qui vere ꝑcepta domini ſui facit. non quo
modo ſerui huius mundi (nam ſerui huius mundi ſuperna virtute non ſunt in aliam naturam tranſ-
mutati) ſed ſicut ſuperni ſerui ⁊ agmina illa celeſtia: que (vt Joel propheta ait) multa ſunt nimis/ et
caſtra fortia/ et facientia verbum eius. conſequens igitur fuerat poſt precatum ſerui tui ne auferas de
ore meo verbum veritatis vſquequaqꝫ/ continuo ſubnectere: et cuſtodiam legem tuam ſemper in ſe-
culum et in ſeculum ſeculi.

v ¶ Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. Serui huius mundi in anguſto: ſed ſer 5
ui ſpirituales ambulant in ſpacioſo. ⁊ quid mirum/ celum amplũ: terra ſtricta. ſpirit⁹ capax: caro an
guſta. et vbi dominus ambulat: iure ambulat et ſeruus qui domini pediſſequus eſt. tu autẽ domine
deus vbiqꝫ es/ omnia permeas/ nichil anguſtum te excludit/ nichil amplum te cõcludit/ nichil altũ te
excedit/ nil ſubſidet tibi baſſum/ extra omnia es/ intra omnia/ ſupra omnia/ infra omnia. tu omni alto
altius et omni imo profundius. quare ſpiritus quem tu creaſti ad tuum famulatum: vbiqꝫ ſpacia-
tur/ vbiqꝫ cogitatione fertur/ cito ſupra celum/ cito infra/ cito fertur ad ſummum/ ilico relabit ad imũ
ſupra tempus/ infra tempus/ vt te vbiqꝫ requirat dominum ſuum/ ⁊ tibi vbiqꝫ in ſpacioſo ſeruiat. po
teſt ergo ſpiritualis ſupernoqꝫ veritatis tue verbo formatus ſeruus tuus vere dicere. Et ambula-
bam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. quia obſequi ſpiritualib⁹ preceptis tuis et incedere
per vias tuas delegi.

v ¶ Et loquebar de teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ: ⁊ nõ cõfundebar. Oratores magni cuiuſpiam re- 6



Ayuntamiento de Madrid

gis/et ſi alioqui exigue ſunt perſone: audacter tamen intrepideq; loquuntur in conſpectu aliorum re
gum. quia verbum ſui regis habent in ore: neq; vllus audet eos confundere. quanto magis O rex re
gum tuus ſeruus habens verbum veritatis in ore ſuo/ et ideo verbum tuum: confidens et impauid⁹
loquebatur in conſpectu regum/ et nullus poterat eum confundere. loquebar inquit in conſpectu re
gum et non confundebar: et quis enim verbo tuo auderet: etſi auderet valeret reſiſtere? qui ſol⁹ rex
es fortiſſimus/ potentiſſimus/ et virtutis immenſe et ſemper inuicte.

7 ¶ Et meditabar in mandatis tuis que dilexi. Orator ſtudet memoria tenere/ meditate et elaborate
loqui: que ſibi mandata ſunt. et quis eſt ſeruus tuus cui verbum tuum poſuiſti in ore O rex vniuerſe
creature: niſi orator tuus. ad quid enim dediſſes verbum tuum? et quem facis ſeruum tuum et dili
gis oratorem: niſi idem ſit fideliſſimus/ qui te ſuper omnia ꝛ mandata tua ſuper omnia alia diligat?
maxime ergo cordi illa figet/ ꝛ ſedulum eius ſtudium erit illa meditate/ excogitate elaborateq; eloq/
magis etiam q̃ alius poſſit orator. et ſpirituales ac intimos auditorum mouebit affectus: cum ceteri
ſenſuales ſolum moueant et affectuum extimos. nam caſta eius oratio et ſpiritualis/ aliorum autem
ſenſoria/ fucata/ illecebroſa/ referta lenocinio et ſenſuum illicitamentis. hec ab humana: illa a diuina
dicendi arte profecta. hac illa tanto eminentior: quanto celum eminentius terra. q̃uis mundanus et
carnalis homo ſtrepitu vocis ſtolidis auribus et ſine ſpiritu circunfuſo deceptus/ ſecus frequentius
iudicet. vt qui ſacra faſtidit volumina/ et ſpiritum ſapientie et vitalis eloquentie largitorem iudicat
elinguem et ineruditum: et ad terrene eloquentie laudem non paruo quidem faſtu totum armat ani
mum. ſimilis profecto illi qui terram dicat lucidam et ſolem ipſum vmbroſum. neq; eſt de numero eo
rum quorum quiſq; dicere poſſit: et meditabar in mandatis tuis que dilexi. nam talem cecauit vm
bra mũdi huius et huius fallax eloquentia mundi.

8 ¶ Et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi: ꝛ exercebor in iuſtificationibus tuis. Fidelis
ſeruus ꝛ prudens non ſolũ diligenter et excogitate loquitur que dominus ſuus et qui aliorum domi
norum dominus eſt imperat: ſed ꝛ manus ad opus admouet. ergo ſeruo talis domini non ſatis eſt ſi
meditatur in mandatis domini que dilexit: ſed vt illa operetur et ſe in illis exerceat aſſiduuſq; verſe
tur/ manus ad alta porrexit. Nam qui ſpiritu/ deo ſeruit: non in imis operatur (ſunt enim ſpiritualia
alta) ſed manus/ et tam actiuas q̃ contemplatrices anime vires ad ſublimia tollit atq; iccirco non ab
re dicet eterno illi domino ſuo qui in altis habitat. Leuabo manus meas ad mandata tua que dile
xi: et exercebor in iuſtificationibus tuis.

ADVERTE. Quinto verſu. ambulabam/ ꝛ ſexto loquebar ꝛ non confundebar: rectius ex hebræo
ambulabo/ loquar et non ꝯfundar. ¶ Item ſeptimo verſu. meditabar: recti⁹ meditabor/ ex hebræo
delectabor. adde et ex verbis cuſtodiam et exercebor/ quorum hoc ſequitur illud precedit/ et ita eſſe
dicendum rationem ſermonis expoſcere velle.

VII

| | Zai. | Hec. | ז |
|---|---|---|---|
| 5 1 | MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo: ĩ quo mi chi ſpem dediſti. Zai. | MEmẽto verbi tui ſer uo tuo: in quo michi ſpem dediſti. Hec. | MEmento ſermonis ſeruo tuo: quem me ſperare feciſti. ז |
| 5 2 | Hec me conſolata eſt ĩ hu militate mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me. Zai. | Hec me cõſolata eſt in hu militate mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me. Hec. | Hec eſt conſolatio mea in afflictione mea: q2 eloquiũ tuũ viuificauit me. ז |
| 5 3 | Superbi inique agebant vſquequaq; : a lege aũt tua non declinaui. Zai. | Superbi inique agebant vſquequaq; : a lege aũt tua non declinaui. Hec. | Superbi deridebant me nimis: a lege tua non decli naui. ז |
| 5 4 | Memor fui iudicior̃ tuo rum a ſeculo dñe: et conſo latus ſum. Zai. | Memor fui iudicior̃ tuo rum a ſeculo domine: ꝛ cõ ſolatus ſum. Hec. | Recordatus ſum iudicio rum tuor̃ a ſeculo domine: et conſolatus ſum. ז |
| 5 5 | Defectio tenuit me ꝓ pec catoribus: derelinquenti bus legem tuam. Zai. | Defectio animi tenuit me pro peccatorib⁹ derelinquẽ tibus legem tuam. Hec. | Horror obtinuit me ab ĩ pijs: qui dereliquerunt le gem tuam. ז |
| 5 6 | Cantabiles michi erãt iu ſtificationes tue: in loco pe regrinationis mee. Zai. | Cãtabiles michi erant iu ſtificationes tue: in loco in colatus mei. Hec. | Carmina erãt michi pre cepta tua: in domo peregri nationis mee. ז |

Ayuntamiento de Madrid

| GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|
| 5 7 Memoꝛ fui in nocte nominis tui domine: ⁊ cuſtodiui legem tuam. Zai. | Memoꝛ fui nocte nominis tui domine: et cuſtodiui legem tuam. Hec. | Recoꝛdatus ſum in nocte nomis tui domine: ⁊ cuſtodiui legem tuam. I |
| 5 8 Hec facta ē michi: qꝛ iuſtificationes tuas exquiſiui. | Hec michi facta ē qꝛ iuſtificationes tuas exquiſiui. | Hoc factū eſt michi: quia pꝛecepta tua cuſtodiui. |

## ¶SEPTIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

5 ¶Memoꝛ eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo michi ſpem dediſti. Si potens pauperi quippiam pꝛecipiat faciūdū in quo aſſiduo laboꝛe verſetur: pꝛimum pauperi vite neceſſaria ſubminiſtrantur/ et pauper incipit in auxilio potētis ſi q̄d foꝛte acciderit aduerſi ſperare. Sed nonne tu domine de⁹ diues in oēs: miſeratus es hoīem cū in paupertate eſſet/ cum nō haberet vnde ſpiritu viueret? ⁊ preceptū tuū indulſiſti: vnde illi ſuppeditata vita eſt ⁊ ſpem eternoꝛū bonoꝛū iniecīſti. ergo diu ī p̄ceptis tuis exercitat⁹/ terrena habitatiōe grauat⁹ hoc pacto te pꝛecat̄. memoꝛ eſto verbi tui ſeruo tuo: ī quo michi ſpē dediſti. q̄d ſi ad nullū tēpoꝛale/ ad nullū moꝛtale tēdit aliq̄n eū perducas/ quo verbū tuum dirigit. 1

5 ¶Hec me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuū viuificauit me. Fidelis ſeruus nūq̄ deſeritur ſpe. ⁊ quanto dn̄m agnouit vezioꝛem/ melioꝛem et clementioꝛem: tanto magis confidit/ et confidendo conſolatur. ſed quis te dominoꝛū domine verioꝛ: qui es veritas? quis te melioꝛ: qui es ipſa bonitas? quis te clemētioꝛ: qui es ipſa clementia/ miſericoꝛdia et benignitas? qui ſolo verbo omnia curas: languida ſanas/ moꝛtua viuificas/ nō exiſtentia creas. quapꝛopter ſeruus tuus ſi irridet̄/ paruipenditur: contennitur humiliatur: ſpe illa erigitur/ fulcitur/ conſolatur. quia tu verbo tuo illi vitam pꝛeſtas. ſolem contemplatur et ſidera. ſi nox eſt: ſperat diem. ſi hiems: eſtatem. et nunq̄ ſpe illa fallitur. videt ergo ſupernoꝛum magnam eſſe ſpei certitudinē: q̄ꝗ diuinoꝛum ſpes non confundit. ac ſcriptum eſſe meminit: qui ſperat in dn̄o ſaluabitur. ⁊ iterum/ domīe virtutum beatus homo qui ſperat in te. et ſpem altā in animo verſās confidenter clamat. hec me conſolata eſt in humilitate mea: qꝛ eloquium tuum viuificauit me. Itaq̄ bonoꝛum quæ ſperat non minus certus eſt ac ſi habeat/ et hac ſctā btāq̄ ſpe aduerſus omnē mundi cōcuſſionē immobilis perſtat/ ⁊ cōſolatur q̄ validiſſime. 2

5 ¶Superbi inique agebāt vſq̄quaq̄: a lege autem tua non declinaui. Pꝛudens eſt ille viatoꝛ qui cū videt plurimos alio iter flectere: a recta nuſq̄ via declinat. ⁊ hoc ideo q̄ ducis p̄ceptis iugiter inheret: alij vero contēnunt. talis eſt pꝛofecto ſeruus tuus domine qui mādata tua cōſtāter cuſtodit ⁊ obſeruat. nā ipſe videns ſuperbos ⁊ tui tuoꝝq̄ preceptoꝝ contēptoꝛes delinquere et errare grauiſſime (quanto enī a rectitudine deflectūt: tāto inique iniuſteq̄ agūt) eo cauti⁹ ſtudet legem tuā adimplere. moꝛe pꝛoboꝝ filioꝛum: qui cū vident quēpiā fratrum deliquiſſe/ tanto diligentius ſe domi continentes/ ſingula queq̄ facere tentant/ que noꝛunt patri placitura/ hoc ipſo facto paternum amoꝛem ſimul et timoꝛem pꝛeferentes. quidnam et aliud faciebat qui ad dominum ſuum pꝛoteſtabatur: ſuperbi inique agebant vſquequaq̄ a lege autem non declinaui? quid aliud inquam/ niſi alijs a vijs tuis declinantibus nequaq̄ declinaui/ nequaq̄ ſeruitium tuum et que tibi placita ſunt intermiſi. 3

8 ¶Memoꝛ fui iudicioꝛum tuoꝛum a ſeculo domine: et conſolatus ſum. Fidelis ſeruus et pꝛudens exemplis maioꝛum ſuoꝛum inſtruitur: et ex pꝛeteritis pꝛeſentia metitur. et quis fidelioꝛ quis pꝛudētioꝛ eſſe debet ſeruo domini qui fideliſſimus ⁊ ſapientiſſimus eſt immo qui eſt ipſa fidelitas/ ipſaq̄ ſapientia? exemplis igitur maioꝛum ab initio iuuatur. qualia ſunt: munera abel iuſti a deo acceptant̄. Enoch iuſtus cum deo ambulauit et ad immoꝛtales diuitias tranſlatus eſt. Noa iuſtus a deo repertus eſt/ et a cataclyſmi cuncta delentibus vndis eripitur. Abꝛaham/ Iſaac/ ⁊ Iacob a deo exaudiūtur. pꝛece iuſti Helie celum clauditur ⁊ aperitur. nullus vnq̄ iuſtus a deo derelictus comperitur. et q̄uis ſeruus domini de contemptu et miſeria ſuperboꝛum non dolere non poſſit (quippe qui fidelis et mirifice amans dominum ſuum/ quem ſcit omni obedientia ⁊ honoꝛe digniſſimum) nichilominus libere id confitetur/ memoꝛ fui iudicioꝛum tuoꝛum a ſeculo domine et conſolatus ſum/ et ſeipſum in admirabilis bonitatis eius contemplatione ſolatur. qui ab initio ob multitudinem maloꝛum nequaq̄ aſpernatus eſt eum: neq̄ minoꝛis apud ſe fecit obſequium paucoꝛum. 4

5 ¶Defectio tenuit me: pꝛo pct̄oꝛibus derelinquentibus legē tuā. Dn̄e virtutū q̄ admirabilis qui verus eſt ⁊ nō fict⁹ ſeru⁹ tuus. ſpem in verbo tuo figit/ in ſpe illa cōſolat̄. eloquio tuo viuificatur. a lege tua alijs declinātib⁹ nunq̄ deflectit̄. memoꝛia iudicioꝛū tuoꝝ ſe adhoꝛtat̄. et hec omnia ex charitate que ſupꝛa ſe eſt/ quā ad te gerit. verum quia tu illi ſcd̄m ſe charitatem ꝓximi mādaſti: ex hac peccātibus alijs ⁊ legē tuā deſerentibus/ exanimis efficit̄: ſic illoꝛū miſerat⁹ erroꝛē/ vt ꝓpꝛiā calamitatē. ſic illoꝛum ſpiritualē lapſū deflens: vt pꝛopꝛi⁹ illi eſſet deflēdus. Et nōne talis erat ille ſeru⁹ tuus: q̄ ob vni⁹ aut paucoꝝ alioꝝ lapſum merēs cōſternata mente fact⁹/ coꝛinthijs ſcribebat. ex multa (inquit) tribulatione ⁊ anguſtia coꝛdis/ ſcripſi vobis ꝑ multas lachꝛimas: non vt contriſtemini/ ſed vt ſciatis 5

Ayuntamiento de Madrid

quā charitatē habeā abūdātiꝰ ī vobis? Nōne dicere poterat/ defectio tenuit me ꝓ pctōribꝰ derelin-
quētibꝰ legē tuā? poterat profecto. vt qui nō fecꝰ ac suā aliorꝝ deflebat culpā. Ergo qui eiusmodi nō
sunt: cognoscāt se nō esse dei seruos/ sed pctōres derelinquētes legē eiꝰ. ꝓ quibꝰ horror/ defectio/ tri
bulatio/ angustia cordis/ ⁊ lachrime detinēt iustos ⁊ fideles dei seruos: in multa mestitia ⁊ merore.
6 ¶ Cātabiles michi erāt iustificatiōes tue: ī loco peregrinatiōis mee. Musica/ res est suauissima au= 5
ditui: ⁊ aduersꝰ tristitias validū munimētū. nec ab re q̄dē. nā he cor cōstrigunt ⁊ angustiatos spiritꝰ
mortificāt: illa vero cor dilatat/ ⁊ quasi ex ergastuli tenebris/ spūs euocat ī āplū: verū infinite bonita
tis dñator imense: nulla suauior harmonia/ nullū valētiꝰ aduersus cordis āgustias ⁊ animi defectio
nes medicamētū q̄ȝ in intimis mētis sue penetralibꝰ modulatio iustificationū tuarꝝ. ⁊ iō seruꝰ tuꝰ siue
dulci cōtēplatiōe tua lætꝰ/ siue malis offēsus: illas sp̄ aīo decātabat. cātabiles (inq̄t) michi erāt iusti
ficatiōes tue in loco peregrinatiōis mee. nos pariter erudiēs ī hac mortalis vite ꝑegrinatiōe siue ex
spectaculo honorificationū diuinarꝝ læti fuerimꝰ/ siue ex inhonorificatione grauiter molestia affecti
nūq̄ȝ a spūali melo/ qui omnē quæ sensu percipi possit/ euincit harmoniam nobis esse cessandum.
7 ¶ Memor fui nocte noīs tui dñe: et custodiui legē tuā. Dñi huius seculi sub nocte et somno nichil a 5
suis seruis exigunt: nec isti/ quicq̄ȝ illis impendunt seruitij. sed contra O spirituum dñator eterne/ ser
uus tuꝰ nō minꝰ q̄ȝ in vigilia sollicitꝰ est in nocte tibi seruitiū impēdere. Qȝ si inuitis oculis irrepit sō
nus: seruus tuus corpore dormit/ ⁊ cor suū vigilat ad te. ⁊ tu illi tūc illaberis/ ⁊ dulces tui īmittis me
morias/ ⁊ ille tibi seruit die noctuq̄ȝ/ siue vigil/ siue corporeo detentus sopore/ vt nimiū vere tibi pos
sit enūciare: memor fui nocte nominis tui dñe/ et custodiui legem tuam. sensi visitationem tuam/ nul-
la nox ademit superni verbi tui dulcem memoriam.
8 ¶ Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui. Sȝ vnde dñator imēse q̄ sēpiterna es vir= 5
tus/ sp̄ vigil/ sp̄ operans/ habet seruꝰ tuꝰ vt noctu tui memoret/ tibi psallat/ tibi vigilet/ tibi meditet?
vnde si tranq̄lla q̄ete soluat: theophanias/ orases/ ⁊ dulcia īterdū spectacula experit? nō aliā ꝓphe-
ta tuus affert causā diligentie illiꝰ dulcisq̄ȝ visitatiōis tue nō iexptus/ nisi qr iustificationes tuas exq̄
siuit/ nisi qr p̄cepta tua custodiuit. Hec facta est michi (inq̄t) qr iustificatōes tuas exquisiui. mēs igit
custodiētis p̄cepta tua diaphano ⁊ trāsparēti assimilatur aeri/ pure (nullis q̄dē ꝑpediētibꝰ/ nullis ad
missis nebulis) radijs solis ꝑuio. cōtra vero nō obseruātis: dēse/ piceæq̄ȝ caligini/ q̄ oī est īperuia lu-
ci. illi diuina lux se pure īmiscet/ maxīe cū mēs illa functionibꝰ sensuū est auocata/ ⁊ in se ipsa recepta
huius vero opacitas impuritasq̄ȝ oē extrudit diuinum/ nullā superne ꝯsolationē/ nullam memoriam
illapsūue vllū recipiens/ acsi penitꝰ extincta esset aut mortua. illa spūalis ⁊ angelica: hec bestialis et
carnea. illa confidit ⁊ scit ꝙ sit apertius deū suū visura: hec diffidit: quasi sit cū beluis et pecoribꝰ in-
teritura. ⁊ hoc: quia illa exquisiuit/ hec vero minime exquirere voluit iustificationes tuas.
ADUERTE. Sexto ṽsu. cātabiles michi erāt iustificatiōes tue: Hieronymꝰ ex hebræo/ carmina
michi erāt p̄cepta tua. ⁊ id rectiꝰ dici volūt: ꝙ vocabulū ZEMIROTH quo hic vtit ꝓpheta car-
mina ⁊ laudes significet. ¶ Octauo versu. hec facta est michi Hieronymus ex hebræo/ hoc factum
est michi. ⁊ hoc aptius dictū videt: vt sic intelligat. hoc factum est michi/ scilicet vt in nocte recorda-
tus fuerim nominis tui. verum cum dicitur hec facta est michi/ siue grece αυτη εγενηθη μοι/ non oc
currit quid hec aut monstret aut referat: nisi quippiam forinsecus emēdicemus/ vt hec memoria hec
recordatio aut aliquid simile/ que in sermone non precesserunt.

VIII

| | Heth. | Vita. | ח |
|---|---|---|---|
| b 1 | Portio mea domine: dixi custodire legē tuam. Heth. | Portio mea domine: dixi custodire legē tuam. Vita. | Pars mea domīe: dixi vt custodiā verbū tuum. ח |
| b 2 | Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum elo quium tuum. Heth. | Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum elo quium tuum. Vita. | Deprecatus sum vultum tuum in toto corde: miserere mei secundum eloqui-um tuum. ח |
| b 3 | Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in te-stimonia tua. Heth. | Quia cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in testimonia tua. Vita. | Recogitaui vias meas: et conuerti pedes meos ad testimonia tua. ח |
| b 4 | Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiā man data tua. Heth. | Paratus sum et non sum turbatus vt custodiā man-data tua. Vita. | Festinaui et non neglexi custodire mandata tua. ח |

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

b 5 Funes peccatoꝛum circū
plexi ſunt me: ⁊ legē tuam
non ſum oblitus. Heth.
b 6 Media nocte ſurgebā ad
cōfitēdū tibi: ſuper iudicia
iuſtificationis tue. Heth.
b 7 Particeps ego ſū omniū
timentiū te: ⁊ cuſtodiētiū
mandata tua .Heth.
b 8 Miſericoꝛdia tua domiē
plena eſt terra: iuſtificatio-
nes tuas doce me.

**ROM.**

Funes pctōꝝ circūplexi
ſunt me: legem autē tuam
non ſum oblitus. Uita.
Media nocte ſurgebā ad
confitendum tibi: ſuper iu
dicia iuſtitie tue. Uita.
Particeps ego ſum omni
um timētium te: ⁊ cuſtodi-
entiū mādata tua. Uita.
Miſericoꝛdia tua domiē
plena eſt terra: iuſtificatio
nes tuas doce me.

**HEB.**

Funes impioꝛum impli-
cauerunt me: legem tuam
non ſum oblitus. ח
Medio noctis ſurgam ad
confitendum tibi: ſuper iu
dicia iuſtitie tue. ח
Particeps ego ſum omni
um timentiū te: ⁊ cuſtodi-
entium pꝛecepta tua. ח
Miſericoꝛdia tua comple
ta eſt terra: pꝛecepta tua do
ce me.

## OCTAUE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

b ¶ Poꝛtio mea domine: dixi cuſtodire legē tuā. Ut terre celū nō confundit/ vt luci nō pmiſcēt tene- 1
bꝛe: neqꝫ quoqꝫ diuina terrenis. ideo tu dñe gubernatoꝛ celi ⁊ terre mādaſti Aaron et ſctis tuis ne qc
ꝙ in terra poſſiderent: qꝛ tu pars eoꝝ et poſſeſſio eſſes. ergo ſeruꝰ tuꝰ quicūqꝫ is demū ſit qui audet
dicere poꝛtio mea dñe/ dixi cuſtodire legē tuā/ tu es pars/ ſoꝛs et merces mea/ pꝛecepta tua cuſtodiā
cōſtat qꝛ nullā in terris q̄rit poſſeſſionē aliā. alioqui ignoꝛātia fallit. nā qui te habet: oīa habet/ oē bo
nū poſſidet/ et ad oīs boni trahitur conſoꝛtia. quomodo igit oē bonū habēs: aliud in terra quæreret
Sed ⁊ dixit te eſſe poꝛtionē ſuā/ neqꝫ aliam velle vt exactius cuſtodiat legē tuā mādataqꝫ obſeruet.
nam ſunt ⁊ q̄ te ⁊ terrenum querūt dñm: quaſi duas poꝛtiones volentes. ⁊ illi nequeūt legē tuā obſer
uare. ſed terrenas tuis coguntur pꝛeferre legibꝰ. ⁊ non auertunt miſeri/ te vt ad te ſolum cōuerteres
ſacro oꝛe dixiſſe neminem poſſe duobus dñis ſeruire. ergo qui aliā poꝛtionē ꝙ te querunt/ te nō aſſe-
cuto qui omne bonū es ⁊ qui lucem habitas inacceſſibilē: ⁊ ſeipſos ⁊ omnia perdunt.
b ¶ Depꝛecatus ſum faciem tuam in toto coꝛde meo: miſerere mei ſecundū eloquium tuū. Lux mun- 2
da/ immundis nō coinquinatur: qꝛ terrenū nichil habet. ⁊ vie dñi munde/ nichil terrene fecis haben
tes: pꝛoinde qui per vias illas ambulat ⁊ cui deus poꝛtio eſt: mundus eſt. mūda aūt ad ſupera con-
tendunt: ignis ad celum/ aer ad ignē. ⁊ ſeruus igitur tuus ad te ſummā cōtendit puritatē/ ⁊ mundus
ad te mundum/ purum ⁊ ſanctū ſanctoꝝ currit. depꝛecatus ſum inquit faciem tuā in toto coꝛde meo:
miſerere mei ſecundum eloquium tuum. quippe qui dixiſti/ exaudiam quia miſericoꝛs ſum. nec mi-
rum ſi ad te ſuſpirat/ ſi te videre cupit/ ſi videre cupit faciem tuam in toto coꝛde ſuo. nam ſi purꝰ ocu
lus etſi coꝛpoꝛeus ad puram ſenſibilem lucem miro deſiderio fertur: multo magis ſpiritus purus ad
te veram ipſam puramqꝫ lucem rapitur/ te ſuſcipit/ te admiratur/ tota vi ad te cōtendit/ ad te conuer-
titur. amoꝛe flagrat ⁊ deperit/ vt ei illabaris: vt intimo eius oculo te inſinues penitus. pium huiuſ-
modi deſideriū: ipm pungit/ mulcet/ moꝛdet/ ſtimulat/ liquefacit/ euiſcerat/ diuidit/ conglutinat/ re
dintegrat/ vnit. at videt nullo te merito pmereri poſſe: quia tis infinitꝰ valoꝛ. gratia igit eſt/ mīa tua
eſt/ ꝙ ad tuū contuitū admittis. clamat ergo qui deperit te videre qui es inuiſibilis: clamat inquam
ad te miſericoꝛdiarū dñm/ miſerere mei ſecundū eloquium tuū. merito videri nō potes: gratia ⁊ mi-
ſericoꝛdia tua potes. ⁊ id inſuper verax eſt eloquiū tuū. Beati mundo coꝛde/ qm̄ ipſi deū videbunt.
b ¶ Cogitaui vias meas: ⁊ cōuerti pedes meos in teſtimonia tua. Amās qui cognoſcit ſe ſolo nitoꝛe 3
ſolaqꝫ mundicia amatoꝛi ſuo placere: cogitat itinera ſua/ ſolerter oculo circūluſtrat vniuerſa/ ⁊ omnes
vias lutulentas declinat ne veſtimenta ſua inquinet: et pedes agit in ſolas mūdicias. ⁊ q̄ ita ſtudet:
mundus venit ad amatū. eſt eni amoꝛis natura: vt alterū alteri nitoꝛe concilliet ⁊ mūdicia. ⁊ ideo car
nalis amoꝛ/ etſi plerūqꝫ in pꝛincipio ſe verū ſimulet: quia tamen in fine coinquinat/ ſe falſum et men-
dacē pꝛodit amoꝛē. At ſpūalis ꝯtra: ſe in fine maxime pdit verū. nā ſi cōtactu lucis quicꝙ reddit pu
rius/ ⁊ ꝙdiu cōtactꝰ adeſt lympidiꝰ apparet: quanto magis cōtactu ſſime lucis que eſt ipſa puritas
et quo diuinꝰ ſpūaliſqꝫ cōſumat amoꝛ/ reddit quicꝙ purius atqꝫ ꝙdiu durat cōtactus/ puriſſimū ac
nitidiſſimū: perinde atqꝫ ferrum intimo ignis cōtactu luciduſſimū. Ergo vt ſeruꝰ tuꝰ q̄ toto coꝛde ad
faciē tuā ſuſpirat/ qui per ſpūales vias te inueſtigat ſe mundū oſtēdat/ ⁊ mūdicia tibi placeat O væ
re amantium amoꝛ: clamat ad te/ cogitaui vias meas/ ⁊ conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
b ¶ Paratus ſum ⁊ nō ſum turbatus: vt cuſtodiā mādata tua. Quis amāte paratioꝛ vt obſequia pꝛe- 4
ſtet amatoꝛi? quē ſi vehemens perurget amoꝛ/ nichil illum terrebunt viarū diſcrimina/ nichil graſſato
res/ nichil turbabūt nocturna mille pericula. ſemp expeditus/ ſemp accinctꝰ/ inturbatus ſemp: vt ei

Ayuntamiento de Madrid

qui coꝛ eius perſtringit obſequaꝛ amoꝛi. et quãto qui amaꝛ cognoſcitur dignioꝛ: tãto qui amat vrgẽtius amoꝛe carpiꝛ. quid eni diuin⁹ nõ poteſt amoꝛ? Jgiꝛ amatoꝛ nullũ ſuo amato cognoſcens digniorẽ: vt pote quẽ ſcit optimũ/ pulcherrimũ/ veriſſimũ/ quẽ ſcit potẽtiſſimũ ac ſapiẽtiſſimũ: coꝛ ſuum nõ habet secũ/ ſed ĩ amato: foꝛma ſua nõ ſibi placet/ nõ eſſe ſuũ/ nõ viuere ſuũ: ſed ſui amati. non ſeipſum habet. deſideriũ enĩ illũ extra ſe rapuit. ꝛ ideo nõ ĩ ſe: ſed ĩ amato viuit ĩ ſe. quatenus in ſe: moꝛs eſt. in amato ipſa vita. ideo moꝛti moꝛtuus eſt: et vite viuit. mentẽ non habet: ſed non eſt amens quia eſt ſupꝛa mentẽ. ĩpetus illũ agit: ſed nõ pcipitaꝛ/ quia fertur ĩ altũ. hoc vnũ ſibi placet: vt tibi (qui ſolus es digniſſimus amari) ſemp obſequaꝛ/ ſemp ſit ſeruus tuus. et ad te qui ſuus dñs es/ ſuus amoꝛ/ ſua vita/ ſemper aperte confitetur/ paratus ſum et non ſum turbatus vt cuſtodiam mandata tua.

5 ¶ Funes peccatoꝛũ circũplexi ſunt me: et legẽ tuam nõ ſum oblitus. Quo indicio monſtrabit ſe non b
eſſe turbatũ: vt cuſtodiat mandata tua? Hoc ſane/ ꝙ funes impioꝛũ circũplexi ſunt eũ/ et in illis non eſt legis tue factus ĩmemoꝛ. funes inquit peccatoꝛũ circũplexi ſunt me/ et legem tuã nõ ſum oblitus. hoc nimirũ certũ eſt indiciũ. nã qui turbanꝛ/ alio memoꝛiã vertũt/ nec ceptum peragunt iter. ille vero nichil tẽdiculis maleuoloꝝ pficiẽtibus: mediã legis tue viam nunꝗ deſeruit. piſcibus ſagene demittũtur/ feræ innectũtur caſſib⁹/ volucrib⁹ retia tenduntur: vias aũt ſpũales incedentibus ſpũales nequitie inſidiantur/ ꝛ perhoꝛrẽdos/ vix perceptibiles vixꝙ euaſibiles laqueos circunnectunt. ſed memoꝛia tua domine virtutum/ et ad legem tuam confugium: ab his pꝛotin⁹ explicat/ abſoluit/ liberat. quod beneficium ſeruus tuus/ amatoꝛ tuus minime factus imemoꝛ agnoſcit et pꝛedicat.

6 ¶ Media nocte ſurgebã ad ꝯfitẽdũ tibi: ſup iudicia iuſtificatiõis tue. Dies/ diuine lucis imago. nox b
tenebꝛaꝝ. dies res cũctas diſcernit. nox ꝯfũdit. dies calet/ fouet/ viuificat. nox friget/ ꝯgelat/ moꝛtificat. fures noctu perrãt. ĩterdiu ꝯdunꝛ. ĩ die quiſꝙ ſtudet honeſte ãbulare. ĩ nocte turpitudo laxat habenas. dies/ grã. nox/ tẽtatio eſt. ſi igiꝛ ſẽſibili diei aduerſa nox/ tãta secũ noxia trahit: quãta nox q̃ ſpũali aduerſaꝛ diei secũ afferet? quãta mala ĩgeret ſpũalib⁹ veræ lucis cultoꝛib⁹/ etſi ſoliciti ĩuigilẽt? Qſi ad arcẽdos aut fures aut lupos cũ alta nox ĩgruit dẽſeꝙ tenebꝛe: accurate ſurgit paterfamilias ꝛ clamoꝛe ſuo nocere volẽtes deturbat. quãto magis ſpũali viro media illa nocte ſurgẽdũ erit/ cũ pfũda ĩuadit tẽtatio: vt diuinis hymnis ſole iuſtitie ĩuocato/ nocturne poteſtatꝫ aufugẽꝛ caterue. nõ enĩ inuida tenebꝛaꝝ noxia turba/ imẽſe lucis laudes diutius ſuſtinere poteſt qđ nullus ãbigere debet ſapiẽtẽ dñi ſeruũ feciſſe/ cum clamat. media nocte ſurgebã ad cõfitendum tibi/ ſuper iudicia iuſtificatiõis tue ergo ſiue nox illa nos ſurripiat tpe vigilie/ ſiue quietis tempoꝛe: opus nobis eſt vt ad diuinam opem ſurgamus/ ꝛ in hymnis/ canticis/ ꝛ laudibus/ in omnibus/ per omnia ꝛ ſuper omnia inuocemus infinite potentem/ ꝛ vane ſolo veri ſolis acclamato nomine euaneſcent diſſlabunturꝙ vmbꝛe.

7 ¶ Particeps ego ſum omnium timentiũ te: ꝛ cuſtodientiũ mãdata tua. Mirabilis deus in oib⁹ ope b
ribus tuis. nunc intra omnia es: vt oim centrũ. nunc extra oia: vt oim circunferentia. intimus: vt oia vniens/ omnia viuificans. extimus vt oia continens/ fouẽs luſtrans. circũmeãs/ vt puidẽs ac cõſeruans. medius: vt omnia diſcernens ꝛ diſterminans. pꝛincipium medium et finis omnium rerum.




Creature autem ſunt veluti circuloꝛum ſenari⁹ neqꝫ abundans neqꝫ deficiens/ vniuerſi/ plenitudinem implens/ qui a centro ad circunferentiam pꝛocedũt: vt ime ſummeqꝫ/ omniumꝙ ex parte participent. nã id naturã boni expꝛimit: ſe pꝛopagare ac cõmunicare. quod quãto pꝛeſtantius eſt: tanto magis ſui conſoꝛtium tradit. Eſto igitur pꝛimus circuloꝝ a/ ſecund⁹ b/ ꝛ ita deinceps. quia tu es centrale et cõmuniſſimum bonũ: video a in ſe tui participẽ/ et b tui participem in ſe/ ꝛ hũc in modum de reliquis. ꝛ a/ participem tui eſſe in b et reliquis. immo ꝛ a/ participem eſſe ꝛ b ꝛ c ꝛ reliquoꝝ. nam in communi bono cõcurrunt. haud abſimili modo/ quiſꝙ timentiũ te ꝛ mãdata tua cuſtodientium: particeps eſt omnium reliquoꝝ. nã tu es omniũ illoꝝ cõmune bonum. vt cuidam ſeruoꝝ tuoꝛum per temetipſum aperire dignatus es: oſtendam tibi (inquiẽs) omne bonum. quanta igitur reuerentia timere debent te offendere/ quanta alacritate animiqꝫ pꝛõptitudine obſecutiõi pceptoꝝ

Ayuntamiento de Madrid

tuorum inuigilare/ et cupere poſſe dicere/ particeps ego ſũ oĩm timentiũ te et cuſtodientium mandata tua? cupere numerũ illũ augere: cum ſciat oĩm aliorum bona/ pariter et bonum ſuum eſſe?

S ¶ Miſericordia tua dñe plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Miſerator immenſe qui omne bonũ es/ qui pars es et merces timentiũ te ⁊ cuſtodientiũ mandata tua/ non debito: ſed merces ſola miſeratione/ ſola gratia ⁊ miſericordia tua. nã vbicũq̃ gẽtium inueniũtur timẽtes te: illic inuenitur ⁊ miſericordia tua imo ⁊ eos preuenit qui nondum timorẽ ſuũ didicere: vt oſtẽſa illis vite via/ bonorũ participatione ditent. diues enĩ es ĩ omnes. Uerum quia tu es ipſa ſapientia oĩa in ſuos fines dirigens/ quia tu es ⁊ ſpirit⁹ intelligentie ſanctus/ vnicus multiplex/ ſubtilis/ diſertus/ mobilis/ ĩcoĩquinatus/ certus/ ſuauis/ amãs bonũ/ acutus/ qui nichil vetat benefacere/ human⁹/ benignus/ ſtabilis/ cert⁹/ ſecur⁹/ oẽm habẽs virtutẽ/ oĩa ꝓſpiciens: niſi cõtinuo pãdas/ niſi demõſtres et doceas iuſtificationũ tuarum vias/ haud ſecus aberrabimus q̃ ſine ſidere ⁊ clauo ſolent nauigãtes. Proinde ad te clamandum eſt iugiter/ mĩa tua domĩe plena eſt terra/ iuſtificationes tuas doce me. pande nobis lumẽ ſapiẽtie tue. niſi enĩ aſſit arctoi ſideris aſpect⁹/ niſi vias indicet: quid in cælũ intenti oculi/ quid ars quid nauis armamenta/ quid nauigantiũ ꝓfuerint conat⁹? multo magis ſapiẽtie tue ſublata gubernatione: vias iuſtitie ignorabimus. nũquid enim ſi ſenſibili lumine ſublato/ nichil videt oculus: ſublata intellectuali luce quicq̃ intuebitur intellectus? Eſt ergo nobis ſemper neceſſaria ſapientie tue illuceſcentis mentibus piarumq̃ illuminatricis mentium doctrina.

ADUERTE. Quito verſu. funes pctõrum circũplexi ſunt me: Hieronym⁹ ex hebræo/ funes pctõrum implicauerũt me. q̃ recẽtiores ſequunt hebreos hũc locũ itelligi volũt/ coet⁹ ipſorum populati ſũt me

| | | Teth. | Bonum. | ט |
|---|---|---|---|---|
| t | 1 | Bonitatem feciſti cũ ſeruo tuo dñe: ſcðm verbum tuum. Teth. | Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo dñe: ſcðm verbum tuum. Bonum. | Benefeciſti ſeruo tuo domine: ſecundum verbum tuum. ט |
| t | 2 | Bonitatẽ et diſciplinã et ſcientiã doce me. qꝛ mãdatis tuis credidi. Teth. | Bonitatẽ et diſciplinã et ſcientiã doce me: qꝛ mãdatis tuis credidi. Bonum. | Bonum ſermonẽ et ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. ט |
| t | 3 | Priuſq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiũ tuum cuſtodiui. Teth. | Priuſq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuũ ego cuſtodiui. Bonum | Anteq̃ audirẽ ego ignoraui: nũc autem eloquium tuum cuſtodiui. ט |
| t | 4 | Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Teth. | Bonus es tu dñe: ⁊ in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Bonum. | Bonus tu et beneficus: doce me precepta tua. ט |
| t | 5 | Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde ſcrutabor mandata tua. Teth. | Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego aũt ĩ toto corde meo ſcrutabor mandata tua. Bonum | Applicabant michi mendacium ſuperbi: ego autem in toto corde ſeruabam precepta tua. ט |
| t | 6 | Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditat⁹ ſum. Teth. | Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legẽ tuam meditat⁹ ſum. Bonum | Incraſſatum eſt velut adeps cor eorum: et ego in lege tua delectabar. ט |
| t | 7 | Bonum michi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas. Teth. | Bonum michi q humiliaſti me: vt diſcerem iuſtificationes tuas. Bonum. | Bonum michi quia afflictus ſum: vt diſcerem precepta tua. ט |
| t | 8 | Bonũ michi lex oris tui: ſuper milia auri et argenti | Bonũ michi lex oris tui: ſuper milia auri et argenti | Melior eſt michi lex oris tui: ſup milia auri ⁊ argẽti |

NONE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

t ¶ Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo dñe: ſecundũ verbũ tuũ. Ingratus ſeruus non modo meretur gratia priuari/ ſed et eſt inſuper plurima mulcta dignus. contra/ grato nulla pena debet: ſed et ei/ quia gratia deberi non poteſt (non enim gratia eſſet) vltro gratia concedit. ⁊ ſi terrena beneficia/ gratiarum proſecutione ſunt digna: nonne multo locupletius diuina? quod ſpiritualis ſeruus tuus gratiarum ꝓfuſiſſime largitor: nequaq̃ preteriſſe viſus eſt/ cũ tibi id non ingrato quidẽ animo cõfitetur/ bonitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe/ ſecundum verbũ tuum. nam cũ dicit bonitatẽ feciſti: benefactorẽ ſuũ te agno 1

Ayuntamiento de Madrid

ſcit.cum vero ſecundū verbū tuum:te agnoſcit in oībus verbis tuis veracem dominū.Es igitur benefactoꝛ verax/ꝛ veritas benefaciens/imo vero es ipſum beneficium.et quid poteſt beneficium/niſi ſolum benefacere:ſicut lux illuminare/et caliditas calefacere:nō enim beneficium malefaceret. ergo ſiue pꝛoſpera aſſint ſiue aſſint aduerſa:verbere/ſupplicio penaq; meritiſſimus eſt et omnis beneficij pꝛiuatione:qui te non cognoſcit in omnibus et per omnes/ſuper omnes et ſemper benefacere.

2 Bonitatem et diſciplinam et ſcientiam doce me:quia mandatis tuis credidi.Cum ſis oīni bonitate et ſapientia pꝛeditus/ꝛ vis ſuapte natura omni benefica:alioꝛū indigentiam ꝛ ignoꝛantiam libenter ſupples.Ideo qui fidelis eſt ſeruus tuus nō alium requirit/ qui ipſum doceat bonitatē: quia nullū te melioꝛē nouit.nō alium qui ipſum doceat diſciplinā ꝛ ſcientiam:quia nullum doctioꝛem/nullū ſapientioꝛē reperit.ſi pulchꝛū vult videri quia eſt oculoꝛū admiratio/et bonum communicari quia eſt participantium perfectio:ꝛ tua pꝛofecto ſapientia vult ſciri quia eſt mentiū illuminatio.nonne q̄ꝫ pꝛimum ſol radios oculis inijcit moꝛtaliū:omniū coloꝛū ꝛ figurarum pꝛeſtat notitiam:tanto magis igitur ſi bonitas ꝛ ſapientia tua fulgoꝛes ꝛ radios ſuos in ſeruoꝛum tuoꝛum mente iaculabuntur/pꝛeſtabunt iuſtificationū tuarū ſcientiā/pꝛeſertim ijs qui fide pꝛeuia ad intelligentiā ſunt adiuti/vt et is q̇ dicebat.bonitatē ꝛ diſciplinā ꝛ ſcientiam doce me/quia mādatis tuis credidi. Ergo ꝋ pulcherrime rerum:pulchꝛitudine tua eos purga qui mandatis tuis credunt/ſapientia tua illumina/et bonitate tua perfice et conſuma eos qui pura fide ad te accedunt. t

3 Priuſq; humiliarer ego deliqui:pꝛopterea eloquiū tuū cuſtodiui.Nonne verax es et fidelis deꝰ qui dixiſti diſcedite a me quia mitis ſum et humilis coꝛde:doctrina igitur tua mites ꝛ humiles facit at quos ſcientia manſuefacit et humiliat:pꝛoculdubio ignoꝛantia effert/ extollit ac ſuperbe eleuat. non ab re igitur ſeruus tuus quem tu ſpiritu tuo docuiſti et docendo humiliaſti clamat: pꝛiuſq; humiliarer ego deliqui/pꝛopterea eloquium tuum cuſtodiui.ac ſi aperte diceret/pꝛiuſq; ego a te diſcerem mitis ꝛ humilis coꝛde fieri:ego ignoꝛaui/ego intumui.quapꝛopter in doctrina illa tua me exercui.nam ſi huiuſmodi ſcientiam comitatur humilitas: bono iure ignoꝛantiam comitabiť tumiditas et ſi hūilitas ſpūs eſt ſanitas:dubio ꝓcul et tumiditas erit animi languoꝛ.ſi igitur medicꝰ quēpiam defoꝛmi et nimia mole diſtentum hypoſarca/tympanite/intercutiſue aque vicio laboꝛantem p̄cepto ſuo leuaret/curaret/reduceretq; ad equalitatem:nōne ille ſe cognoſcēs pꝛecepto illo factum ſanum/ illud cuſtodiret:hunc in modum et multo etiam magis/ſeruus tuus vidēs ſe eloquio tuo ignoꝛātia et comite eius ſuperbia animiq; tumoꝛe liberatum/et humilem coꝛde ſanumq; effectum/vbi vtrunq; verbo confeſſus eſt/non ab re continuo ſubiunxit/pꝛopterea eloquium tuum cuſtodiui. t

4 Bonus es tu:et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.Tu es dñe ſapientia:ꝛ doctrina tua mites facit et humiles.ergo quoꝛū doctrina inflat/tumidoſq; facit ac inſolētes: nō ſunt ſapientes ſed ſophiſtæ/veluti quedā ſapientū fex/vilis alga/et ad nichil vtile(vt ſic dicā)peripſema.ꝛ hoc modo ſcire ante te/nō eſt ſcire/ſed miſere ignoꝛare/quod tumoꝛ conſequiť ꝛ īfirmitas.et contra/ hoc modo neſcire/ante te eſt ſcire:cui comes eſt humilitas ꝛ ſanitas.ergo ſi egrotare non eſt bonū: neq; hoc pacto ſcire eligendū.nō enī medici ſed venefici ſunt:qui potiōe data/ equabilē aīam perpetuo reddunt perinde atq; vtrē inſpirato vēto pꝛetumidū miſerabiliter diſtentā.ſatius igitur ad ſapientē dñm/ad ꝓ ſe bonū medicū cōfugiēdū et dicendū.Bonꝰ es tu:et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Sed q̇d eſt dñe ꝙ ſeruꝰ tuꝰ q̇ mandatis tuis credidit/qui hūilis coꝛde factus eloquiū tuū cuſtodiuit pꝛidē doctus/petit edoceri:An id ideo inſcrutabilis dñe/quia tu es infinitum ſapientie pelagus/ et quantuncūq; p̄bueris doctrine/ſemꝑ apud te amplius tenes p̄bendū:atq; ideo doctus ſemꝑ petit ſe magis edoceri.Et certe ſi p̄ceptoꝛ quiſpiam eſſet infinite doctꝰ:ſemꝑ diſcipulus quantūcūq; didiſſet/peteret adhuc ampliꝰ erudiri/ꝛ nouꝰ eū ſciendi ſtimularet ardoꝛ/tā bonū/ tā pulchꝛum eſt ſcire/ et maxime te ſcire qui es oē bonum.neq; enī erga illū aliud eſſe poſſet q̄ꝫ diſcipulꝰ. An etiam fide doctꝰ: petit in bonitate tua que eſt veritas ꝛ fidei ſubſtātia plenꝰ edoceri:certe fides enigma eſt ſed vt phoſphoꝛꝰ ſtella eoi pulcherrima/certa eſt p̄nūcia ſolis:æq̇ fides eſt tue infinite p̄nuncia bonitatis. t

5 Multiplicata eſt ſuper me iniq̇tas ſuperboꝛū: ego autē in toto coꝛde meo ſcrutaboꝛ mandata tua. Qui ſanū habēt guſtū:de ſapoꝛibꝰ recte iudicant.qui autē ſenſum illū coꝛruptū habēt:amarum dulce/ꝛ plerūq; dulce iudicāt amarū. Ita ſupbi iudicio rationis deſtituti:ſeruos tuos ꝋ amatoꝛ veritatis/multipliciter arguūt falſitatis/īpꝛobitatis et mēdacij.hi autē toto coꝛde ſe exercent in mandatis tuis.Si ſana/ſi dulcia/ſi vera ꝓſunt ꝛ ægri illa noxia amara et falſa dicūt vehemēter eos icrepātes qui illis vti volūt:nūq̇d iccirco/qui recte valēt ſanūq; ꝛ incolume habent mentis iudiciū/ ab eiſdem abſtinebūt:tanto minus ſane a ſpūalibus bonis ob vaniloquia et intoꝛta maledicta ſuperboꝛum erit abſtinendū.apud quos ſanctitas eſt impuritas deuotio hypocriſis ꝛ ſimulatio/ timoꝛ dei vecoꝛdia/ et amoꝛ inſania.quīpotiꝰ ſerui tui multomagis puritatē retinere ſtudebūt/deuotionē adaugebūt/timoꝛe(neq̇d offendāt)cautioꝛes erūt/ꝛ āplioꝛe charitatis igne feruebūt/huius dicti ꝓphete memo=

Ayuntamiento de Madrid

res/multiplicata eſt ſup me iniquitas ſuperborũ/ego vero ſcrutabor mandata tua.ſic natura boni ex
ſuo cõtrario roborata/ſolidata atqꝫ fortificata. Hic eſt enim generoſus nature conatꝰ quẽ tu cunctis
O optime rerũ indidiſti rebus.nõne calx frigido ſuccẽditur:⁊ contrarium roboratur ſuo irritante con
trario? ⁊ humilitas igitur/ſuꝑboꝝ laceſſente cõtumelia perficiet magis/ roborabit atqꝫ ſolidabitur.
6 ¶ Coagulatum eſt ſicut lac cor eorũ:ego vero legẽ tuã meditatꝰ ſum. Et lac et adeps frigido dẽſat: t
et calido ſoluit.caliditas deſurſũ eſt.nã ⁊ radiꝰcalet.frigiditas orit deorſũ.ſiqdẽ ⁊ terra q̃ oĩbus ſub
ſidet infima:friget.caliditas luci amica frigiditas tenebris.nã qd igne calidius? totꝰ tamen lucet. et
cãdida dies/calẽtior.nox opaca/frigentior.natura calida/leuia.frigida/grauia.calida/rara.frigida
dẽſa.eteni ignis calidiſſimꝰ.leuiſſimꝰ pariter ⁊ rariſſimus. et terra gelida/grauiſſima dẽſiſſimaqꝫ.ca
lor rurſus:purgat/ꝓbat/examinat:frigus cõtra:cõmiſcet/ĩprobũ facit/cõfundit.calor/omniartifex.
frigus/iners torpidaqꝫ natura.calor dilatat.frigus conſtringit.ille letitiam parit.hoc deſtruit/meſti=
tiãqꝫ generat.calor beneficus.noxiũ frigus.calor/vite.frigus/mortis initiũ.quis igit hoc paradig=
mate nõ videt ſuperbos/ quorum aĩa vt lac ⁊ adeps coagulata eſt:frigide/ime/tenebricoſe/ grauis/
denſe/ocioſe/permixte/improbe/cõfuſe/dure/ rebellis/aſtricte/ triſtis/malefice mortifereqꝫ eſſe na=
ture.humiles vero cõtra:dilatatos corde/charitate feruẽtes/lucide/ agile/ſubtilis/ ſpiritificeqꝫ eſſe
ſubſtãtie. Inſuꝑ et purgatos/ꝓbatos examinatos/efficaces/⁊ iugiter diuinã legẽ meditãtes/ iuſſio
nibus diuinis amplũ patulũqꝫ pectus expandentes/ hilares/beneficos ac viuificatos? qui igit vere
ſeruꝰ dñi eſt/cognoſcẽs aduerſantiũ ſuperborũ inuidia ⁊ odio charitatem extinctam: optimo iure di
cet/coagulatum eſt ſicut lac cor eoꝝ/ego vero legẽ tuã meditatꝰſum.coagulatum eſt cor ſuperborum
ego vero dilatatus ſum.ego lege tua delectatus ſum.ego legem tuam meditatus ſum.
7 ¶ Bonũ michi quia humiliaſti me: vt diſcã iuſtificatiões tuas. Siue equꝰducit ad alta/ſiue reuoca t
tur ad ima/ſiue flectit in dexterã/ſiue retorquetur in læuã:eodẽ freno moderatur/ ne vel in preceps
dedatur/ vel vſpiam exorbitet/ vſqꝫue exſpaciet.hũc in modũ tu iuſtarũ inſeſſor animarum humilita
te ceu freno eas dirigis ſeu contemplatione ad alta feruntur/ ſeu actione deſcendunt ad ima/ ſeu ſe=
cunda aſſunt/ſiue aſſunt aduerſa. atqꝫ cum id tibi expedire videtur qui ſolus ſapiẽtiſſimus es veluti
calcaris ſuffoſſione/aliqua afflictione ſtimulas/excitas/torporem eximis diligentiãqꝫ reparas.mira
res:humilitas exaltatur/et ĩ ſummis detinet ne ruatur in preceps.imo in ſummis eſt humilitas:⁊ in
imis ſummitas.nã illa eleuat ⁊ ſuꝑuehit ad ſumma. Et quẽadmodum grãde malum eſſet equo care=
re freno (nã cõtinuo cõtumax factus excuteret vtile ſeruitij iugum/⁊ quo ferret ĩpetus/ nullã certam
ſecutꝰ viã/inordinate ferretur/vagaret/exſpaciaretur/neqꝫ diſceret vnq̃ aut ſeſſori parere/ aut recta
incedere)hoc pacto deme humilitatẽ:protinus cõtumax/ rebelliſqꝫ efficiere: ſuaue dñi iugum excu
ties.recta nõ incedes.precepta nõ diſces.mãdata non capeſſes.grauiſſima igitur pernicies eſſet hu=
militate carere.quod ſolers ſeruus tuus minime ignorãs/ĩgenue fatetur/cum dicit. bonum quia hu
miliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas. immo et ſi afflixiſti etiam bonum.nam ſine calcari nullus
equus bene currere:neqꝫ puer ferme nouit ſine virga probos mores bonaſqꝫ litteras perdiſcere.
8 ¶ Bonum michi lex oris tui:ſuꝑ milia auri ⁊ argenti. Si nichil noſtro verbo proferimus/niſi quod t
cõcupimus:certe lex verbo dei enunciata/diuina eſt conceptio.et ſi lex principis eſt mentis eius ra=
tio/ad recte cõuenĩẽtibus medijs gubernandũ/et gubernata ad bonum dirigendum/premium parẽ
ti/penam tranſgredienti ſtatuens:⁊ lex quoqꝫ diuina/mentis diuine ratio erit/qua cõuenientiſſimis
medijs gubernat/ et gubernata ad optimũ traducit/ſtatuẽs nichilominus parenti premium/ ⁊ tranſ=
gredienti penã.huius eni illa ſymbolũ eſt/illa typus:hec exemplar ⁊ veritas.⁊ hec et illa/ rationa=
lia reſpicit capaciaqꝫ mẽtis.nã neqꝫ inanimis neqꝫ mutis lex proprie poſita eſt: ſed ſola prouidentia
diſpenſat.ergo ſi pro humana lege (que tẽporanea eſt)aut obſeruata aut ſpreta/ gratia aut pena de=
betur temporalis:pro diuina que eterna eſt/gratia (que obediẽtie premium eſt)aut ſupplicium pro
contẽptu/iure debebitur eternum. non enim ijs qui benefactrici legi tanq̃ medico ſananti debitores
exiſtunt:aliud eſſe premium q̃ gratia poteſt.ſcripture igitur ⁊ ꝓphetarum oracula/lex ipſa non ſunt/
ſed quedam legis expreſſio/multo magis a lege differens q̃ ſcriptura a voce/ q̃ vox a conceptione/
q̃ vmbra a luce/q̃ veſtigium a veritate.nõ enim tua conceptio/tua ratio aliud eſt a te deus.quo mo=
do igitur vnꝰ es ⁊ ſimpliciſſimus:ſic tua lex vna ac ſimpliciſſima eſt.tu ĩmenſus:tua lex immenſa: tu
ineſtimabilis.quo pacto igitur tua lex eſtimabit milibus appreciabilis metalli? O q̃ vere dicitur.bo
num michi lex oris tui:ſuper milia auri ⁊ argẽti.q̃ vere aſtruxit ſanctorum tuorum vnus. Rex vnus
apibus/⁊ dux vnus in gregibus/et in armẽtis rector vnus:multo magis mundi eſt rector vnus. qui
vniuerſa quecũqꝫ ſunt: verbo iubes/ratione diſpẽſas/ virtute confirmas.q̃ videri non potes:quia vi
ſu clarior es.qui cõprehendi non vales:quia tactu purior es.qui non vales eſtimari:quia precio ma
ior es.et ideo ſic te digne eſtimamus:dum te ineſtimabilẽ ducimus.vnum eſt incõnumerabile/ineſti
mabile:omnis multitudo eſtimabilis.Sed forte milia auri ⁊ argenti meliora ſunt eloquijs/oraculis



Ayuntamiento de Madrid

prophetarum/expreſſioneq̄ legis. At quomodo: cūm illa terre/hec diuine mentis ſit fœtura? cū il-
la ne mortalem quidem vitam prorogare poſſint: hec autem ducant ad ineſtimabile bonum? miſeri
igitur ſunt/ et vita indigni qui diuitias/ qui milia auri et argenti preponunt eloquijs tuis.
ADVERTE. Tertio verſu. priuſq̄ humiliarer ego deliqui: Hieronym⁹ ex hebræo/ anteq̄ audirē
ego ignoraui. antecedentia ponit hieronymus/ interpretes conſequentia. ſiquidem diuinam legem
diuinaq̄ mandata cognoſcere humilitatis cauſa eſt: ignorare profecto eſt ſuperbie et contemptus oc
caſio. et reuera diuina lex et diuina volumina deberent eſſe noſtra carmina/ noſtre meditationes ꝛ iu
ges laudes toto tempore noſtre fugientis et momentanee peregrinationis in hoc ſtadio probatiōis
noſtre. carmina hec ꝙ dulcia erunt in altero ſclo: ꝙ amara ꝙ luctifica. Tibulliana et Catulliana et q̄
eiuſmodi ſunt. Prima illa/ vite lectio. at impurorꝝ authorꝝ qui venerē olent/ cinædos/ ꝛ impia dæ-
monū flagitia/ ſine quorꝝ noibus nullū carmen pulchrū putāt/ nullū cōcinnū/ nullū belle ſonās/ craſ-
ſius ingeniū phrigio illo Mida habētes/ carmina ſunt mortis/ ſed mortis ſcd̄e/ ꝛ perpetue mortis le
ctio. Hāc cōfeſſionē meā ſuſcipiat deus ad meā ꝛ multorꝝ ſalutē. ¶ Quinto verſu. multiplicata eſt ſu
per me iniq̄tas ſuperborꝝ: Hieronym⁹ ex hebræo/ applicabāt michi mendaciū ſuperbi. quaſi hec ſit
intelligentia: impingebāt michi mēdaciū/ in me cōmētabātur falſum. ¶ Eodē quinto verſu. ego aūt
in toto corde ſcrutabor mādata tua: ex hebræo ego aūt ī toto corde ſeruabam precepta tua. quo fit vt
potius nobis legendum ego autem ſcrutabar. ¶ Sexto verſu. coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:
Hieronymus ex hebræo/ incraſſatum eſt velut adeps cor eorum. quod et melius putant/ ꝙuis pa-
rum euarier intelligentia. pretenditq̄ id/ anima eorū ebes facta eſt: ꝛ denſus/ craſſus ſupinus ac pin
guis eorum ſenſus. ¶ Secunda particula eiuſdem ſexti verſus. ego vero legem tuam meditat⁹ ſum
Hieronymus ex hebræo/ et ego in lege tua delectabar. lege analogie rectius hic delectabar ꝙ me-
ditatus ſum. nā coagulari aut incraſſari et dilatari quod in ſe claudit delectari/ oppoſita ſunt. ſiqui-
dem qui delectatur/ dilatatur: et maxime qui delectatur in ijs que ſpiritus ſunt. quare per id quod
interp̄tes tradiderunt/ nobis intelligendū eſt perinde ac ſi diceremus/ ego vero in lege tua dilatatus
ſum. et hec anime dilatatio/ eſt ex meditatione legis diuine āpla in deum charitatis effuſio. ¶ Octa
uo verſu. bonum michi lex oris tui. ex hebræo accōmodatior ſermo: melior michi lex oris tui vt to-
tus verſus hoc pacto intelligatur/ melior michi lex oris tui ꝙ millia auri et argenti.

| X | Joth. | Principium. | ℸ |
|---|---|---|---|
| 1 | Manus tue fecerūt me et pſalmauerūt me: da michi ītellectū ꝛ diſcam mandata tua. Joth. | Man⁹ tue fecerūt me et plaſmauerūt me: da michi intellectū vt diſcā mandata tua. Principiū. | Manus tue fecerunt me ꝛ plaſmauerunt me: doce me et diſcam mandata tua. ℸ |
| 2 | Qui tunēt te videbūt me et letabūtur: quia in verba tua ſuperſperaui. Joth. | Qui timēt te videbūt me et letabunt: q2 in verbo tuo ſperaui. Principium. | Qui timent te videbunt me ꝛ letabūtur: quia ſermonem tuum expectaui. ℸ |
| 3 | Cognoui dn̄e q2 equitas iudicia tua: et veritate tua humiliaſti me. Joth. | Cognoui dn̄e q2 eq̄tas iudicia tua: et in veritate tua humiliaſti me. Principiū. | Scio domīe quia iuſtum iudicium tuum: et vere afflixiſti me. ℸ |
| 4 | Fiat miſericordia tua vt cōſoletur me: ſecūdum eloquiū tuū ſeruo tuo. Joth. | Fiat nūc mīa tua vt cōſoletur me: ſcd̄m eloquium tuum ſeruo tuo. Principiū. | Sit obſecro miſericordia tua in cōſolatiōe mea: ſicut locutus es ſeruo tuo. ℸ |
| 5 | Veniant michi miſerationes tue ꝛ viuā: quia lex tua meditatio mea eſt. Joth. | Veniāt michi miſeratōes tue ꝛ viuā: q2 lex tua meditatio mea eſt. Principium. | Veniant michi miſericordie tue ꝛ viuā: quia lex tua delectatio mea. ℸ |
| 6 | Confundātur ſuperbi q2 iniuſte iniquitatē fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Joth. | Cōfūdant ſupbi q2 īiuſte iniquitatem fecerūt in me: ego autem exercebor ī mandatis tuis. Principium. | Confundant ſuperbi q̄m inique contriuerūt me: ego autem loquar in preceptis tuis. ℸ |
| 7 | Conuertātur michi timētes te: et qui nouerunt teſtimonia tua. Joth. | Cōuertant ad me q̄ timēt te: et qui nouerunt teſtimonia tua. Principium. | Reuertātur ad me qui timent te: et qui ſciunt teſtimonium tuum. ℸ |

Ayuntamiento de Madrid

8 Fiat coꝛ meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

Fiat coꝛ meum immaculatum in tuis iuſtificationibus: vt non confundar.

Fiat coꝛ meum perfectum in pꝛeceptis tuis: vt non cōfundar.

## DECIMEOCTAVE OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

1 Manus tue fecerunt me et plaſmauerunt me: da michi intellectum et diſcam mandata tua. Si pi=
cta imago viueret et tangeret ſuum pictoꝛem/ non tamen pulchꝛitudinem agnoſceret/ quia non habe
ret ſenſum lucis/ et pꝛecaretur artificem tu vitam/ tu tactum michi dediſti/ da viſum quo te videam:
nonne artifex ſi poſſet oculos illi elargiretur et indulgeret/ quo a ſua imagine cognoſceretur? Tu con
ditoꝛ omnium rerum omnipotens es/ tu es ens entium/ vita viuentium/ ſenſus omnia permeans/ ra
tio cuncta gubernans/ et intelligentia omnia ſciens. tue manus hominem fecerunt/ verbum tuum et
ſpiritus tuus plaſmauerunt et oꝛnauerūt. tu eſſe illi largitus es/ et nobiliſſimum quidem omnium eo
rum q̄ in viſibili mūdo ſunt. tu vitā/ ſenſum/ rationē operi admolitꝰ es: illi tamē deeſt ſēſus pulchꝛitu
dinis tue agnoſcēde. nā tametſi te O pulcherrime rerū/ ratio aliquo pacto attigat: ceca tn̄ palpat. q̇d
igiť facies? imago tua/ plaſmatura tua te p̄cať/ ad te auide clamat. manꝰ tue dn̄e fecerūt me et plaſ=
mauerūt me: da michi intellectū/ vt diſcā mādata tua. da michi dn̄e q̄ finxiſti me lucis tue viſum/ da
pulchꝛitudinis tue ſenſū/ da michi intellectū/ nō vt ſtati ad tāte maieſtatis admittar aſpectum/ ſed vt
pꝛimū diſcā tibi ſeruire/ tibi ī illa luce famulari/ vt diſcā volūtates et bn̄placita tua. tu es oīpotēs arti
fex/ tuū velle eſt tuum poſſe/ tuū dicere eſt facere. q̇d facies? certe tu benefactoꝛ imēſe qui oīa gratis
es largitus/ nunq̄ꝫ vt tua conſumatioꝛ fiat imago tibiq̄ꝫ euadat ſimilioꝛ/ illud denegabis rogatus.
2 Qui timēt te videbūt me ⁊ letabunť: qꝛ in verba tua ſupſperaui. Cū ſeruꝰ dn̄m quippiā p̄catur qđ
verbo p̄ſtare poteſt/ ⁊ agnoſcit ipſū benigniſſimū ⁊ ad elargiēdū ꝓpenſū: magna ſpe verbi eiꝰ duciť/
et optat vt amici dn̄i ſic eū ſperātē agnoſcāt/ ⁊ gaudeāt ꝙ tāta ſpe dn̄i erigatur. Tu vero rex eterne cō
ditoꝛ: dn̄s ille es q̄ verbo oīa potes. ⁊ te p̄cata eſt imago tua/ factura tua/ fidelis ſeruꝰ tuꝰ: vt intelle=
ctū quo mādata tua diſcat illi īdulgeas. benigniſſimꝰ es/ liberaliſſimꝰ es. rite igiť in verbo tuo nō ſo=
lū ſperare ſed ſupſperare debet: vt ſpes eiꝰ ſit ſpe omni alia maioꝛ. vt et amoꝛ tui/ et tui timoꝛ debent
aliū quecūq̄ꝫ lōgo īteruallo oēm exuperare timoꝛē ⁊ amoꝛē. Et q̇dni optet: vt alij ſerui tui/ ſui autem
cōſerui te timētes ⁊ amātes/ illū videāt ſupſperātē ⁊ omni certitudine certiꝰ expectantē ſupbonū ver
bū tuū. quod illi elargieť tue lucis ītellectū ⁊ ſciētiā mādatoꝛū tuoꝛū. et idipſū vidētes cōſerui/ cōſo=
lentur: ſpem ſuā ad te qui ſolus optimus es roboꝛātes ⁊ etiā de cetero valētius erigentes.
3 Cognoui dn̄e qꝛ eq̄tas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me. Bonitas tuas ſupbone dn̄e q̄
deſideriū omne ad ſe mouet: nō excluſit p̄cantē/ nō fefellit ſperātē/ nō fruſtrata eſt expectātē. quomo=
do eni excluderet: q̄ oīa intra ſe cōtinet. falleret: q̄ eſt omne bonū. fruſtrareť q̄ oīa deducit ad effectū?
verbū igiť tuū ſupſperāti ſeruo tuo petitū īdulſit intellectū: ⁊ repēte factus eſt ſciēs. non enim ad do=
cendū tēpoꝛe eget. nā ſi ſenſibilis lux momēto res carneis obtutibus manifeſtat: quātomagis tua lux
ſpiritualibꝰ mētiū luminibꝰ mādata tua ocyſſime reuelat. qđ illuſtrationis bn̄ficiū agnoſcens ſeruus
tuus in clamoꝛē pꝛorupit. cognoui dn̄e quia æquitas iudicia tua: ⁊ ī veritate tua humiliaſti me. quo
modo eni cognouiſſet: niſi ſenſū cognoſcēdi tribuiſſes? Et mira dn̄e tua doctrina: que pꝛotinus infu=
ſa/ in veritate tua humiliat. ſic enim humilitas ⁊ tua doctrina ſūt nexa: vt ad nullum reſpicias niſi ad
eum quem doces et humilias. ad quē (ais) reſpiciā niſi ad humilē et trementem verba mea? nā cū tu
ſis ſumma lux: tuum reſpicere eſt illuminare/ et in veritate humiliare.
4 Fiat mīa tua vt cōſoletur me: ſcd̄m eloquiū tuū ſeruo tuo. Qui vere humilis eſt vere cognoſcit/ ⁊
idē vere amat. verus autē amoꝛ vehemēter perſtringit amantē. lāguet volēs: ⁊ vult languēs. ⁊ cum
aqua extiguat ignē: lachꝛime tamen paſcunt amoꝛē. hinc amatꝰ abſens deſiderio ſui flagellat amātē
et quāto magis flagellať amās: vehemētiꝰ amat. q̇d ei aliud amoꝛ (ipſo ſupdiuino ⁊ ſolo amabili ab
ſente amato) niſi ſanꝰ lāguoꝛ/ ⁊ ſanitas lāguēs/ niſi moꝛs viuēs ⁊ vita moꝛiēs? foꝛtis eſt (inq̇t) vt moꝛs
dilectio tua. hac vero de cauſa ſi q̇s cōtēnit/ ſi q̇s trāſgrediť/ ſi q̇s offēdit quē diligit aīa eius: nouus
luctus/ noua afflictio/ meroꝛ meroꝛi nouus ⁊ dura vt infernꝰ ſurgit emulatio. q̇d igiť faciat ī veritate
humiliatus: niſi clamet/ niſi totis viribus ad amatum ſuum miſericoꝛdie fontē vociferet. fiat mīa tua
vt conſoletur me ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo. O ſuperamabilis miſerere nimis afflicti/ miſe
rere nimis impatiēter amantis. tu verbo virtutis tue omnia fers. verbo me illuminaſti/ verbo me hu
miliaſti/ verbo me inflāmaſti: tu verbo tuo pariter noſtro medere languoꝛi.
5 Veniant michi miſerationes tue ⁊ viuam: quia lex tua meditatio mea eſt. Oculus ſanus non in=
diget collyꝛio/ ſane tibie fomento/ ſani humoꝛes carthartico: ſolus ſanus amoꝛ indiget medico. ſed
que medicina leuet amantem/ quem hinc amoꝛ hinc emulatio ad moꝛtem vſq̄ꝫ toꝛquent? Sola ama=
ti miſeratio. Quapꝛopter ad te clamat quem facis amoꝛe tui lāguere et zelo toꝛqueri amatoꝛum mi=

ſericoꝛdiſſime: veniāt michi miſerationes tue ⁊ viuā/ qꝛ lex tua meditatio mea eſt. q̄d eſt eñi lex tua: niſi bone volūtatis tue placita? illa amat/ illa meditat̄/ illa cogitat. que vis/ illa ſola vult: quomō eñi aliud vellet: qui volūtatē nō habet? dedit eī tibi velle ſuū. ergo velle nullū habet: niſi ſolū velle tuū.

l ¶ Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in manda- 5
tis tuis. Ad te iterum clamat ſeruus tuus qui es ſuper omnia et ſolus ab omnibus amandus. preſen te vita: viuimus. ergo ſi veniant miſerationes tue ⁊ viuam: tu preſens eris qui es amantium vita et medicatū erit amori. nā q̄ꝺ torquet abſētia: preſentia ſanat. ſed nondum medicatum erit emulationi. nā ſuperbi ſunt: qui te contēnunt/ qui repellunt iuſtificationes tuas/ qui dicūt vias tuas nolum⁹. illi ſunt q̄ iniuſto merore me cōfecerūt/ triſtitia macerauerunt/ retardarūt curſum meū ad te. ergo cōfundantur ſuperbi qꝛ iniuſte iniquitatē fecerūt in me. ego autē exercebor in mādatis tuis. Confundant̄ potius quia ſuperbe egerunt in te. ⁊ ideo iniuſte afflixerunt me. ⁊ hoc amoto emulationis pondere: expeditus exercebor in mandatis tuis. qui eñi fieri poteſt vt onuſtus ⁊ grauiſſima quidem mole/ niſi prius exoneratus/ ocyus ad te properet? Hūc ſola oneris abſentia leuat: quem preſentia grauat. ſic amor ⁊ emulatio ex oppoſito ledunt amantem.

l ¶ Cōuertant̄ michi timētes te: ⁊ q̄ nouerūt teſtimonia tua. Natura boni eſt/ p̄ſens iuuare: mali vero 7
cōtra preſēs ledere. O q̄ꝫ graue igit̄ malū eſt ſupbia: q̄ preſēs tā grauit̄ eū ledit quē nulla alia fere ledere poſſūt. ſiquidē diuinū amatorē pœnæ non ledūt/ ſitis/ fames/ vigilie/ nuditates/ paupertates ꝓprij cōtēptus/ cōtumelie/ irriſiones nō offendūt: ſola ſuperbia/ ſoli eū ledūt ſupbi. nō qꝛ in illū: ſed quia in te qui es ſūmus amor/ ſupbi ſūt: iccirco tantū a ſe malū petit auferri. ſed quomō auferretur niſi ipſorū abſentia/ ⁊ diſſimiliū preſētia? tenebre eñi ſi abſint: ſuccedit claritas. Et q̄ ſūt illis diſſimiles niſi qui timent te ⁊ nouerūt teſtimonia tua? Quapropter ſeruus tuus vt eum oī ex parte a malo liberes/ coniūgaſq̄ꝫ bono te ſupplex hoc pacto predat̄ ⁊ orat. Conuertantur michi timentes te: ⁊ q̄ nouerunt teſtimonia tua. veniāt ad me ⁊ cū illis viuā ⁊ cōuerſer: qui norunt adimplere mandata tua.

l ¶ Fiat cor meū īmaculatū in iuſtificationibus tuis: vt non cōfundar. Diuinus amor puritate viuit ⁊ 8
in amenitate deliciatur. hymnis/ cantileniſq̄ꝫ amoris nulla harmonia maior. redolentia eius nullus odor flagrātior. aſpectu ei⁹ nulla lux fulgidior. guſtu eius nulla dulcedo dulcior. attactu eius nulla mundicia purior. Merito igitur ſi quis in conſpectu amoris apparet inquinatus: protinus repellit̄/ retruditur/ confunditur. ſolicitus igitur eſſe debet qui amat: vt nitidus omni ex parte et mundus appareat/ ⁊ cor gerat mundiſſimū. nā illud offert amori. ⁊ dū illud offert: ſe ipſum offert totum. quare ſi dus amans ſummū precatur amatū/ qui ſolus nouit ex īmundis facere mundū/ fiat cor meū immaculatum in iuſtificationibus tuis/ vt non confundar. nam ſi inquinatus apparuero: confundar. ⁊ niſi tu ipſe mundaueris. nichil tibi offerri poterit/ quod non ſit immundum.

ADVERTE. Secūdo verſu. q̄ timēt te videbūt me ⁊ letabūt̄. videt̄ hic poti⁹ optādū q̄ꝫ aſſerendū vt ſic itelligat̄/ q̄ timēt te videāt me ⁊ letēt̄. nā multi timēt deū q̄ ꝓphetā diuino igne calētē nō videre optabat tñ a timoratis videri/ vt ei⁹ exēplo firmarēt̄ ⁊ ſpūali cōplerent̄ gaudio. q̄ꝺ ⁊ ſequētia verba fiat/ vaniāt/ cōfūdāt̄/ cōuertāt̄ ⁊ huiuſmodi īſinuāt. Sed hebreorū mos eſt æque p futurū indicatiui modi optare vt aſſerere. verū hec latinorū cōſuetudo nō eſt: cū aſſerēdi ⁊ optādi aliū ⁊ aliū modū habeāt hic iterpretes frequēter hec cōfūdūt: ⁊ optare vident̄ cū ſit aſſerēdū/ ⁊ aſſerere cū ſit optandum. nā q̄ ad ꝓphetiā ꝑtinēt/ ſūmopere aſſertionē: q̄ ad orationē q̄ꝫplurimū optationē expetūt. ¶ Septimo verſu. cōuertātur michi timētes te. recti⁹/ cōuertant̄ ad me. ex hebræo/ reuertāt̄ ad me q̄ timēt te.

XI

| | Caph. | Manus. | כ |
|---|---|---|---|
| c 1 | ²DEfecit ī ſalutare tuum aīa mea: in verbū tuū ſupſperaui. | ²DEfecit ī ſalutari tuo anima mea: ⁊ ī verbo tuo ſperaui. | ²DEfecit ī ſalutare tuum aīa mea: verbū tuum expectaui. |
| | Caph. | Manus. | כ |
| c 2 | Defecerūt oculi mei ī eloquiū tuū: dicentes quando conſolaberis me? | Defecerūt oculi mei ī eloquium tuum: dicentes qñ cōſolaberis me? | Conſūpti ſunt oculi mei ī verbum tuum: dicētes quādo conſolaberis me? |
| | Caph. | Manus. | כ |
| c 3 | Quia factus ſū ſicut vter in pruina: iuſtificatiōes tuas nō ſum oblitus. | Quia fact⁹ ſū ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſū oblitus. | Et cū eſſem quaſi vter in pruina: p̄cepta tua non ſū oblitus. |
| | Caph. | Manus | כ |
| c 4 | Quot ſunt dies ſerui tui: qñ facies de ꝑſequentibus me iudicium? | Quod ſūt dies ſerui tui: qñ facies de ꝑſequentibus me iudicium? | Quot ſunt dies ſerui tui: quādo facies in perſequentibus me iudicium? |
| | Caph. | Manus. | כ |

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| c 5 | Narrauerūt michi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua. Caph. | Narrauerūt michi iniqui fabulatiões: ſed non ita vt lex tua domine. Manus. | Foderunt michi ſuperbi foueas: que nō erant iuxta legem tuam. כ |
| e 6 | Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me\adiuua me. Caph. | Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me\adiuua me. Manus. | Omnia mandata tua vera: falſo perſecuti ſunt me auxiliare michi. כ |
| c 7 | Paulomin⁹ cōſumauerūt me ī terra: ego autē nō dereliqui mādata tua. Caph. | Paulomin⁹ cōſumatunt me ī terra: ego vero nō dereliqui mādata tua. Man⁹. | Paulomin⁹ cōſūpſerunt me ī terra: ego autem nō dimiſi precepta tua. כ |
| c 8 | Secūdū miſericordiā tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui. | Secūdū miſericordiā tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui. | Secūdū miſericordiā tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiā teſtimonium oris tui. |

## UNDECIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

c ¶ Defecit in ſalutare tuū anima mea: ⁊ in verbū tuū ſuperſperaui. Mirabilis deus/ qui fingis labo 1
rem in precepto. p̄cepiſti enī te amare. te autē in hoc mūdo amare: fieri non poteſt ſine labore/ et magno quidē labore. nā te decet omnis ſuperexcellētia amoris. talis autem amor/ qui oēm alium excedit amorē: preſente re amata fruit̄: et ſcd̄m excellentiā amoris is qui amat oppletur gaudio. quare ſi multū ſupra ſe fuerit amor/ plenitudinē gaudij amans non ferēs deficit/ et labitur in extaſin. Et quēadmodum qui abſorbetur a luce/ lucet luce quā nō capit: ita qui abſorbetur a gaudio/ quieſcit quiete quā exprimere nō ſufficit. vbi aūt ſenſim ſe ſubſtrahit qui amatur: relinquit̄ amās ſibiipſi/ ex ieffabili quietudine ad inq̄etudinē relabens. Et vt ſatiatis cibo/ abſentibus copiis ſenſui redit deſideriū cibi: ita rurſum creſcit deſideriū amoris. ⁊ longa abſentia/ ſemp̄ inualeſcit. ⁊ qui amat torquet̄ ⁊ languet: et ſolū id habet qđ in amato ſperat. neq̄ enī ab altero pōt eſſe ſua ſalus. Qđ ſi res nimis in longū ꝓtelatur: magnitudine deſiderij victa mens amātis cōcidit. ⁊ ex oppoſito: labitur in extaſin. ex qua veluti ex grauiſſimo mortis ſomno ad ſe rediens/ ſpe tamen ſemp̄ freta/ queſtus ſuos promit ante amatū: quē certo ſcit ſe videre nō vidētē/ ⁊ certo audire cui ſe fecit abſentē. ⁊ q̇d is fecit q̇ ad te clamat/ defecit in ſalutare tuū aīa mea/ ⁊ ī verbū tuū ſup̄ſperaui? certe queſt⁹ ſuos ⁊ labores q̇s ex amore paſſ⁹ eſt O vnica amātiū ſpes: aū te ponit ⁊ collocat. quē ſola ſpes tui: ne prorſus cōcidat/ ⁊ fouet ⁊ ſuſtentat.

c ¶ Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū: dicentes quādo conſolaberis me. Qui ſunt oculi ſpiritualiter 2
amātis: niſi memoria/ intelligētia/ volūtas? memoria ad retinendū. intelligētia ad cōtēplandū. ⁊ voluntas ad amandū. memoria preſentialitatē/ intelligētiā illuminationē/ et volūtas affectat fruitionē. ſolus qui eſt īplet memoriā/ veritas intelligentiā/ bonitas voluntatē. ſubſtrahe igit̄ qui eſt/ veritatem bonitatem: oculi illi inopes ſunt ⁊ vani. atqui corpus inedia conficitur et tabeſcit: hunc in modum et he vires/ ſi diu deſerunt̄ inanes. ergo qui verbo omnia potes: refice hos oculos ad te ſuſpicictes. ne cogas te afflicti depereūtē aſſidue dicere/ defecerūt oclī mei ī eloquiū tuū/ dicētes qn̄ cōſolaberīs me?

c ¶ Quia fact⁹ ſū ſicut vter ī pruina: iuſtificatiōes tuas nō ſum oblit⁹. Ut vter ī pruina rugat̄. vt ī fumo 3
nigreſcit/ cōtrahitur/ ſiccat̄: haud ſecus amātis cutis rugata/ ſquallida/ cōtracta/ ſiccata ſp̄ualē monſtrat amātē. hic enī color ⁊ hec habitudo (tantiſper dū amatus abeſt) tales decet amātes. ⁊ q̄uis talis ſit: nō tamē amati obliuiſcit̄ iuſtificatiōes. ſi enī mulier cui⁹ abſentis viri caſto pect⁹ ardet amore/ dū lōge alicubi abeſt/ domi ſquallida ſedet/ cultū negligit/ cōtrahit̄ areſcit/ iugit̄ mādatoꝝ mariti meminit: q̇d faciet diuin⁹ amās dū tādiu abſentis amati preſtolat̄ aduētū? ſi ſe comit/ ornat/ crinē pectit cutē curat/ delicijs fruit̄: nōne abſentē negligit/ aut aliū amat? ⁊ āpli⁹ nō ver⁹: ſȝ erit amator fictus. ⁊ quomodo etiā dicere poterit: quia fact⁹ ſum ſicut vter ī pruina/ iuſtificatiōes tuas non ſum oblitus.

c ¶ Quot ſunt dies ſerui tui: quādo facies de ꝑſequentibus me iudiciū. O deus qui tēpora in tua po- 4
teſtate ponis. cuius anima deficit / oculi cōſumpti ſunt/ cutis denigrata exaruit/ qui ſpem ſuam in te ſolū retinuit/ nullius vnq̄ȝ mandatorum tuorū oblitus/ interim ab īimicis tuis grauiter laceſſit⁹/ grauiora perpeſſus: dum petit quot ſunt dies ſerui tui/ quādo facies de perſequētib⁹ me iudiciū: is duo a te petit. vnum/ quot ſunt dies ſerui tui/ quot adhuc ſuperſunt dies illi dū eū viſitabis/ dū conſolaberis. alterum quādo facies de perſequentibus eum/ iudicium? quādo aduerſarios eius immo tuos iudicabis. ſi vel illi tātulum cognoſcere p̄ſtabis: q̄ȝ plurimū dū cōſolationē tuā differs/ ipſū leuabis?

c ¶ Narrauerūt michi iniqui fabulationes: ſed nō vt lex tua. Quid placet amanti niſi audire de ama- 5
to. et ſi ſolus placet: de ceteris audire diſplicet. ⁊ ſi aliorum ſermo de eo gratus eſt: q̄ȝ gratus eſſe debet qui ex ore eius de eo eſt? Is autem de eo ex ore eius ſermo: lex eius eſt. ergo nichil audire amans



Ayuntamiento de Madrid

ti lege eius gratius eſſe poteſt. Sed ſuperbi et ſiqui de quibus loquunt᷑: hi de cumulādis nūmis/ illi
de fluxis honoribus/ alij de opiparis dapibus/ alij de fedis voluptatibꝰ. nullus ſermo de eo ſolo q̄
vere eſt amādus. adeo vt horum faſtidio et pre indignatione ſpiritualis amans exclamare cogatur.
narrauerūt michi iniqui fabulationes: ſed nō vt lex tua. nā cetera preter legem tuā/ aut illi adminicu
lantia: futilia ſunt ⁊ vana. ⁊ tāto magis ſi legi tue aduerſantia ⁊ prauæ hæreſeos dogmata.
6 ¶ Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me adiuua me. c
7 ¶ Paulominus cōſumauerunt me in terra: ego aūt nō dereliqui mādata tua. Deus qui omne altum c
inclinas/ ⁊ humile exaltas: parū eſſet ſuperbos de alijs loqui ac alia probare/ niſi etiā conarētur tua
improbare/ tuos pſequi ⁊ affligere. tua autē improbare non poſſunt. quia omnia mādata tua veritas.
et vt lux tenebras: ita ilico extrudit ⁊ effugat omne falſū tua veritas. fortis igitur eſt et inſuperabilis
tua veritas. ſed ſeruꝰ tuus te abſente/ vel potius abſentāte (quomodo enī abeſſes qui vbiq3 es ⁊ oībꝰ
ades?) tādiu lāguens/ tantū ab hoſtibus laceſſitus/ īpetitus/ afflictus: debilis eſt. quapropter cogit᷑
ad opem tuā confugere/ ſuppetias īplorare/ ⁊ ad te vociferari. oīa mādata tua veritas: iniqui perſe-
cuti ſunt me/ adiuua me. Paulominus cōſumauerunt me in terra: ego autē nō dereliqui mādata tua.
Certe dn̄e tu hec ſinens/ diſſimulās/ differēs: ſeruos tuos nō reprobas/ ſed ꝓbas. ⁊ ſimilis es regi (ſi
quis vn̄q̄ talis fuerit) gēmulā geſtāti/ quā cū manu claudit/ nulli ſuoꝝ eſt viſibilis/ omniū tamē facto
rum ſpectator/ probator ꝓborū/ ⁊ īproborū reprobator. cui oēs ſunt p̄ſentes: ipſe vero oībus abſens
vel potius ſe abſentās. haud modo diſſimili dominator eterne cū vis te abſentas/ oīm ſpectator/ pro
bator/ reprobator: ⁊ omnes ſemꝑ tibi p̄ſentes. verum tu tunc etiā omnibus preſens: ſed occulte pre
ſens. quid enī abſentare aliud ſignificet: q̄ꝫ te preſentē eſſe? ſed occulte preſentē q̄ nulli potes abeſſe.
8 ¶ Secundū miſericordiā tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiā teſtimonia oris tui. Tu dn̄e īmenſus es et infi- c
nitus. ⁊ a quonā infinitū moueri poteſt? ꝓculdubio a ſolo infinito. ergo cū tu ſuccurris et adiuuas:
lachrime/ ſuſpiria/ lāguores/ extaſes/ ꝑpetes vigilie/ ſqualores/ cōtabeſcētie/ zeli/ hoſtiū perſecutio
nes/ afflictiones/ afflictorū ad te eiulationes ⁊ id genus permulta/ iure nō te mouent. ſed cum hec aſ
ſint: te mouet tua miſericordia que eſt infinita. Et contra/ cū quos punis ⁊ iudicas. non te mouent cō
temptus/ iniurie/ tranſgreſſiones ⁊ horrenda flagitia: ſed cū hec aſſint / te mouet tua infinita iuſtitia.
Quod cognoſcens ſeruus tuus/ nō illa que affectus mouerēt humanos/ vt te moueant ante te repre
ſentauit: ſed vt cū illa aſſint/ te moueat miſericordia tua te precatur. ſecundū miſericordiā tuam viui
fica me (inquit) ⁊ cuſtodiā teſtimonia oris tui. cuſtodiuit in abſentia vt in morte: cuſtodiet in preſen-
tia vt in vita. tu es illi vita. tu enim es certe (vt quidā ⁊ recte ⁊ vere ait) qui amas vt charitas/ q̄ viui
ficas vt vita/ incōprehenſibilis vt īfinitas/ regnās vt maieſtas/ iudicās vt æquitas/ q̄ operaris vt vir
tus q̄ vt lux reuelas/ qui vt mīa ſubuenis/ ſuccurris vt pietas/ aſſiſtis vt ſalꝰ/ cōſumas vt fœlicitas.
ADVERTE. Primo verſu. defecit in ſalutare tuū aīa mea. verbū CALETAH hic poſitū ī pri
cipio ſiue CALAH/ apđ hebræos latā hꝫ ſignificationē: deficere/ q̄eſcere/ ꝯſumari/ finire/ ꝯpleri/
ꝑfici/ deleri ſignificās: iuniores addūt īſuꝑ cōplacere ⁊ delectari. quapropter ⁊ ītelligi poſſet ꝯſuma
ta eſt ⁊ ꝑfecta aīa mea ī ſalutari tuo. nā ipe ſalutaris/ omniū finis et cōſumatio eſt/ ⁊ illiꝰ ꝯſumationis
et perfectiōis ſpes cauſa ſubiūgitur. Hieronymꝰ et īterpretes prima vſi ſunt ſignificatiōe. quē ſēſum
quartꝰ verſus/ defecerūt oculi mei in eloquiū tuū efflagitare videt᷑. Sed forte dicet q̄ſpiā quo pacto
ſpes cauſa defectiōis ſubnectit᷑? nā ſpes potiꝰ videt᷑ nos alere ⁊ ſuſtinere ne deficiamus. Verū hec ar
gumētatio ī Hieronymū nō ꝓcedit: q̄ particulā cauſe nullā ſubiūxit. at ꝑ īterp̄tibꝰ id forte ex ꝓuer-
bijs Salomonis afferre q̄s poſſet: ſpes q̄ differt᷑ affligit animā. ⁊ q̄d afflictio ſi vrgēs/ ſi vehemens ſit
efficit: niſi defectionē? ⁊ de longa ſpe ⁊ expectatiōe ſalutaris affligēte animā zelātis hic eſſe ſermonē.
alij ītelligūt/ delectata eſt in ſalutari tuo aīa mea. neq3 ſpes male ſubnecteret᷑ cauſa. nā bonū qđ ſpera
mus: quāto maiꝰ ⁊ diuiniꝰ/ tāto nos magis delectat. ¶ Tertio verſu. q̄r factꝰ ſū ſicut vter in pruina:
Hieronymꝰ ex hebræo/ ⁊ cū eſſē quaſi vter ī pruina. ⁊ cū: rectius dici videt᷑ q̄ꝫ q̄r. ne prima particula
ſubſequētis particule cauſa aſſignari videat᷑. ⁊ ſūt q̄ cēſēt nō ī pruina ſed ī fumo potiꝰ dicēdū (tametſi
interp̄tes dixerit ī pruina/ quos videt᷑ Hieronymus ſecutus) id exiſtimātes vtrē in fumo cōtrahi/ cor
rugari ⁊ deficere potiꝰ q̄ꝫ ī pruina. ex pellibus enim animaliū vtres (vt adhuc hircorū ⁊ caprarū ī ple
riſq̄ꝫ locis fit) cōfici ſolebāt. Adde qđ in cāticis cāticorū qđ hic ponit᷑ vocabulū/ fumus interpretatur:
vbi dicitur ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe. ¶ Quinto verſu. narrauerūt michi iniqui fabu
lationes/ ſed non vt lex tua. paulo aliter ex Hieronymo/ foderūt michi ſuperbi foueas/ que non erāt
iuxta legem tuam. intellige omnem hæreſin et ſermonem a deo ⁊ diuina lege exorbitantem aut alie-
nantem/ foueam eſſe: quam ſuperbi/ ⁊ ſuo ſenſui innitentes foderunt ad precipitia pijorum. et hoc ip-
ſum intellexerunt interpretes cum dixerunt/ narrauerūt michi iniqui fabulationes. que ſi lex diuina
ſaluat (cum ille non ſint vt lex diuina ſed potius aduerſe ⁊ contrarie) proculdubio ꝑdunt ⁊ interimūt
quanto igitur animo/ quanta diligentia huiuſmodi fouee a nobis vitande ſunt et fugiende?

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

XII Lamed.

1 In eternum domine: verbum tuum perma net in celo. Lamed.

2 In gñatiõe ⁊ generatiõe veritas tua: fundaſti terrã et permanet. Lamed

3 Ordinatione tua perſeue rat dies: quoniã omnia ſer uiunt tibi. Lamed.

4 Niſi q lex tua meditatio mea eſt: tũc forte perijſſem ĩ humilitate mea. Lamed.

5 In eternũ non obliuiſcar iuſtificatiões tuas: q ĩ ip ſis viuificaſti me. Lamed.

6 Tuus ſum ego\ſaluũ me fac: quoniam iuſtificatiões tuas exquiſiui. Lamed.

7 Me expectauerũt peccato res vt perderẽt me: teſtimo nia tua intellexi. Lamed.

8 Omnis cõſumationis vi di finem: latum mãdatum tuum nimis.

**ROM.**

Diſcipline.

In eternum domine: permanet verbum tu um in celo. Diſcipline.

Et in ſeculum ſeculi: veri tas tua. Diſcipline.

Fundaſti terrã ⁊ pmanet ordinatiõe tua perſeuerãt dies: quoniam omnia ſer uiunt tibi. Diſcipline.

Niſi q lex tua meditatio mea eſt: tũc forſitã perijſſẽ ĩ humilitate mea. Diſcipline.

In eternũ non obliuiſcar iuſtificatiões tuas: q ĩ ip ſis viuificaſti me Diſciplĩe

Tuus ſum ego\ſaluũ me fac: quia iuſtificationes tu as exquiſiui. Diſcipline.

Me expectauerũt pctõres vt perderẽt me: teſtimonia tua intellexi. Diſcipline.

Omni conſumationi vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

**HEB.**

In eternum domine: verbum tuum perſtat in celo.

In generatione et genera tiõe fides tua: fundaſti ter ram et ſtat.

Iudicio tuo ſtant vſq; ho die: quia omnia ſeruiunt tibi.

Niſi q lex tua delectatio mea: forte perij ĩam in preſ ſura mea.

In ſẽpitnũ nõ obliuiſcar preceptorũ tuorũ: q per ipſa viuificaſti me.

Tuus ego ſum\ſalua me: quoniam precepta tua que ſiui.

Me expectauerunt impij vt perderẽt me: teſtimoniũ tuum conſiderabo.

Omnis conſumatiõis vi di finem: latum mandatũ tuum nimis.

## DUODECIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

¶ In eternũ dñe: verbũ tuũ pmanet in celo. Rex celi ⁊ terre: ibi pmanet verbũ tuũ vbi ſp implet̃ p̃ceptũ tuũ. ſʒ vbi ſp implet̃: niſi in celo? vt eni ſp lucidũ eſt/ nichil in ſuo motu ſuſtinẽs aduerſũ/ vices ſuas inceſſãter ſimiliq; modo peragẽs/ lucẽ caloreq; ꝓpagãs/ in hoc p̃ceptũ tuũ iugiter implens: nõ aliter celi habitatores tua luce ſp radiati/ nichil vt tuũ verbũ impleãt ſentiũt aduerſi/ nichil reluctaminis/ nõ affect⁹ diſturbãt/ nõ diuellũt/ nõ diſtrahũt/ nõ afflat⁹ ſpirituũ noxij alio quopiã ꝓpellũt/ nõ aliud placet ſpectaculũ. te ſolũ ſuſpiciũt ⁊ admirant̃. functiones ſuas iugiter irrequiete ⁊ diuiniformiter pagũt: ⁊ iferiorib⁹ iparticipatæ tuæ lucis cognitionẽ amoreq; trãſfũdũt: illic amor viuit voluptate. nã amato fruũt̃. qd eſt eni fruitio: niſi amoris ĩ amato voluptate nutritio? hic aũt viuit dolore: vbi nõ pmanet v̾bũ tuũ. illic amor eſt ĩ regno ſuo. hic aũt ĩ exilio. O q̃ʒ g̃ p̃cãdũ eſt amatorib⁹ tuis adhuc exilio detentis/ nobis adueniat regnum tuum/ vt tu qui per te bonus es docuiſti eſſe orandum. q̃ʒ frequens ſacratiſſime inſtructionis diuiniſſimi oris tui particula/ eiſdem repetenda: fiat voluntas tua ſicut in cælo et in terra/ vere id confitentibus/ in eternum domine verbum tuum permanet in cælo. et cognoſcentibus hic incoatum: illic autem conſumatum amorem tuum.

¶ In gñatiõe ⁊ gñatione veritas tua: fundaſti terrã ⁊ pmanet. Sʒ quo mõ ſe excuſabunt q ſunt ĩ terra: q non iugiter cuſtodiãt verbũ tuũ? q vt oĩm oculis facis illucere ſolẽ tuũ: æque lex tua fides tua veritas tua/ oĩ natiõi apta eſt/ q̃ vere eſt illuminatrix mẽtiũ. Et vt q ſe ſoli cõmittit/ illuminat̃ ⁊ incaleſcit: ſic ⁊ q ſe veritati tue cõmittũt/ illuminãtur ⁊ incaleſcũt. illuminant̃: ad cognoſcendũ ⁊ cuſtodiẽdũ verbũ tuũ. incaleſcunt: ad te q ſolus es ſp ſuperamãd⁹/ diligendũ. Qſi q orto ⁊ alto iã ſole ĩ obſcuro loco rigẽt: nõ iniuria ſolis/ ſed eorũ ignauia qui ad lucẽ nolũt reſpirare. haud aliter ſi q ĩ vniuerſa terra tranſgrediũtur preceptũ tuũ: nõ tua culpa/ ſʒ illorũ ignauia / q nolũt ad tuã veritatẽ vbi ipſa lucet calet ⁊ viuificat oculos mẽtis admouere. nã in generatiõe et generatiõe veritas tua: fundaſti terrã et permanet. ad hoc ꝓfecto fundaſti terrã ⁊ permanet: vt in ea quẽadmodũ in celo/ verbũ tuũ ſp permaneret. ſed in illo in veritate: in hac in veſtigio ⁊ ænigmate. in illo in apta luce: in hac ĩ fidei ſubrutilatione. in illo in fruitiõe: in hac in ſpe/ et certa fruitiõis expectatiõe. illic vt in ſummo mõtis vertice: hic vt in ima mõtis valle. illic vt in regno: hic vt ĩ regni ſuburbio. hic vt ĩ atrio: illic vt in tẽplo ſancto tuo



Ayuntamiento de Madrid

l ¶ Oꝛdinatiõe tua pſeuerat dies: qm̃ oĩa ſeruiũt tibi. Quã hoĩes cæci: ꝛ q̃ veritas tua lucida dñe vir 5
tutũ/ q̃ ſectãda/ q̃ ãplectẽda? nõ ſolũ terra ſtat ꝛ pmanet: ſed ꝛ oꝛdinatiõe tua pſeuerat dies/ qm̃ oĩa
ſeruiũt tibi. ꝛ mũd⁹ pdurat vt ĩpleat̃ verbũ tuũ. ad hoc enĩ ipſũ oĩa ſeruiũt ꝛ famulant̃ tibi. ſi enĩ terre
ni pꝛĩcipis pceptũ tantũ poteſt/ vt terrena ſaluet loca/ ꝛ oĩa ĩ illis ad pceptũ ei⁹ habeãtur accõmoda/
alioq̃ pcepto ceſſante abeũt neglecta: quo mõ mũdi opificiũ (ĩ quo tu ſapiẽtiſſime ꝛ maxime regũ: tot
collocaſti cultoꝛes) q̃mõ ĩquã nõ pſeuerat nõ ſaluat̃ ad tua iuſſa capeſſẽda (quo modo nõ oĩa habeãt̃
ad ipm̃ famulantia? at qꝛ coꝛpoꝛalia/ inſtrumẽta ſunt ad ſeruiẽdũ tibi ĩ pegrinatiõe: qñ nõ ampli⁹ re-
quires obſequia peregrinoꝛũ/ ſed oẽs ciues erunt (ijs excluſis qui perpetuo exulabunt) coꝛpoꝛalia
trãſibunt/ aut immutabũtur in ſpũalia. vt (ſi magnis licet cõparare parua) eruca ĩ necydalũ: aut ci
nis teter/ ĩ trãſlucidũ vitrũ. quatenus cultoꝛib⁹/ oĩbus quidẽ ſpiritualib⁹: ſpiritualia ſĩt ꝛ ĩſtrumẽta.
l ¶ Niſi qꝫ lex tua meditatio mea eſt: tũc foꝛte perijſſem ĩ huĩlitate mea. Verbũ tuũ/ lex tua/ pꝛeceptũ 4
tuũ dñe/ qui verbo tuo cõdidiſti vniuerſa et cõdita ſeruas: vnũ ſunt. quare ſi verbi/ ſi pꝛecepti tui ob
ſeruãtia terrã ſaluat et mũdũ: q̃d mirũ/ ſi quis cũ humiliat̃/ cũ pmitur refugit ad legis tue ꝛ pꝛecepti
tui quo ſaluetur medicamẽtũ? et quidnã illud? certe legis tue meditatio ꝛ exercitatio. q̃d enĩ poteſt
totũ: quomodo nõ valebit ſaluare ꝛ mẽbꝛũ? quã ſi non meditaret̃/ ſi hoc ipſo exercitio nõ cõſolaret̃/ ro
boꝛaretur/ firmaretur aduerſus inſult⁹ ꝛ pꝛeſſuras nõ ſufficeret/ ſed tandẽ cederet/ deficeret/ ac succũ
beret. et quo modo etiã ſi legẽ tuã negligeret aut omitteret/ nõ periret? cũ a lege tua deficere ſit a via/
veritate ꝛ vita deficere. enimuero q̃ ab his deficit: a te q̃ vita eterna es deficit/ ꝛ p falſitatis tenebꝛas
ruit in moꝛtẽ/ in eternũq̃ perit. quapꝛopter nõ ab re pphẽta ſeruus tuus de ſe nimirum aſtruxit: niſi
qꝫ lex tua meditatio mea eſt: tunc foꝛte perijſſem in humilitate mea.
l ¶ In eternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: qꝛ in ipſis viuificaſti me. Si quiſpiã medicus me 5
dicamen noſſet/ quo quis ſe vẽdicare poſſet a moꝛte tẽpoꝛali: vbi q̃s illud didiciſſet/ nunq̃ vellet mã
dare obliuioni. tanto magis ſi q̃s ſcit quo pacto a ſempiterna moꝛte poſſit defẽdi et vita ſemp viuere:
nunq̃ debebit illius obliuiſci. ꝛ quidnã eſt quod ſemper viuere facit? certe obediẽtia ꝛ mandatoꝛum
tuoꝝ obſeruãtia. quid moꝛi? eoꝛundem tranſgreſſio. didicerat pꝛimus parens vnde ſemp viuere po
tuit (pietas enim diuina/ vt pijſſimus medicus eum pꝛedocuerat) ꝛ in pꝛecepto ſeruãdo iuſtificatio-
nem implebat/ ꝛ dei viuificabatur obediẽtia. O ſi mandata tua fixiſſet coꝛdi/ ꝛ firma animi dixiſſet ſẽ
tentia: in eternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas/ qꝛ in ipſis viuificaſti me/ nunq̃ in miſerã ruiſſet
moꝛtẽ ꝛ innumeris malis infelicem pꝛolem/ vniuerſã poſteritatem ſuam reliquiſſet obnoxiã. infelicem
inquam: niſi quam terrenus pater perdidit reſumat obedientiam ꝛ coꝛdi figat non obliuiſci iuſtifica-
tiones tuas/ in quibus ſolis obſeruandis vitam elargiris et pꝛeſtas/ quam nulla moꝛs vnq̃ ĩtercipit
l ¶ Tuus ſum ego ſaluũ me fac: qm̃ iuſtificatiões tuas exquiſiui. Seruus non eſt ſuus ſed dñi: et eſt 6
dñi in exequẽdis ei⁹ mãdatis. ꝛ quia cuiuſq̃ eſt rẽ ſuã curare ꝛ ſaluare: ſi ſeru⁹ aliqua aduerſitate pꝛe
mat̃/ ſi obꝛuat̃/ iuſte põt imo ꝛ debet a dño petere ſalutis opẽ. nõ tã vt ſe ſaluet: q̃ vt rẽ dñi ſui ſaluet/
rẽq̃ ei⁹ curet. Ita ſpũalis ſeru⁹ nõ eſt ſu⁹: ſꝫ dñi. ꝛ mãdata eiuſce dñi facit: cui⁹ puidẽtia ſuſtinet vni
uerſa. quo fit O vniuerſoꝝ dñe vt cũ ĩ neceſſitate cõſtituit̃/ ꝛ vires ſuas nequaq̃ ſufficere ſẽtit: iure ad
te vociferare poſſit. Tu⁹ ſũ ego/ ſaluũ me fac: qm̃ iuſtificatiões tuas exq̃ſiui. ſi enĩ nõ exq̃ſijſſet/ ſi non
ſeruaſſet/ ſi ĩ nullo ſeruiuiſſet: qua fiducia diceret/ tu⁹ ſũ ego? ꝛ ſi trãſgrediẽtẽ/ pdite/ ĩiuſte/ flagitioſe
viuẽtẽ calamitas obꝛuiſſet: quomõ dicere auderet/ ſaluũ me fac qm̃ iuſtificatiões tuas exquiſiui? vt
enĩ lux tenebꝛas nõ admittit/ vt nõ admittit vox ſilentiũ: neq̃ pculdubio veritas exaudit mendaciũ.
l ¶ Me expectauerũt pctõꝛes vt pderẽt me: teſtimonia tua ĩtellexi. Cũ auceps inſidiat̃ auibus: ea q̃ 7
patẽter ꝛ aperte vias diffugij nouit/ euitat interitũ. q̃ aũt nõ nouit: frequẽti⁹ occupat̃/ irretit̃/ detinet̃
et perit. hũc ĩ modũ benigniſſĩe de⁹/ cũ maligni ſpũs q̃ ipſi ſũt/ ꝛ q̃ a pꝛĩcipio peccãt aduerſ⁹ pios mo
liũtur ĩſidias: expectãt vt pdãt. ſeru⁹ aũt tuus opẽ tuã ĩploꝛat. tu vero (vt bonus es) illũ illuminas/
et ilico ĩtelligit veras vias (q̃ ſunt teſtimonia tua) quib⁹ tuto diffugiat ĩteritũq̃ vitet. liber aũt ꝛ abſo
lutus/ tibi gratias agẽs/ ꝛ bñficiũ illuminatiõis tue agnoſcẽs/ ↄfitetur ac dicit: me expectauerũt pec
catoꝛes vt pderẽt me/ teſtimonia tua ĩtellexi. q̃ aũt teſtimonia tua nõ intelligit: veras diffugij vias nõ
agnoſcens occupatur/ irretitur/ cõpꝛehenditur. depꝛehenſus autẽ malignoꝝ inſidijs: frequẽti⁹ perit.
l ¶ Omnis conſumationis vidi finem: latũ mãdatũ tuũ nimis. O fons bonoꝝ omniũ: qui es infinit⁹ 8
finis ꝛ tranſcendẽs oẽm finẽ. tu celos cõdidiſti/ terram fundaſti/ angelos/ homines/ viſibiles inuiſibi
leſq̃ naturas creaſti: ꝛ mundũ pſeuerare facis ob mandatũ tuũ obſeruandũ. ꝛ in hoc te omnium do-
minũ ꝛ tranſcendentẽ dominũ oſtendis: qꝫ oĩs conſumationis ꝛ omnis creature mandatum tuum eſt
finis. latũ igitur/ admodũ ꝛ excellẽter eſt mandatũ tuũ: quãdoquidẽ p omnia expaſſum. omnia enim
ſeruiũt tibi. Sed O dominatoꝛ immenſe cuius eternitate nichil eſt lõgi⁹/ amoꝛe latius/ maieſtate ſub
limius/ ꝛ abyſſo ſapientie pꝛofundius: ideo latũ mandatũ tuũ nimis/ quia totũ in amoꝛe tuo eſt fun-
datum. ſed ꝛ idẽ ſtrictũ: quia eſt via que ducit ad te. latũ ſpiritu: carne anguſtum. et contra quod car-
ne eſt latum: excludit anguſtatq̃ ſpiritũ. quid enĩ caro: niſi que ſpiritui aduerſat̃? cuius duratio pun-

Ayuntamiento de Madrid

ctum/amor inſania/altitudo ſupbia/ꝛ ſapiētia ſtultitia. cuius vie late ducunt ad interitū. bene ergo ĩ ſpiritu ſpiritualis ſeruus tuꝰ vidit latū mādatū tuū (caro enī cæca eſt: nec illud videre poteſt) q̄cq̄ ſit operū tuorū finis/cum in ſpiritu clamat. omnis conſumationis vidi finem: latū mandatū tuū nimis. ADVERTE. Tertio verſu. ordinatione tua. dici poterat iudicio tuo/ꝛ nō fuiſſet vocabuli ĩnouatio. imo dici debebat ex hebræo. nā ꝛ ita vertit hieronymus et ſic erat vertendū. quandoquidem in hebræo hic habetur vocabulum MISEPHAT quod ĩ hoc pſalmo ferme vigies ĩterpretes verterunt iudiciū. vt ogdoade Aleph verſu ſeptimo/Beth quinto/Daleth ſexto/He ſeptimo/Vau tertio/zai quarto/Heth ſexto/Ioth tertio/Caph quarto/Nun ſecūdo ꝛ quarto/Samech octauo/Ain primo/Sade primo/Coph quinto/Res quarto ꝛ octauo/Sin quarto/Thau ſeptimo. nōne igiť par et conſequens fuerat vt hic quoq̄ vertiſſent idem vocabulū iudiciū? ¶ Quarto verſu. tunc forte. ex greco τοτε ἄν. quod ſatis eſſe videtur ſi tunc dūtaxat interpretetur/et particula illa forte ſuperflua intelligatur. ꝛ in pleriſq̄ locis dubitationis particula ponitur vbi potius eſt aſſerēdi q̄ dubitandi locus. quod et hic intellexit ſacer Ambroſius qui hūc locū hoc pacto ĩtellexit: niſi q̄ lex tua meditatio mea eſt/alioqui periiſſem in humilitate mea. neq̄ deſunt qui arbitrentur nonnullis in locis vbi hieronymus habet/forte aut forſitan dicendū potius vtiq̄/ſane aut quippiā talium. ꝛ quod hic vocabulū Azai interpretatur tunc forte/maluiſſent interpretari tunc vtiq̄ quis enim dubitare debeat ſi in afflictione poſitus legis diuine obliuiſcatur/quin pereat? ſed de vocabulo diſceptent alij.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Mem. | Ex ipſis. | מ XIII |
| 1 | Quomodo dilexi legē tuā dñe: tota die meditatio mea eſt. Mem. | Quomodo dilexi legē tuā dñe: tota die meditatio mea eſt. Ex ipſis | Quam dilexi legem tuā: tota die hec meditatio mea. מ |
| 2 | Super ĩimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in eternum michi eſt. Mem. | Super ĩimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in eternum michi eſt. Ex ipſis. | Super inimicos meos inſtruxiſti me mandato tuo: quia in ſempiternum hoc eſt michi. מ |
| 3 | Super oēs docētes me intellexi: qꝛ teſtiōia tua meditatio mea eſt. Mem. | Super oēs docētes me intellexi: qꝛ teſtiōia tua meditatio mea eſt. Ex ipſis. | Sup oēs qui docebāt me eruditꝰ ſũ: qꝛ teſtionia tua meditatio mea מ |
| 4 | Sup ſenes ĩtellexi: qꝛ mādata tua queſiui. Mem. | Sup ſeniores intellexi: qꝛ mādata tua exq̄ſiui. Ex ip. | Sup ſenes intellexi: qꝛ p̄cepta tua ſeruaui. מ |
| 5 | Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua. Mem. | Ab oī via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verbum tuum. Ex ipſis. | Ab omni ſemita mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodirem verba tua. מ |
| 6 | A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti michi. Mem. | A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti michi. Ex ipſis. | A iudiciis tuis non receſſi: quia tu illuminaſti me. מ |
| 7 | Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Mem. | Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel et fauū ori meo. Ex ipſis. | Quā dulce gutturi meo eloquium tuum: ſuper mel ori meo. מ |
| 8 | A mādatis tuis ĩtellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. | A mādatis tuis ĩtellexi pp̄ea odio habui oēꝫ viā ĩiq̄tatis: q̄m tu legē poſuiſti mihi | Precepta tua conſiderabam: propterea odiui omnem ſemitam mendacij. |

TERCIJDECIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

¶ Quomodo dilexi legem tuā dñe: tota die meditatio mea eſt. Fieri ne poteſt vt diligēs dñi māda- 1
tum ſic vt tota die illud meditetur ruminet ac cogitet: nō diligat dñm? Minime omnium. nam amor
mādati: nō eſt niſi redundantia quedā amoris dñi. qui ergo dicit/quomodo dilexi legem tuā domīe/
tota die meditatio mea eſt: nichil aliud ĩſinuare intēdit q̄ quadā euphraſi/quadā honeſta loquendi
forma/modeſtoq̄ ĩdicio ingentē quē erga dñm gerit/ꝓdere amorē. neq̄ enim terreno regi ſeruus di
cat/vehemēter diligo te: ſed modeſtiꝰ mādatū tuum diligo/ꝛ ĩ eo aſſiduo vſu verſari michi q̄ gratiſ-
ſimū. quo ſatis ĩdicat ꝛ nō ĩdecenti modeſtia: magna ſe charitate erga dñm ſuum teneri atq̄ aſtringi.
¶ Super inimicos meos prudentē me feciſti mandato tuo: quia in eternū michi eſt. O q̄ diligēdum 2

Ayuntamiento de Madrid

eſt illud mandatũ: cuiꝰ cognitiõe ſeruus qui accipit a periculis ⁊ inſidijs liberaꝛ hoſtiũ: ꝙ benignus
qui indulſit: ꝙ bñficus qui mãdauit? Et qs eſt dñs ille: niſi tu rex regũ imenſe / qui dixiſti iugũ meũ
ſuaue eſt / et onus meũ leue? certe ſeruitiũ tuũ ſuſcipe: eſt eſſe liberũ: ⁊ ſuſcipe mãdatum tuum eſt ma-
ximũ accipe beneficiũ. mãdato tuo cæci illuminãtur / ſurdi audiũt / muti loquũtur / cõtracti eriguntur /
infirmi curantur / oẽm aduerſam poteſtatem ſerui tui effugãt ⁊ effugiunt et ipſum deniqꝫ mortis impe-
rium. ⁊ cui iugiter lux mandatorum adeſt: preuidet omnes molitiones aduerſantium poteſtatũ / pre-
uiſaſqꝫ facillime vitat ⁊ cauet. ⁊ ſic cum fiducia dicere poteſt: ſuper inimicos meos prudentem me fe-
ciſti mandato tuo / quia in eternum michi eſt. nonne ciuitas illa ſecura eſt / que eius vis ⁊ nature ſpecu
lum habet: in quod dum aſpicit / cõtinuo intuetur que cõſilia / quas inſidias admoliũtur hoſtes / ⁊ nõ
id ſolũ ſed ⁊ quibꝰ medijs conatibꝰ eorũ ſit obſiſtẽdũ? nõne ꝓcioſiſſimum duceret huiuſmodi ſpecu-
lũ? re vera hec fœlix ciuitas o regnantiũ ⁊ gubernantiũ optime / nulla alia eſt ꝙ ciuitas ſeruorũ tuo
rũ / ꝙ aĩe fideles tibi obſequentiũ. ⁊ illud ſpeculũ: nichil aliud eſt ꝙ tuũ ſanctũ ⁊ beneficũ mãdatum.
m ¶ Super oẽs docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Qui videt in luce ſolari: 5
clarius videt ꝙ qui videt in lumine lune. et qui in luce ſpirituali: clarius ꝙ qui in corporea luce. at-
qui teſtimõia dei exquirit: lucẽ veri ſolis exqrit / ⁊ diuinã et ſpũalẽ lucẽ. cetera aũt que quis doceat /
ſunt veluti quedam nocturna ⁊ precaria lunaris ſuffulgentia / ac veluti iam lux quedam corporea et
craſſa. illam deus infundit ⁊ docet: hanc infundunt homĩes. illam notio ⁊ ſapiẽtia comitatur diuina
hãc humana notio ⁊ diſciplina. quomodo igitur qui a deo doctus eſt non dicat: ſuper omnes docen-
tes me intellexi / quia teſtimonia tua meditatio mea eſt? ſicut enim deus homine ſuperior: ſic et diui-
na ſapientia / ea quæ humano labore reperta ſit / ſcientia dignior ⁊ eminentior.
m ¶ Super ſenes intellexi: quia mãdata tua exquiſiui. Sed nõne dñantiũ ſũme ⁊ ſcientium ſapientiſſi 4
me tu teſtimonia tua / tu mãdata tua ſpũalem ſeruũ tuum doces? ſi igitur ſuper omnes docentes ſe in
tellexit: nunquid ⁊ ſupra te cuius ſapientie non eſt numerus? Nequaqꝫ ita ſentit. et qui ita nectit: ca-
ptiũculã ignorantiũ / nõ ſcientiũ epichirema nectit / ⁊ indignũ aĩo ac pudẽdũ voluit ſophiſma / quod
tue aduerſatur ſapiẽtie. tu enĩ nõ es noĩe oĩm cõprehẽſꝰ: ſed ſuꝑ omnes. quomodo enĩ cõprehẽdereris
q̃ es incõprehẽſibilis? Sed ſeruꝰ tuus: ꝑ oẽs docẽtes ſe pñbyteros tuos intellexit ⁊ ſenes / quibus ex
officio mãdata tua enucleare incũbit. ⁊ ideo cõtinuo ſemetipm exprimẽs / ſubiũxit. ſuper ſenes intel-
lexi: quia mãdata tua exquiſiui. ac ſi aperte diceret ſuꝑ oẽs docẽtes me intellexi: id eſt ſuper preſby-
teros ac ſenes intellexi. ſic ⁊ intelligẽt qui dimiſſis hũanis diſciplinis / quaſi hũilioris edificij ſcalis:
ad altiſſimam mandatorũ tuorũ theoriam / ſpũalem anagogen exquiſitioneꝫqꝫ conſcenderint.
m ¶ Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua. Oculo corporis duce: pedibꝰ i 5
vijs itur. ratiõe autẽ ⁊ intelligẽtia ducibꝰ: affectibꝰ itur in agẽdis. affectꝰ igitur / agẽdorum pedes ſunt
ratio autẽ ⁊ intellectꝰ agẽdorum oculi / hic dexter / illa ſiniſter. vie carnis male ſunt et noxie: vie ſpiritus
bone ⁊ ſalutares. vias ſpũs / lex diuina irradiat. ⁊ in his: mãdatorum dei cuſtodia. vie carnis tenebre
ſunt: in quibus ⁊ mãdatorum dei preuaricantia. qui ergo deſiderio mandatorum dei implendorum
omnes affectus ſuos a vijs cõcupiſcẽtiarum carnis coercet: iure ad dominum hoc dicere valet eloquiũ.
ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua. alioqui in via mala verſatus quo
modo cuſtodiret? vbi nullum fit bonum: quo modo bonum operaretur / quo modo bonum ageret?
m ¶ A iudicijs tuis nõ declinaui: quia tu legẽ poſuiſti michi. Quis eſt qui a recta loquendi via nõ de 6
uiat: niſi cui grãmatice lex recte locutõis poſita eſt? qs a recta ſupputatiõe nõ deficit: niſi cui arithme
tice lex eſt. quis etiã a iudicijs diuinis non declinaret: niſi illi lex diuina poſita eſſet. lex ſiqdẽ diuina
oĩa fulcit oĩa cõtinet. ſimilis lucẽti catene a ſũmo celi vertice ad terrã vſqꝫ demiſſe: quã qui apprehẽ-
dũt ⁊ ſequũtur / ſcãdũt ad ſublimia. q̃ dimittũt q̃ ab ea deflectũt: nullo retinaculo fulti ruũt ⁊ deturbantur
ad ima. Quapropter a te o celorum rex illuminatꝰ / lucidã catenã hãc vidẽs: clamat / a iudicijs tuis nõ
declinaui: quia tu legem poſuiſti michi. tu lucentem a throno tuo ſiram demiſiſti: quam ne a iudicijs
tuis declinarem ſecutus ſum / quam ego apprehendi / quam amplectens nuſqꝫ a via vite deflexi.
m ¶ Quã dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Corpꝰ nutrit. ſpũs identidẽ nutrit. q̃ 7
autẽ nutrit corpus: illo et viuit. igitur ⁊ quo alitur ſpũs: viuit ⁊ ſpũs. pane corpꝰ viuit. ſed quo alio
cibo viuit ſpũs: niſi ex omni verbo quod ꝓcedit de ore dei? verbum igitur dei: cibus eſt ſpũs. et fau
ces eius attractiueqꝫ aĩe vires diuinã illã verbi dei alimoniã auide glutiunt vt intimam prebeat illis
ſpũalẽqꝫ vitã: perinde ac fauces corporis corporalẽ panẽ ad corporeã deglutiũt vitã. Sed quo mo-
do dñe qui paſcis verbo tuo ſpũs / ſapit verbũ tuũ ſpũalibus: dicat ille qui querit ꝙ dulcia faucibus
meis eloquia tua: atqꝫ idẽ reſpõdeat ſuꝑ mel ori meo / magiſqꝫ mel ori meo. qd enim ori melle dulciꝰ
quid dulciꝰ ſpũi verbo tuo? ſed q̃to ſpũs carnẽ ꝓcellit: tãto hec ꝙ illa (vt ſic dicatur) dulcedo dulcior.
m ¶ A mandatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui omnẽ viã iniquitatis. Medicus omnia morbida odit: 8
quia medicinã habet / qua cognoſcit illa noxia eſſe / et corporum ſoluere hermonias. et qui manda-

Ayuntamiento de Madrid

ta tua dñor ſumme intelligit: odit oēm viā iniquitatis. quia ſcientiā habet: qua cognoſcit noxiam eſ=
ſe ⁊ aīor ſoluentem harmoniam. harmonia corporis: robur/ſanitas/pulchritudo. robur poteſt. ſa=
nū diſcernit. pulchrū amādi eſt ratio. Harmonia mētis: potētia/ſapientia/amor. memoria poteſt. nā
oīa capit. intelligētia ſapit. ⁊ volūtas amat. oīpotenti eterniq; boni: memoria veſtigium. veri: intelli
gentia. boni: voluntas. ⁊ hec tria: trini numinis/et (ſi ſermo admittit) numinoſe triadis/trini dei/et
deice triadis/ vnius eiuſdēq; oīpotentis/veriſſimi/optimiq; dei imago. Ergo q̄diu memoria eter=
nū capit/intelligētia verū ipſū ītelligit/⁊ volūtas amat ſūmū bonū: ſtat illa diuinitatis imitatrix har
monia ⁊ mēs firma/ſana pulchraq; manet. ⁊ hoc q2 ſola bona amauit: mala autem et iniqua odio ha=
buit. nō ab re igit̄ ꝓpheta dixit a mandatis tuis intellexi: ꝓpt̄ea odiui oēm viā iniq̄tatis: q2 ſi ad vias
labat̄ iiq̄tatis: ſoluit̄ ꝓtinus illa mētis decētia ⁊ diſpit. nā iniqua: iualida/falſa malaq; ſūt. ⁊ is ꝑinde
perit: vt q̄ ſanis relictis/ad ſola morbifica ſe ꝯuertit/ilico vires illidēs/eneruās/frāgēs/ſanitatē amit
tēs atq; ꝑdēs forme gratiā/iualidꝰ iacēs/⁊ ꝓperā ſēſibꝰ vtēs: horribil' tūc odibiliſq; potiuſq̄ amabil'.
ADVERTE. ſexto verſu. q2 tu legem poſuiſti michi: Hieronymus ex hebræo/quia tu illumina=
ſti me quo deſignatur non tam illi legem poſitam: q̄ apertam ⁊ manifeſtam. nam nichil prohibet mul
tis legem eſſe poſitam que illos non illuminat/quia nondum detecta ⁊ aperta ſed quibus detecta eſt
lucet. et inferius/declaratio ſermonū tuorum illuminat. quapropter idem intelligendum puto/quia
tu legem poſuiſti michi: ac ſi diceretur tu legem declaraſti michi.

Nun.

n 1 Lucerna pedibꝰ meis verbū tuū: ⁊ lumē ſemitis meis. Nun.
n 2 Iuraui et ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Nun.
n 3 Humiliatus ſū vſquequaq; domine: viuifica me ſecundum verbum tuum. Nun.
n 4 Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua doce me. Nun.
n 5 Anima mea in manibus meis ſemper: et legē tuam non ſum oblitus. Nun.
n 6 Poſuerunt peccatores laqueum michi: et de mandatis tuis non erraui. Nun.
n 7 Hereditate acquiſiui teſtimonia tua ī eternū q2 exultatio cordis mei ſūt. Nū.
n 8 Inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificatiōes tuas ī eternū: ꝓpter retributionē.

Sempiternum.

Lucerna pedibꝰ meis verbū tuū dñe: et lumē ſemitis meis. Sēpit̄nū.
Iuraui et ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Sempiternum.
Humiliatus ſū vſquequaq; domīe: viuifica me ſecūdū verbū tuū. Sempiternū.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua doce me. Sempiternū.
Anima mea in manibus tuis ſemꝑ: et legē tuam nō ſū oblitus. Sempiternū.
Poſuerunt pctōres laq̄os michi: et a mandatis tuis non erraui. Sempiternū.
Hereditate acq̄ſiui teſtionia tua ī et̄nū q2 exultatio cordis mei ſūt. Sēpiternū
Inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificatiōes tuas ī eternū: ꝓpter retributionē.

N XIIII

Lucerna pedi meo verbū tuū: ⁊ lux ſemite mee. N
Iuraui et perſeuerabo: vt cuſtodiam iudicia iuſtitie tue. N
Afflictus ſum vſq; nimis domine: viuifica me iuxta verbum tuum. N
Voluntaria oris mei cōplaceāt tibi dñe: et ſecundū iudicia tua doce me. N
Anima mea ī manu mea ſemper: et legis tue non ſū oblitus. N
Poſuerunt impij laqueū michi: et a preceptis tuis nō aberraui. N
Hereditas mea teſtiōnia tua ī ſēpiternū: q2 gaudiū cordis mei ſunt. N
Inclinaui cor meū vt facerē iuſtitias tuas: propter eternam retributionem.

QUARTEDECIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

n Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumē ſemitis meis. Viator qui noctu ambulans lucer=
nam manibus prefert viam illuminantē/magna fiducia incedit. pretenta pedibus precipitia vitat:
lutulenta/lapidoſa/voraginoſa/ſalebroſa/ſpinoſaq; loca. ⁊ ſemper preuio lumine: inoffenſum ſequi
tur callem. Sed quid ſpiritualibus nox: niſi mundus in quo vt in nocte ambulatur? quid alta preci=
pitia: niſi ſuperbia? lutum: fœda carnis inquinamenta? lapides: proximorum offenſiones? voragi=
nes: inſaturabilis gula? ſpine et ſalebre: pungentium et aſperantium opum auara cupiditas? ma=
nus: interiores anime ſenſus? via: actus? pedes: affectus? lucerna viam illuminans: verbum tuum
O conditor ſpirituum? quo duce ⁊ monſtrante quid agendum: ſuperba/luxurioſa/detrimentoſa/gu

loſa/auaraq̄ vitantur/ et inoffenſus curritur iuſtitie callis. vt merito dicere poſſit prudens ſpiritua-
lis viator: lucerna pedibus meis verbum tuum/ et lumen ſemitis meis.
2 ¶ Iuraui et ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Iuſiurandum mirabile vinculum eſt. quippe quo n
fortius ſpiritus q̄ ferro/ q̄ adamante vinciatur corpus. nullus potētior/ nullus indiſſolubilior nex⁹:
diuine conſtantie penitus immobilis indiſſolubiliſq̄ ſignaculum. nōne cum diuinum iuſiurandū ali
cui adeſt: prorſus imobile/ imutabileq̄ eſt? vt vel hoc ſolo/ tu domine qui omnino inaſtringibilis es
teipſum aſtringere videare. hoc vinculo vir ſpiritualis tue immutabilis conſtantie imitator: cuſtodie
legis tue ſe aſtringit/ ⁊ q̄ poteſt fortiſſime ligat: vt illi immobiliter adhereat/ vt inſtabilitati ſue ſtabi-
litatem addat. quam ſcit non ex ſe/ ſed ex illa tua ineffabili immutabilitate prouenire poſſe ⁊ proinde
ſimilitudinem eius/ iuſiurandum ⁊ ſtatum proponit/ ac dicit. iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitie
tue. O q̄ dulce vinculum ⁊ nunq̄ violabile: quod nos omni bono alligat. ⁊ contra/ q̄ miſera q̄ infœ
lix ſolutio: que nos ab omni bono ſeparat.
3 ¶ Humiliat⁹ ſum vſquequaq̄ dn̄e: viuifica me ſecundū verbū tuū. Nauigantes mare (repēte defi- n
ciēte vēto) cepta peragere nequeūtes/ tandē deficiūt animis. ⁊ te ſupplices p̄cantur vt tu qui produ
cis vētos de theſauris tuis: illis aurā benignitatis tue ſuſcites ac impartiaris. quo poſitis velis/ exten
ſis carbaſis: portū quē optant/ attingere queāt. Hūc in modū ſpūalis ſeru⁹ tuus/ repente ſubſtracta
gratia tua quaſi aura impultrice/ nauigio: executionē bonoꝝ nō inuenit/ cōcidit anim⁹/ deficiunt vires/
torpida mēs iacet carne grauata ⁊ mortue ſimillima/ anxiat̄/ turbatur clamat ad dn̄m largitorē gra-
tiarū. humiliatus ſum vſquequaq̄ dn̄e: viuifica me ſecūdum verbū tuū. da menti mee in executione
mandatorū tuorum curſum. da alacritatē. da gratiā viuificantē. erige iacentē/ excita torpentem/ vi-
uifica mortuum: da proſperum flatum perducentem ad te vnicum deſideriorum meorū portum.
4 ¶ Voluntaria oris mei beneplacita fac dn̄e: ⁊ iudicia tua doce me. Qui gratiā petit: quid aliud vult n
q̄ ſua verba placere? naute qui iacta anchora in medio ſalo diu ꝓ aura ſupplicāt: quid aliud/ q̄ vo-
ta ſua ſuſcipi? quid etiā aliud vult ſeruus tuus cum petit/ voluntaria oris mei beneplacita fac domīe
et iudicia tua doce me: niſi cum gratiā tuā ſubſtraxeris/ ⁊ ſe triſtē reperiat/ ⁊ impotē exequi que vult/
immo et carnem ſpiritui reluctantē/ quid vult inquā/ niſi vt volūtatē eius quam ore tibi exprimit be-
neplacitā acceptes ac exaudias/ ⁊ tuā illi adiutricem gratiam repares/ ⁊ iudicia tua exequi doceas?
nā tunc ſe iudice miſer ⁊ infelix de ſe queri poteſt: velle adiacet michi/ perficere autem bonum non in
uenio. quapropter a te poſſe petit: qui es omne poſſe/ et ſine quo nichil poteſt. quod vnum (a te in-
quā poſſe opem petere) ſi non haberet aut contemneret: proculdubio ſpiritui mortuus eſſet.
5 ¶ Anima mea i manib⁹ meis ſemꝑ: ⁊ legē tuā nō ſū oblit⁹. Cū quiſpiā ſibiipſi relinquitur: i manib⁹ n
ſuis eſt. cū vero quicq̄ ꝑ ſe abſoluere nō ſufficit ab altero iuuat̄ (⁊ ſi tūc i manib⁹ ſuis ē ⁊ ſue ſemꝑ po
teſtatis) eſt etiā i manu alteri⁹. vtriuſq̄ eni ſeruat̄ libertas/ ⁊ eius q̄ iuuat ⁊ ei⁹ q̄ iuuatur. vir igr̄ ſpūa
lis ſiue tu ſupponis gr̄e tue manū/ ſiue gratiā tuā ſubſtrahis q̄ es ipſa libertas/ ⁊ ipſa liberrima boni
tas: ſemꝑ i manib⁹ ſuis eſt ⁊ ſue poteſtatis. vt ipſa ſpūalis ſeruit⁹ libera etiā intelligat̄: ceu tu liber es
dn̄s/ vt ⁊ illa ſeruit⁹ imitet̄ libertatē. ⁊ reuera libera ſeruit⁹: nō ſeruitus/ ſed dn̄atio q̄dā eſt. qua ſpiri
tus ⁊ carne ⁊ mundo ſuperior: illis dn̄atur. ⁊ tibi ſeruire: potius dn̄ari eſt q̄ ſeruire. neq̄ eni q̄ ſpiritu-
ſeruit: ſeruum imitatur ſed dn̄m. Attamē cum gratiā ⁊ adiutricē manum tuā ſubſtrahis: iſ̄e per ſe nō
vales legem tuam exequi/ ſibiipſi relictus eſt/ ⁊ in manibus ſuis. qui ſi tunc etiam legis tue non obli
uiſcitur/ vbi eam minus exequi potens eſt: gratie tue ſe preparat quantum in ſe eſt/ vt ei ex tua miſe-
ratione manus porrigas. ⁊ affectum cordis ſui ante te ponit/ ac dicere poteſt. anima mea in manibus
meis ſemper: et legem tuam non ſum oblitus. michi ipſi ſum derelictus/ ex me nō inueniens exequē
de legis tue poſſibilitatem: nichilominus legem tuam non ſum oblitus/ auxilium tuum qui ſolus iu-
uare potes/ qui et ſol⁹ benigniſſimus es ſpe ſemper certiſſima preſtolatus.
6 ¶ Poſuerunt peccatores laqueū michi: ⁊ de mādatis tuis nō erraui. Tūc carnales hoſtes maxime n
inſultāt: cū quē vidēt ſibimetipi derelictū/ nullius quidē alteri⁹ ope fultum. conſimili quoq̄ modo ⁊
ſpūales nequitie: cū quē intuētur preſentis gratie auxilio deſtitutū. nā tunc aduerſus ſpiritū/ germi-
na pcti male in carne plantatas concupiſcentias habent adiutrices: que eum remorantur ad alta cō-
ſcendere conātem. his autem armis/ his laqueis adiuta impiorum caterua: certat vt vincat. ille vero
reluctatur: ne vincatur. ⁊ ſi (te ſpectatore O premiorū æquiſſime largitor) ſtrennue ſe geſſerit/ nichil
q̄ contra legem tuam admiſerit/ tametſi non omnia exequatur vt vult: nichilominus dicere auſit. po
ſuerunt peccatores laqueum michi: ⁊ de mandatis tuis non erraui. non enim derelinquitur. ſed pro
batur. neq̄ procul abeſt miſerātis auxilium: vbi iniquitas nititur opprimere iuſtum.
7 ¶ Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei ſunt. Viro carnali/ n
delectatio perditionis eſt ſignum: pœnitudo autem et amaritudo/ ſignum ſalutis. contra vero/ ſpiri
tuali: triſtitia/ abſentis gratie indicium. porro delectatio ⁊ dulcedo: iam reſtitute et preſentis mani-

Ayuntamiento de Madrid

feſtatio. ſic ſane caro et ſpiritus reſpondent ex aduerſo. ⁊ quod abſens ſpiritũ triſtificat: idipſum preſens lætificat. atqui tua gratia/tuum preſidium cum abeſt O deſolatorum conſolator immenſe: ſic triſtitiam affert/ vt ſolis abſentia corpori frigiditatem et oculis meſtitiam ac pauorem. quapropter omnis ſpiritus ſine te: frigidus meſtus/pauidus/afflictus et impotens. contra autem te preſente/te preſule: feruens/lætus confidens/conſolatus/ validus. quid eſt igitur quod tuus ſeruus pauloante tam miſerabundus tam ſupplex/ſe querens afflictum/ſe ſibiipſi derelictum/ inſidijs hoſtium circũuallatum: nunc de hereditate teſtimoniorum tuorum gaudet/hereditate inquit acquiſiui teſtimonia tua in eternum/ quia exultatio cordis mei ſunt. quid hoc inquã? niſi quia cito illi affuiſti auxiliator/ et gratiam reparaſti? cum enim ſupplicem exaudiſti/cum ſuppetias tuliſti: prece ſua et hac tua exauditione benigniſſima: viſus eſt ſibi eterna poſſeſſione teſtimonia tua acquiſijſſe. in quibus meditandis et exequendis: ſita eſt voluptas omnis et delectatio cordis eius. qui enim in illis exultat: in te et propter te exultat a quo ſunt et propter quem ſunt vniuerſa.

8 ¶ Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum: propter retributionem. Magna lux O dñator eterne (qui lux es incomprehẽſibilis) tua gratia eſt. qua preſente ſpiritus videt te finalem bonorum operum retributionem. tu es finis finium: in quo ſolo ſpiritus quieſcunt. Sꝫ quomodo quieſcũt? Per quandam aſſimilationem. ſic ignis ĩ celo quieſcit: ſubtilitate ſimillimus/aer in igne ſimilis feruore/terra in aqua ſimilis frigore. ſic in te quieſcent/ ⁊ te fruentur illi ſoli: qui quãdam tui aſſimilatione reddunt quoquo pacto tue lucis capaces: vt ſol ſolis inſulget oculis ſeqꝫ prebet cõprehenſibilem: ꝙ ſolus in corpore oculus ingenita ſerenitate ⁊ perſpicuitate/celeſti lumini ſimile eſt et proinde aliquatenus ſolis capax. Sed quid animam lympidam et ſerenam facit tuiqꝫ quodãmodo ſimilem/qui in vmbra figuras lucem/ ⁊ in finito infinitatem? tui inquã quodãmodo ſimilem iuſtã piam/ſanctã/bonã/ veracem/beneficam/efficacem/ viuentem ⁊ potentem? nõne tu per iuſtificationũ tuarum cuſtodiã ⁊ obſeruationem? ergo obſeruationes ille tue/ quedã ſunt aſſimilationes: per quas quiſpiam in te tendit vt in ſuum finem. quomodo igitur tote animi vires inflectende nõ erunt ad huiuſmodi obſeruationem? Erunt profecto neqꝫ ab re dicit ſeruus tuus quẽ tu illuminaſti/cui tu mãdata tua pro hereditate dediſti: inclina cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in eternũ propter retributionem. acſi aperte diceret: totum animũ inflexi ad mandatoꝝ tuoꝝ obſeruationẽ propter teipſum/ quẽ in tuo lumine video omniũ conſumationũ conſumationem omnium bonorum operum finẽ retributionem et eternam que ſe vltro propagat bonitatis mercedem / largitatem quidem infinitam vltro ſe largientem ⁊ ꝙtum quiſqꝫ capax eſt ſemetipſam infundentem.

ADVERTE. Sexto verſu ⁊ de mãdatis tuis nõ erraui. melius videt̃ dicẽdũ ex hebræo/ ⁊ a mandatis tuis nõ erraui. vbi habet̃ ⁊ a p̃ceptis tuis non aberraui. ſic enĩ ſermo melior. ¶ Octauo verſu. In eternũ propter retributionẽ: Hieronym⁹ ex hebræo/ ꝓpter eternã retributionem. alij cenſent verſum ſic eſſe legendũ: inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatões tuas ad ſeculi finẽ. ſic enim LEOLAM EQVEB q̃d hic habet̃ interp̃tandũ cẽſent. ⁊ vocabulũ hic q̃d leolam ſequit̃ ꝓprie metam et terminũ/ ſed tranſlatitię mercedẽ laboris ſignificare/eo ꝙ merces ſit finis laboris. itaqꝫ interp̃tes metaphorã accepiſſe ⁊ proprium reliquiſſe ſenſum. ⁊ qui hoc modo legit ⁊ itelligit: non niſi pie legit et intelligit. at qui legit ineternum ꝓpter retributionẽ/quaſi dicat ꝓpter mercedẽ: ambiguitatem habet. nã vir iuſt⁹ ⁊ vere ſp̃ualis ſeruitioꝝ ſuorum mercedẽ nõ cogitat: ſed ſtudet facere q̃d debet quid ſe ſcit ꝓ dignitate iplere nõ poſſe. ⁊ cum oĩa fecerit quod potuit (ꝙꝙ ſciat ſibi repoſitã coronam iuſtitie) nõ mercedẽ/nõ debitũ putat ſed gratiã. ⁊ plane fatet̃ ꝙ inutilis et tãto dono in infinitum inferior/ indigniorqꝫ ſit ſeru⁹. Et ſeru⁹ quiſpiã qui diceret inclinaui animum meũ ad faciẽda mãdata dñi mei ꝓpter retributionẽ/ ꝓpter mercedẽ quã a dño expecto: nõ videtur ꝓpter dñm ſuũ illa facere ſed potius ꝓpter ſe/ ⁊ nõ precipue dñm ſuũ reſpicere ſed ſe. quare neqꝫ dominus ab eo ꝓpter ſe diligi videretur/ſed propter aliud: ⁊ ſeruus ille tandem male de domino ſuo meritus. quomodo igitur ad deũ audebimus dicere faciam iuſtificationes tuas / implebo legem tuam propter retributionem / propter mercedem quam abs te expecto? Re vera hic dicunt ꝙ ſi hic ſenſus ex propheta elicitur et id ſpiritualis vir dicit: non niſi propter deum id dicit. nam ipſe finis/ merces et retributio et ſpiritualium. acſi intelligeremus inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum propter te qui es finis/merces et retributio. et id apertius indicari cum dicitur: propter eternam retributionem. nam vnicum eſt eternum: qui eſt deus ſuperimmenſus et ſuperbonus omnium beatorum merces ⁊ premium. Hoc apparentẽ habet ſatiſſactionẽ: niſi quis ad vocabulũ iſurgat. eſto deus retributio et merces ſit beatorum: hec tamen ei ad ſe non conueniũt. neqꝫ enim ſibiipſi retributio /merces et premiũ dicitur/ſed vt bonum iam eſt alienum. quare q̃ inclinatur ad iuſtificationes dei propter retributionem: nõ tam propter deũ vt deus ⁊ abſolute idip̃m quod eſt/inclinari videt̃ ꝙ̃ vt deũ/ ſuũ futurum bonum cogitat. Si ita eſt: nichil crediderim abſurdũ/ſi de⁹ maxime propter ſe diligat̃ quis eſt

Ayuntamiento de Madrid

ſummũ bonũ et finis finiũ ⁊ maxime oĩm ꝓpter ſe diligibile ipſaqꝫ ſũma diligẽdi ratio / et etiam ſed ſcḋo quodãmodo loco qr eſt ſctõꝝ merces et premiũ / et non tã propter ſctõs q̃ꝫ contemplatione exuberantis bonitatis eius qua ſanctis ſe dat vltro premium. itaqꝫ ſi diligo deum propter retributionẽ non meipſum niſi ex accidenti reſpiciã: ſed p̄cipue eximiã ⁊ exuberantẽ bonitatẽ dei / qua ſeipſum vltro dat ſeruis ſuis liberum donum. quia tanta bonitate eſt / tanta liberalitate: vt dare velit maximum donum. ⁊ quia nichil ſeipſo dare poteſt maius: ſe dat mercedem ⁊ premium. et hoc modo deum propter ſe non propter alium amat. et quomodo deum propter me amabo: qui me propter me amare non debeo / ſed propter eum cuius incõprehenſibili bonitate / gratia et miſeratione imago ſum et ſimilitudo. ſiue igitur legero inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas ad ſeculi finem / immo ad eternitatis infinibilitatem / ſiue in eternum propter retributionem / aut propter eternam retributionem: intelligentiam pietate iuuo / oculum non in me / non in ſpirituali viro quocunqꝫ ſed in deo figendo: et eum qui eſt omnis finis et ſolus abſolute propter ſe / finem faciendo.

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| XV 1 | Samech. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. | Adiutorium. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. | D Tumultuoſos odiui et legem tuã dilexi. |
| 2 | Samech. Adiutor et ſuſceptor meus es tu: et in verbum tuum ſuperſperaui. | Adiutorium. Adiutor et ſuſceptor meus es tu: et in verbo tuo ſuperſperaui. | D Protectio mea et ſcutum meum tu es verbum tuum expectaui. |
| 3 | Samech. Declinate a me maligni: et ſcrutabor mandata dei mei. | Adiutorium. Declinate a me maligni: et ſcrutabor mandata dei mei. | D Recedite a me maligni: et cuſtodiam mandata dei mei. |
| 4 | Samech. Suſcipe me ſcḋm eloquũ tuũ et viuã: et nõ ↄfũdas me ab expectatiõe mea. | Adiutorium. Suſcipe me ſcḋm eloquũ tuũ & viuã: & ne ↄfũdas me ab expectatiõe mea. | D Cõfirma me ſcḋm v̄bũ tuũ et viuã: & noli me cõfũdere ab expectatione mea. |
| 5 | Samech. Adiuua me & ſalu⁹ ero: & meditabor ĩ iuſtificatiõib⁹ tuis ſemper. | Adiutoriũ. Adiuua me & ſalu⁹ ero: & meditabor in tuis iuſtificationibus ſemp. | D Auxiliare michi et ſalu⁹ ero: et delectabor in preceptis tuis iugiter. |
| 6 | Samech. Spreuiſti oẽs diſcedẽtes a iuſtitijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum. | Adiutoriũ. Spreuiſti oẽs diſcedẽtes a iuſtificatõib⁹ tuis qr ĩiuſta cogitatio eorẽ. | D Abieciſti oẽs q̃ aduerſantur precepta tua: quia mendax cogitatio eorum. |
| 7 | Samech. Preuaricantes reputaui oẽs pctõres terre ideo dilexi teſtimonia tua. | Adiutoriũ. Preuaricantes reputaui oẽs pctõres terre: ideo dilexi teſtiõnia tua. | D Quaſi ſcoriã ↄputaſti omnes ĩpios terre: ꝓpterea dilexi teſtimonia tua. |
| 8 | Samech. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. | Adiutoriũ. Infige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. | D Horripilauit a tĩore tuo caro mea: et iudicia tua timui. |

QUINTEDECIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

¶ Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. Qui bono appropinquat: ſecedit a malo. et qui ſummis ſe vnit: ab imis ſe ſeparat. atqui amor approximat / cõiũgit / vnit: odiũ elongat / diſiungit / diſſociat. eſt igitur amor / approximatio quedam amãtis et amati / coniũctio / vnio. ⁊ contra / odium / elongatio quedam odientis et exoſi / diſiunctio et ſeparatio. iniquitas deorſum iacet: omni graui grauior et ponderoſo põderoſior. lex autem tua O ſumma æquitas: ſurſum eminet omni leui leuior et ſublimi ſublimior. qui igit̃ tue legi appropinquat: ab ĩiquitate diſcedit. qui illi appropinquat: illã amat. et quãto ꝑfectius ſe legi cõiungit et vnit: tãto iniquitatẽ odit. ⁊ qui iniquitatem odit: quomodo amare poteſt iniquos / quippe quos ĩiquitas diuina iuſticia nudatos ſpoliatoſqꝫ / deformes reddit et obſcuros? non enim forma / ſed informitas iniquitas. ⁊ contra / lex tua ⁊ equitas: non ſolum forma / ſed et quedam diuiniformitas. iure ergo dixerit quicũqꝫ tibi fideliter ſeruit / iniquos odio habui ⁊ legem tuã dilexi. nã niſi legẽ tuã diligeret ⁊ inimicos legis tue odio haberet: nequaq̃ꝫ tibi fideliter ſeruiret. 1

¶ Adiutor et ſuſceptor meus es tu: et in verbum tuum ſuperſperaui. O ſublimitas / infima pertingens et infimitas ſupergrediens altiſſima. in tribus / ſpirituales viros ſupra ſeipſos eleuas: fide / 2

Ayuntamiento de Madrid

ſpe/charitate.fide quidem: ſupra poſſibilem intelligibilitatem.ſpe: ſupra boni apprehenſibilis ex=
pectationē.et charitate:ſupra ꝓpriæ poteſtatis amorem vt igne ferrum calet/ ⁊ magnete ſurſum le=
las exauditionē / hoc ideo eſt quia aut petitur qđ nō iuuat / aut ſi iuuat nō tamē tũc exaudiri iuuat. nā
ſicut igne probat argentũ ⁊ aurũ: ita corda ꝓbas dñe. atqui nō expedit vt aurũ quod ꝓbat / ilico ſub
ſtrahat ab igni: neqʒ etiā vt ilico quis cũ id cupit / a pſecutiōe liberetur. nā ⁊ qui valitudinariꝰ eſt: pe-
tit a medico qʒ ocyſſime liberari. verũ frequenter quia in re eius nō eſt: curationē prudēs medicus in
aliud tēpus differt / vidēs pfectiorē cōſumatioreqʒ ſe hoc pacto largiturum ſanitatē. ſed quis te pru-
dētior / qs te curādi peritior O optime ⁊ ſapientiſſime rerũ / ſi tamē rebꝰ venis annumerādus? at po-
tius rebꝰ oībus ſupior / ab oībꝰ es ſecretꝰ / ſupſapiēs ⁊ ſupbonꝰ. Quare ſpũalis ſeruꝰ tuꝰ / et ſi exaudi
ri / ſaluari / viuificariqʒ petat: nō tamen id petit vt vult ⁊ iudicat / ſed ſcđm miſam tuā / ⁊ ſcđm ꝙ tu ipſe
iudicas illi fore bonũ / ad te clamās. vocē meā audi ſcđm miſam tuā dñe: et ſcđm iudiciũ tuũ viuifica
me. nā ſi par eſt vt q ægrotat ſe oīno committat medici iudicio: lōge decentius eſt vt oīs q aduerſita-

Ayuntamiento de Madrid

te p̄mitur ſe tibi penit⁹ credat deo ſuo/ ſe prorſus relinquat tuo ſupbono iudicio volūtati ⁊ arbitrio.
q ¶ Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt. 6
q ¶ Prope es tu dn̄e: et oēs vie tue veritas. Si quis incidēs ī latrones a quibus vulnerat/ ſpoliatur 7
ſtipiti alligatur/ vidēs illos lucē fugere ⁊ ꝓcul a via obſcuriora queritare latibula: cōiectat aliquem
veniētē/ ⁊ propinquū ſuſpicatur auxiliū ſibi affore. ſimili iudicio: ſenſit in ſpiritu/ tuū aduētū O libe
rator oppreſſoꝝ/ ſenſit vicinū auxiliū ille ſeruus tuus q̄ ait. appropinquauerūt perſequētes me ini-
quitati: a lege aūt tua lōge facti ſunt. ꝓpe es tu dn̄e: et omnes vie tue veritas. nā quāto magis a lege
tua diſcedūt: tanto magis a luce diffugiūt/ ⁊ a via ꝓcul abſiſtūt. ſeruus autē tuus in via relictus vul
neratus/ ſpoliatus/ vinct⁹: tuā opem implorat. at vero tu dn̄e cuius vie ſūt veritas: tu illi ꝓpe aſtas
nā tu es ille de quo per ſpiritum ſanctū dicit: ꝓpe eſt dn̄s oībus inuocātibus eū (oībus inuocātibus
eū in veritate. prope es dn̄e qui (vt vnus ſanctorū tuorū probe ait) nō corporalib⁹ locis contineris.
qui cū ſis imēſus: nō finib⁹ aut ſpacijs coartaris. ades vbiq̄/ ⁊ totus vbiq̄ es. nō ꝑ parte vſq̄ es: ſed
in oīb⁹ oīs es ⁊ cū te inuocam⁹: nō a nobis lōge manentē q̄rim⁹. nā in te viuim⁹/ mouemur ⁊ ſumus.
qui aīam incorporalē poſuiſti quodāmodo tui ſimulachrū/ viuā quandā tui effugiē ⁊ ſimilitudinē q̄
oīb⁹ in mēbris diffuſa: a ſingulis quibuſq̄ partibus non abeſt. etiā ſi priuata ei regio in toto corpore
ſedes eſt: tamē in medullis/ digitis/ artub⁹ īfundit. qđ putre carnis fuerit: ſine aīe detrimēto recidit
quaſi ꝓcul illi abeſſet. ſanis ꝓpe adeſt: ⁊ītegris ꝑmiſcet mēbris. ita tu dn̄e idem artifex ⁊ archetypa
rerū veritas īcorpalis ⁊ īmēſe/ q̄ oēm ꝓportionē refugis/ ⁊ oēm excedis ſimilitudinē: huic dimenſo
et corporali mundo miſceris/ a vicioſis tamē ⁊ per opa putridis/ reſecādis ⁊ mortuis ꝓcul abſiſtis.
q ¶ Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia ī eternū fundaſti ea. Odium cito res diſperdit/ diſſociat 8
et diſſipat: amor cōtra/ ſaluat/ cōtinet atq̄ ligat. ⁊ hinc res ab amore perfluxiſſe conſtat/ et odium ne-
quaq̄ rerum eſſe principiū. Et homo ſi quid amat: nunq̄ illud interire/ nūq̄ deficere velit. eſt igitur
amor: eterni deſideriū/ ⁊ eū ſemp eſſe ſummopere cōſpirās. odiū aūt cum non eſſe/ ⁊ cum nunq̄ eſſe.
quod ſi id human⁹ patitur amor primi diuiniq̄ amoris (ſed remotiſſime quidē) emulus: q̄d ille ver⁹
diuinuſq̄ patit amor? ille ꝑfecto eſt qui vere oīa ſaluat/ qui oīa cōtinet/ ⁊ ad eternitatis conſortia du
cit. quare ſi quid in illo amore fundatū: illud ꝓculdubio eternū eſt. Sed o dn̄e qui oīa amore ꝑuio fe
cūdas ⁊ oīa in amore creas amaſq̄ omnia: licet ſtatim a pricipio cognoſcere/ te mādata tua in amore
fundaſſe/ ⁊ maxime in tuo amore. nā tu dn̄e qui es veritas eterna: per temetipſum reſerare dignatus
es/ hoc maximū ⁊ primū eſſe mandatū. diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo/ et in tota anima tua/
et in tota mente tua. ⁊ ſcđm ſimile huic: diliges ꝓximū tuū ſicut teipm. ⁊ ī his duobus mādatis vni-
uerſam legem pendere ⁊ ꝓphetas. ergo a quibus cetera pēdēt: in amore fundata ſunt/ et maxime in
tuo. nam amor proximi: tui quedā eſt ſimilitudo et veſtigium/ ⁊ qui refertur in tuum. alioqui non vt
par eſt et decet diligitur proximus. quo modo igitur qui ſtatim a principio/ lumine tuo ſuperilluſtra
tus vidit mandata tua hoc pacto in amore fundata: non iure enunciat? initio cognoui de teſtimonijs
tuis: quia in eternum fundaſti ea. ⁊ vſq̄adeo in amore fundata: vt etiam mādati dilectio redūdet in
inimicos. diligite (dixiſti) inimicos veſtros: ⁊ benefacite ijs qui oderunt vos.
ADVERTE. Tertio verſu. preueni in maturitate. legendum eſt vno vocabulo immaturitate aut
duobus in immaturitate. ex hebræo vbi habetur ſurgebam adhuc ī tenebris. et ex greco προεφθα-
σα εν αωρια/ preueni in immaturitate/ quaſi tempeſtiue ⁊ ante lucem/ ſiue (vt beato Ambroſio pla
cet) preueni ante horam. quod et ſacer Hieronymus interpretatus eſt. adhuc in tenebris. ſi autē ma
ture id feciſſet: quomodo preueniſſet? mature enim quicq̄ facere: quid aliud eſt q̄ tempeſtiue/ neq̄
citius neq̄ ſerius id facere? et ideo hic/ codices aliter q̄ vt paſſim legi ſolet ſunt emendandi.

XX

ר Res.
1 Vide hūilitatē meā et eripe me: q2 legē tuā non ſum oblit⁹. Res.
ר 2 Iudica iudiciū meū et redime me: ꝓpter eloquium tuum viuifica me. Res.
ר 3 Longe a pctōribus ſalus: quia iuſtificatiōes tuas nō exquiſierunt. Res.
ר 4 Miſericordie tue multe

Capitis.
Vide hūilitatē meā et eripe me: q2 legez tuā nō ſū oblitus. Capitis.
Iudica iudiciū meū et redime me: ꝓpter eloquium tuum viuifica me. Capitis
Longe a pctōribus ſalus: quia iuſtificatiōes tuas nō exquiſierunt. Capitis.
Miſerationes tue multe

ר
Vide afflictionē meam et eripe me: q2 legis tue nō ſū oblitus. ר
Iudica cauſam meam et redime me: in ſermone tuo viuifica me. ר
Longe ab impijs ſalus: quia precepta tua non queſierunt ר
Miſericordie tue multe



Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | domine: ſecundū iudiciū tuum viuifica me. Res. | nimis dñe: ſcðm iudicium tuū viuifica me. Capitis. | domine: iuxta iudicia tua viuifica me. |
| r 5 | Multi qui perſequuntur me ⁊ tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui. Res. | Multi perſequentes me et tribulantes me: a teſtimonijs tuis non declinaui. Capitis. | Multi qui perſequuntur me et affligunt me: a teſtimonijs tuis nō declinaui. |
| r 6 | Uidi p̄uaricantes ⁊ tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. Res. | Uidi nō ſeruātes pactū ⁊ tabeſcebam: q꜒ eloquia tua nō cuſtodierūt. Capitis. | Uidi p̄uaricatores tuos et merebam: quia verbum tuum nō cuſtodierūt. |
| r 7 | Uide qm̄ mādata tua dilexi dñe: in miſericordia tua viuifica me. Res. | Uide quia mandata tua dilexi domine: in tua mīa viuifica me. Capitis. | Uide qm̄ precepta tua dilexi dñe: iuxta miſericordiam tuam viuifica me. |
| r 8 | Principiū verborū tuorū veritas: ⁊ in eternum omnia iudicia iuſtitie tue. | Principiū verborū tuorū veritas: in eternum omnia iudicia iuſtitie tue. | Caput verborum tuorum veritas: et in ſempiternum omne iudiciū iuſtitie tue. |

VICESIMEOGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

r ¶ Uide humilitatē meā ⁊ eripe me: quia legem tuā non ſum oblitus. Deus qui afflictis mederis et 1
depreſſos erigis: qui cū ſis ſecundū te incōprehēſibilis/ te per omnia pinxiſti vt in oībus cōprehendaris incōprehēſus. cōpatiēdi affectū mortaliū pectoribus indidiſti: vt eos ſummopere ſimplicium humiliūq̃ cum indigna perpetiuntur / miſereſcat. ⁊ hoc ideo quia tu ſumme miſerator et miſericors es: tue miſericordie et miſerationis illis indulſiſti veſtigium. cū igitur eum qui in ſpiritu tibi ſeruit te talem eſſe minime lateat (nam ſpiritus omnia ſcrutantur etiā profunda dei) magna ad te fiducia clamat: vide humilitatē meā ⁊ eripe me/ quia legem tuam nō ſum oblitus. q̄ ſi ille non eſt legis tue: tanto minus tu ꝓprietatis tue es oblitus/ que eſt humiliū indignaq̃ perpeſſorū miſereſcere. quādoquidem hoc tibi naturale: illi autem in lege tua perſiſtere non naturale/ ſed ſolius gratie tue munus.

r ¶ Iudica iudiciū meū ⁊ redime me: ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. Quē aliū is qui non eſt ſibi con 2
ſcius: inter ſe ⁊ premētes inimicos expeteret cauſe ſue iudicē q̄ te dñe æquiſſime iudex? quem null⁹ fauor corrūpere poteſt: quia tu es ipſa ſeueritas. nulla teſtium falſitas decipere: quia tu es veritas. nulla vis munerū inflectere: quia tu es oīs ſufficiētia. nichil latere: quia tu es ſapiētia. nulla aduerſariorū ſupare poteſtas: quia tu es oīpotētia. nō potes nō rectū iudiciū dare: quia tu es ipſa æquitas. ſentētie tue null⁹ poteſt refragari: q꜒ verbū tuū efficax: q̄ppe q̄d eſt oīm victrix veritas. verum de hominib⁹ ꝯfrequēter lōge ſec⁹ euenire ſolet: quos fauor corrūpit/ falſitas decipit/ mun⁹ inflectit/ quoꝝ ſenſibus ignorātia irrepit/ aut quos vis ſuperat. qui et cum ſint iniqui plerūq̃ nō rectum fecerūt iudiciū. ⁊ quā ſepenumero ꝓferūt: irrita ſentētia cadit ⁊ inefficax. Quo fit vt admodum ſit rationi conſonū eū qui te cognoſcit ſolū natura eſſentiaq̃ iuſtum ⁊ equum/ non ab hoīe ſed abs te poſtulare iudica iudiciū meū ⁊ redime me/ ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. nā quē iuſtificas viuificas. eſt eni iuſtificatio tua: ſpūalis viuificatio. quā nullus iuxta datā ordinationē tuā adipiſci poteſt: niſi ꝓpter eloquiū tuū/ ⁊ fidelē cuſtodiā mādatoꝝ tuoꝝ/ tua tamē mīa in q̄plurimis tuum ſuperexaltat iudicium.

r ¶ Longe a pctōrib⁹ ſalus: quia iuſtificatiōes tuas nō exquiſierūt. Si iuſtificatio eſt ꝓpter eloquiū 5
tuū/ et iuſtificatio viuificatio/ ⁊ viuificatio ſalus: erit proculdubio lōge a pctōrib⁹ ſalus quia iuſtificationes tuas nō exquiſierūt. ⁊ ad quid aliud afficit lux q̄ lucere/ calor q̄ calere/ ſalus q̄ ſaluare? ſi igitur nō ſaluat: nequaq̄ inſimulanda neq̃ accuſanda ſalus eſt/ ſed ij potius qui oculos mentis aperire noluerunt vt exciperent ſalutē. qui eni corporis oculos aperit: lucem querit. ita ⁊ qui mentis querit ſalutē: vt mentis oculos ſaluti adaperiat neceſſe eſt. nā memoria nobis indulta eſt ad eā retinendam. intelligentia ad eam ſcrutandam et ruminandam. voluntas: ad eandē amandā ⁊ amplexandam.

r ¶ Miſericordie tue multe dñe: ſcðm iudiciū tuū viuifica me. O dñe qui miſereris oīm: quia oīa po- 4
tes. quotquot ſunt in corpore morbi/ quot indiſpoſitiōes: tot ſunt ⁊ medele modi. Haud ſecus quot modis aīab⁹ ſuccurris: tot etiā et miſereris. ⁊ vni⁹ miſereris/ cū ei ꝑſecutiones mittis. alteri⁹ cū eum eximis. hūc pauꝑtate/ illū diuitijs/ hūc labore/ illū quiete/ hūc ſanitate/ illū īfirmitate ad te allicis. et oīb⁹ vt bonū noſti: miſericorditer ꝓuides. quapropter quicūq̃ ſeruus tuus eſt ⁊ in meditatiōe mādatoꝝ tuoꝝ exercitatos habēs ſenſus: non debet ſcðm voluntatē ſuā ⁊ iudiciū ſuum petere proſperitatē/ aduerſitatē/ paupertatē/ diuitias/ laborē/ quietē/ ſanitatē aut infirmitatē/ et id gen⁹ ſimilia/ ſed dicere. mīe tue multe dñe: ſcðm iudiciū tuū viuifica me. nā vt nūerus miarū tuarū ſuperat et effugit

Ayuntamiento de Madrid

captũ noſtrũ: æque ⁊ iudiciũ tuũ. ⁊ quo a te viuificandi ſum⁹: prorſus nos ipſi ignoramus modum.
5 Multi qui ꝑſequuntur me ⁊ tribulãt me: a teſtimonijs tuis nõ declinaui. Tu dñe bon⁹ es: et per bo= c
nitatẽ quis te imitaẗ. tu fortis es: te imitaẗ ꝑ fortitudinẽ. etern⁹ es: ꝑ quid iã te imitabiẗ/ niſi per pſe=
uerãtiã? eniuero eternitatis tue quãdã imaginẽ pſeuerãtia prefert. ſed bonitas ꝑ quã te maxime imi
tamus: ea eſt quã in obſeruãtia mãdatoꝝ tuoꝝ adipiſcimur. ⁊ fortitudo/ ꝑ quã tuã fortitudinem emu
lamur: ea/ qua in eadẽ obſeruãtia nõ ſuperamur. ⁊ in eiſdẽ pſeuerãtia/ vt q̃ maxime bona/ vera et iu=
ſta eſt: tue ſempiternitatis emula. ſed qui multis pſecutorib⁹ ⁊ vndiq; pulſantibus tribulationibus a
mãdatis tuis nõ diſceſſit/ nõ eſt vlla ex parte diuulſus/ nõ inflex⁹: nõne ille bon⁹ et fortis et perſeue=
rans fuit? vetus igiẗ fidelis ⁊ ꝓbatus ille ſeru⁹: qui et hũc in modũ dicere poterit. multi qui pſequũ
tur me ⁊ tribulant me: a teſtimoniis tuis nõ declinaui. nã eius bonitatẽ/ fortitudinem ⁊ cõſtãtiã nõ ali
ter licuit ꝓbari: q̃ſi qui perſequerentur/ aduerſarentur ⁊ tribularent/ fortes fuiſſent atq; multi.
6 ❡ Uidi pũaricãtes ⁊ tabeſcebã: quia eloquia tua nõ cuſtodierũt. Perſecutiões ⁊ afflictiões ○ dñe c
cui oẽs ſpũs ſeruiũt/ ſpũali ſeruo graues ſunt: ſed multo illi grauior zel⁹ mãdatoꝝ tuoꝝ/ cum viderit
tranſgreſſionẽ eoꝝ. nã offenſiones in te: maxime ſunt. in ipſo autẽ offẽſiones: paruę ⁊ exigue. Et vt
paruum pondus facile toleratur/ magnum obruit: hunc in modũ ſerui tui afflictiones proprias faci=
le tolerant/ et in illis fortes exiſtunt. ſed offenſionũ in te/ ĩmenſitate premuntur ⁊ nimio pondere ob=
ruuntur. ⁊ proinde quem huiuſmodi in te preuaricationes ledunt: plerũq; pondere preſſus cogiẗ in
hanc vocẽ erumpere/ vidi preuaricantes ⁊ tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. ⁊ zelũ le=
uat iuſtitia tua que malum non ſinit impunitum: aut miſericordia que iuſtificat impium. verũtamen
ille qui tabeſcit quia eloquia tua nõ cuſtodierunt: non tam punitionem iuſtitie q̃ miſericordie tue iu
ſtificationem eorum poſtulat ad iugem cuſtodiã mandatorum tuorum. hoc enĩ charitati tuoq; amo=
ri vicinius: qui hunc concomitantem habet zelum.
7 ❡ Uide quoniam mãdata tua dilexi dñe: in miſericordia tua viuifica me. Ut opacũ luci obiectũ/ lu c
cẽ habet vmbra comitatã: ſic ⁊ amor fere ſemꝑ comitãtẽ habet zelũ dũ luteã hãc/ terrenã/ mortalẽq;
et opacã incolimus domũ. nã amor cõtuitus eſt ad ſumma: zelus cõtuit⁹ ad ima. amor lucid⁹: zelus
vmbroſus. amor pſeuerãs: zelus finiẽs. amor celeſtis: zelus quodã modo terren⁹. hic ĩ cõſumatiõe
rerũ: ĩ regione lucis amor erit ſine zelo. parũ igiẗ eſſet habuiſſe mãdatoꝝ zelũ: niſi eorũdẽ monſtrareẗ
amor. nõ ab re ğ quẽ zelus tabeſcere fecerat: cõtinuo de amore ſubiũxit. vide qm̃ mãdata tua dilexi
dñe in mĩa tua viuifica me. nam amor/ ⁊ mandatis conueniẽtior/ et ad viuificationem potior.
8 ❡ Principiũ verboꝝ tuoꝝ veritas: in eternũ oĩa iudicia iuſtitie tue. Legiſperito hoc pacto ĩterrogã c
ti/ quid faciẽdo vitã eternã poſſidebo/ ⁊ ſubiungẽti precepta de dilectione: tu veriſſime dñe dixiſti/
hoc fac ⁊ viues. ſeruus aũt tu⁹ dilectionẽ ſuã ꝓpoſuit (vide inquit qm̃ mãdata tua dilexi) ⁊ petijt vi
uere/ ſed ĩ mĩa tua nã opus nõ viuificat/ etſi nõ viuificaretur ſine opere. ĩ mĩa tua inq̃t viuifica me. q̃s
igiẗ dubitat te illũ viuificaſſe? ſed ⁊ cũctos viuificabis: q̃ ſimili viuent in dilectiõe. nã verbum tuum
veritas eſt. dixiſti fac ⁊ viues. ⁊ principiũ verborum tuorũ veritas: et in eternum oĩa iudicia iuſtitie
tue. principium autem verborum tuorum illud eſt quod eſt de tua ⁊ mãdatorum tuorũ dilęctione: ex
quo cetera deriuantur vt multi riui ex eodem fonte. qui ideo perennes ſunt: quia fons iugiter idem
manet abſq; vlla ſui mutabilitate. charitas autem eterna/ ĩmutabilis ⁊ iugiter eadem manẽs. eterna
igitur inde ſcaturiẽtia vniuerſa iudicia iuſtitie tue. quis igitur te diligens/ tua precepta ſeruãs/ quã=
tuncũq; preſſus/ quantũcunq; tribulatus: certus pariter non fuerit/ de ſua viuificatione?

ADUERTE. Secũdo verſu. iudica iudiciũ meũ. id iudiciũ nõ eſt hic SAPHAT vnũ de duo=
decim vocabulis q̃ ĩ lingua ſua obſeruat ꝓpheta/ et que ad eius exẽplum diximus in ĩterp̃tũ lingua
fuiſſe obſeruãda: ſed hic habetur ĩ hebręo RJBJ. quapropter æquius feciſſẽ videtur Hieronym⁹
qui loco huius iudica iudiciũ meũ interpretatus eſt iudica cauſam meam/ ne equiuoco nos luderet.
❡ Quarto verſu. ſcd̃m iudiciũ tuum viuifica me/ Hieronym⁹ ex hebræo / iuxta iudicia tua viuifica
me. hic ꝓpriũ vocabulũ qđ vnũ eſt ex. 12. obſeruatis habeẗ/ ſed pluratiue vt ⁊ Hieronymus habet.

XXI

| Sin. | Dentium. | W |
|---|---|---|
| 8 1 PRincipes perſecuti ſunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. | PRincipes perſecuti ſunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. | PRincipes perſecuti ſunt me ſine cauſa: verba autẽ tua timuit cor meum. |
| Sin. | Dentium. | W |
| 8 2 Letabor ego ſuꝑ eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. | Letabor ego ſuꝑ eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. | Gaudens ego ſum in eloquio tuo: ſicut qui inuenit ſpolia multa. |
| Sin. | Dentium. | W |

Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| s 3 | Iniquitatem odio habui et abominatus ſum: legem autem tuam dilexi. Sin. | Iniquitatem odio habui et abominatus ſum: legem autem tuā dilexi. Dentiū. | Mendacium odio habui ⁊ deteſtatus ſum: legem autem tuam dilexi. W |
| s 4 | Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitie tue. Sin. | Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitie tue. Dentium. | Septies in die laudaui te: ſuper iudicijs iuſtitie tue. W |
| s 5 | Pax multa diligentibus legem tuam: et non eſt illis ſcandalum. Sin. | Pax multa diligentibus legem tuam: et non eſt illis ſcandalum. Dentium. | Pax multa diligentibus legem tuam: ⁊ non eſt in illis ſcandalum. W |
| s 6 | Expectabā ſalutare tuū domine: et mandata tua dilexi. Sin. | Expectabā ſalutare tuū domine: ⁊ mandata tua dilexi. Dentiū. | Expectaui ſalutare tuū domine: et mandata tua feci. W |
| s 7 | Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: et dilexit ea vehementer. Sin. | Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: ⁊ dilexi ea vehementer. Dentium. | Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: ⁊ dilexi ea nimis. W |
| s 8 | Seruaui mandata tua et teſtimōia tua: quia omnes vie mee in conſpectu tuo. | Seruaui mandata tua et teſtimōia tua: qꝛ omnes vie mee in conſpectu tuo dñe. | Cuſtodiui pꝛecepta tua et teſtimōia tua: quia omnes vie mee in conſpectu tuo. |

VICESIME PRIME OGDOADIS SPIRITUALIS MEDITATIO.

s ¶ Pꝛīcipes perſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū. Qꝛ res omnis ſuam amat ſimilitudinē: in hoc cognoſcimus ꝙ tu dñe qui iuſtus es/ foꝛtis ⁊ patiens/ in alijs iuſtitiā diligis/ foꝛtitudinē/ ⁊ patientiam. ſed vbi foꝛtitudo cognoſcet: niſi bellū ingruerit aut certamē? te igitur ſpectatoꝛe: foꝛtiū tuoꝛū peragitur bellū/ ⁊ eoꝛū tibi placet cōcertatio. verum ſpiritualibus tuis qui tui foꝛtes ſunt (ſecundū diuiniloquū apoſtolum tuum) nō eſt colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem / ſed aduerſus pꝛincipes ⁊ poteſtates/ aduerſus mundi rectoꝛes tenebꝛarum harum. et in hoc admirando certamine: pugilē tuum caſtitas lūbos pꝛecingit/ iuſtitia animum armat/ fides ſcutum miniſtrat / galea ſalus eſt/ gladius dei verbū/ amoꝛ feruidū facit/ timoꝛ cautū. quapꝛopter hunc conflictandi modum pꝛopheta tuus ſatis edoctus: dicebat. pꝛincipes perſecuti ſunt me gratis: et a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū. nā vt amoꝛ pꝛohibet eſſe timidum: ita timoꝛ vetat eſſe temerarium. his igitur tuis armis inſtructus miles tuus vincit aduerſarium. tu vero qui in miſericoꝛdia coꝛonas / imo et qui in certatoꝛe certas: das cōmilitoni tuo immoꝛtale pꝛemium. 1

s ¶ Letaboꝛ ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Certātibus/ letitia victoꝛie ſignū eſt. et direpta ſpolia iam habite certitudo. ⁊ ad quid pꝛincipes et rectoꝛes tenebꝛarum harum oppugnant ſeruos tuos/ ad quid ingerunt eis bellum: niſi vt celeſtia ſemina que ſunt eloquia tua/ de mētibus eoꝛū diripiant/ ⁊ indutos celeſtibus armis expolient? pꝛo caſtis inceſtos/ pꝛo mūdis reliquētes imūdos/ pꝛo iuſtis iniuſtos/ ꝓ fidelib⁹ infidos/ perditos/ elingues/ frigidos/ temerarios? cōtra/ ſerui tui pꝛo mādatis tuis incolumiter retinēdis foꝛtiter obſiſtunt. quibus quidē retētis: arma ſua inuiolata ſeruabūt. ergo qui poſt huiuſmodi bellum dicebat/ letaboꝛ ego ſuper eloquia tua ſicut qui inuenit ſpolia multa: de ijs qui vltro graſſabantur in eū victoꝛ euaſerat. ⁊ oībus ſpolijs gratioꝛa/ integra incoluminaqꝫ retinuerat mandata tua/ a vi hoſtiū viriliter tutatus/ ⁊ armatura tua ſemper pꝛeſignis et cōſpicuus. Sed fuit ne hoſtib⁹ aliquid diripiendū? fuit ne ex rebus eoꝛū ſpoliū vllū ſumēdū? Nequaqꝫ. nam vt olim ſpiritu nō coꝛpoꝛeis virib⁹ pugnāte Joſue oīa que in Hiericōte erant/ erāt anathemata: hunc in modum et ſpiritualium hoſtium omnia pꝛophana ſunt et anathemata. Quā ob rē huiuſmodi bellatoꝛibus: nulla alia querenda/ ꝙ̄ tua retinere mandata/ omnibus quidem exuuijs in immenſum pꝛeſtantioꝛa/ dignioꝛa atqꝫ eligibilioꝛa. 2

s ¶ Iniquitatē odio habui ⁊ abominatus ſum: legem autē tuā dilexi. Coꝛpoꝛalia: ſpūaliū manifeſte ſunt vmbꝛa ijs qui per ea que videntur inuiſibilia cōcipere noꝛūt. atqui in coꝛpoꝛalibus videmus lucida/ ſuauia/ temperata: maxime iuuātia viuificaqꝫ eſſe. cōtra vero/ opaca/ hoꝛrida/ inequalia: noxia moꝛtiferaqꝫ. illis igitur pꝛopoꝛtionalia ſpiritui erunt ſalutifera: his autem noxia atqꝫ peſtifera. ſed quid ſpiritui veritate lucidius/ virtute ſuauius/ et iuſtitia tēperatius: verū lex tua O lucis habitatoꝛ imēſe veriſſima eſt/ ſtudioſiſſima eſt/ iuſtiſſima eſt. ergo lucida/ ſuauis/ tēperata: ⁊ pꝛoinde: ſpiritui ſecundū naturā / benefica familiaris/ et amica. iniquitas autē falſa eſt/ ſceleſta/ iniuſta/ obſcura / tetra/- 3

Ayuntamiento de Madrid

inequalis:ſpiritui contra preterq̃ naturā/noxia/aliena/ inimica.reliquū igitur eſt vt quiſquis mili-
tie addictus ſpūali:tota mētis ſinceritate dicere poſſe ſtudeat.iniquitatē odio habui ⁊ abhominatus
ſum:legē autē tuā dilexi.nā rationi conſentaneum eſt:vt qui vnū contrariū amat / alterum odio ha-
beat.et quanto quidē vehementius vnum amet:tāto alterū deteſtetur abominetur/fugiat odioq; ha
beat:⁊ rurſus q̃to hoc vehementius odiat:tanto illud validius proſequatur et amet.
s ¶Septies in die laudē dixi tibi:ſuper iudicia iuſtitie tue.Joſue qui ſpiritu pugnauit:ſeptē diebus 4
ſeptē ſacerdotibus/ſeptem tubis/ſeptem clangoribus ad expugnationē hoſtium eſt vſus . ergo iis q̄ -
ſpūalia peragūt bella:ſeptenarius ſacer eſt ⁊ myſticus/ſpiritū illum ſeptiformē virtute cuius victo-
ria datur aperte declarās.nā et quis immūdū ſpiritū vinceret/qui cū exierit ab hoīe aſſumit ſeptem
alios ſpūs ſecum nequiores ſe/ vt reuertēs illū rurſus inhabitet:quis inquā vinceret eū niſi ille pu-
riſſimus beneficio ſeptuplex ſpūs/aut virtute p̄ſidioq; eius fultus:bellator igit̄ ſpiritualiſq; victor
non ingratus/non immemor/ ſpiritu illo ſuperbono (parto de hoſte triumpho) ſe adiutum confitens
ſepties dietim gratias deo myſtice ſacreq; peragit. huc tēdit illud/quod ſacer luctator ille ait.ſepti-
es in die laudem dixi tibi:ſuper iudicia iuſtitie tue/ſeptenaria laude ſeptipotentē/et ſeptenorum lar
gitorem chariſmatum ſpm̄ laudans/atq; illi actiones gratiarū ſeptenario ſignatū libamen offerens.
s ¶Pax multa diligentibus legē tuā:⁊ non eſt illis ſcandalum. Poſt ſpiritualis victorie letitiam par 5
taq; trophea/iniquitatis abominationē/legis dilectionem ſpiritiformēq; laudem : magna anime in-
naſcitur tranquillitas.aſſimulaturq; tunc anima aeri perlucido atq; cōſpicuo: vi ſolarium radiorum
nubibus expulſis/et flatuum variis agitationibus ſopitis.ſic ipſa diuino feruore calens/et tota con
ſpicua:diuinitatis radios liberrime haurit/phantaſmatum omniumq; terrenarum/materialiūq; re-
rum nebulas diſcutientes/et aduerſantium ſpirituum impetus valide reprimentes/elidentes diſſi-
pantes:aggignit̄q; in mente/mira quedam et inaudita ſuauitas/et pax quedam diuina quam mun-
dus dare non poteſt/quoddam prorſus immortalis et abſtracte vite prelibamentū quātum mortali
adhuc circūdata indumento capere poteſt.quapropter qui hāc pacē guſtauit:hac pace dignatꝰ/hac
perfuſus dicebat.pax multa diligentibus legem tuam: et non eſt illis ſcādalum.non eſt illis offendi-
culum.quid enim illos offenderet vbi ſumma (quātum mortali fas eſt) quies eſt / et omne amolitum
quod turbationem inducere poſſet impedimentum.
s ¶Expectabam ſalutare tuum domine: et mandata tua dilexi.Uerum q̃uis hec pax multa ſit et nul 6
lum pariat ſcandalum (non enim vires emollit/non luxu deflere facit/non vt pax terrena que non eſt
pax cumulandis opibus inuigilare/non caducis honoribus inhiare/non aliene fœlicitati inuidere:
ſed ſemper (vt ſic dicam) impatientius ⁊ elanguentius ad celeſtia ſuſpirare) non eſt tamen hec vltima
que deſideratur pax . nam neq; illa ab homine mortali et dum adhuc mortalitati ſubiacet poſſideri
poteſt.hec pax tranſiens:illa permanens.hec alteram ſuſpiciens:illa omnem ſenſum exuperās nul-
lam aliam ſupra ſe continens.hec ad finē:illa finis.hec vmbratilis:illa in aperta claraq; ſalutaris del
viſione conſiſtens.ergo qui poſtea q̃ dixerat pax multa diligentibus legem tuam et non eſt illis ſcan
dalum/continuo ſubiunxit expectabam ſalutare tuum domine et legem tuam dilexi:aliam profecto
ab ea quam ſenſerat / ex obſeruantia ſcilicet et dilectione legis tue / pacem expectabat/quam ſolum
coeternum et conſubſtantiale reuelatum verbum tuum preſtare poterat . neq; enim aliter fieri poteſt
vt quiſq; ſupereminentem et et diuinam prorſus pacem illam (que eſt totius boni tranquilliſſima cū
ſecuritate / et ſecuriſſima cum tranquillitate poſſeſſio) obtineat : niſi in reuelato illo verbo et ſalutari
tuo.quod iuxta oracula prophetarum reuelandum erat.quod et temporibus ſuis mundo etiam re-
uelatum manſit occultum.in celo autem ſemper inſigne/apertum et obuium/atq; pax indeficiēs ſan
ctorum omnium/ſupernarumq; mentium.
s ¶Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: et dilexit ea vehementer. 7
s ¶Seruaui mādata tua et teſtimonia tua:q̄r omnes vie mee in conſpectu tuo . Seruus qui domino 8
recenſet ſe mādata eius cuſtodiſſe/ſeruaſſe/mirum in modum dilexiſſe/teſtem eum facere quia eo vi-
dente omnia fecerit: videtur quietem domini ſui requirere modeſteq; precari a laboribus abſolui/ et
transferri ad requiē dn̄i ſui.⁊ quid aliud vouere ⁊ optare videt̄ qui ad illā diuinā et altiſſimā pacem
ſuſpirās dn̄o pacis æternæ largitori dicit: cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:⁊ dilexit ea vehemē
ter.ſeruaui mādata tua ⁊ teſtimonia tua:q̄r omnes vie mee in conſpectu tuo.quid inquā aliud/ q̃ p-
modeſte inſinuare ſe functum mādatis eius fideliter fuiſſe/illa vehementer dilexiſſe/ cuſtodiſſe / ſer-
uaſſe/teſtem eum ſe facere qui omnia videt/et quem nichil poteſt latere: quid inſuper aliud optat/
quid preſtolatur/quid expectat q̃ illam perq; deſiderabilem domini ſui vocem/ad ſupernā illā pacē
accerſentem/ad beatitudinem illā vocātem/intra in requiem meā/et illam inſuper intra in gaudium
domini tui.nā labores finis non ſunt : ſed laborum eterna requies (que eſt pax dei) finis eſt/ termini
prorſus et finis neſcia.ſicut ſcriptum eſt:a modo iam dicit ſpiritus vt requieſcāt a laboribus ſuis.

Ayuntamiento de Madrid

ADVERTE. Secũdo verſu. letaboꝛ ego ſuper eloquia tua. rectius letoꝛ ex hebꝛæo/ gaudẽs ego ſum in eloquio tuo. adde etiam φ in antiqua tralatione legebatur/ exulto ĩ verbis tuis. ¶ Sexto verſu. expectabam ſalutare tuum domine. rectius ex hebꝛæo expectaui ſalutare tuum domine/ et ex natura coniunctionis et ſequentis particule/ et mandata tua dilexi. alioqui enim ad rectioꝛem loquendi noꝛmam erat dicendum: et mandata tua diligebam. Sed id ratione ſermonis græci pꝛouenit vbi verba hec ponuntur. πρoσεΔoκωρ ηγαπεσα.

XXII

| | GALL. Thau. | ROM. Signa. | HEB. N |
|---|---|---|---|
| tb 1 | Appꝛopinquet depꝛecatio mea in conſpectu tuo dñe iuxta eloqũ tuũ da michi intellectũ. Thau. | Appꝛopiet oõo mea in conſpectu tuo domine: ſecundũ eloquiũ tuũ da michi ĩtellectũ. Signa. | Ingrediať laus mea coꝛam te domĩe: ſecũdum verbum tuum doce me. N |
| tb 2 | Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo: ſecũdũ eloquiũ tuum eripe me. Thau. | Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo dñe: ſcdm eloquium tuum eripe me. Signa | Veniat depꝛcatio mea ante vultũ tuũ: ſecũdũ eloquium tuum libera me. N |
| tb 3 | Eructabũt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. Thau. | Eructabũt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. Signa. | Fundent labia mea hymnum: docebis enim me pꝛecepta tua. N |
| tb 4 | Pꝛonũciabit lingua mea eloquiũ tuũ: qꝛ oĩa mandata tua equitas. Thau. | Pꝛonũciauit lingua mea eloquia tua: qꝛ omnia mandata tua equitas. Signa. | Loquetur lĩgua mea ſermonem tuum: quia omnia mandata tua iuſta. N |
| tb 5 | Fiat manus tua vt ſaluet me quoniam mandata tua elegi. Thau. | Fiat manus tua vt ſaluũ me faciat quia mãdata tua elegi. Signa. | Sit manus tua auxiliatrix mea: quia pꝛecepta tua elegi. N |
| tb 6 | Cõcupiui ſalutare tuum domine: et lex tua meditatio mea eſt. Thau. | Cõcupiui ſalutare tuum domine: et lex tua meditatio mea eſt. Signa. | Deſideraui ſalutare tuũ domine: et lex tua volũtas mea. N |
| tb 7 | Viuet anima mea et laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Thau. | Viuet anima mea et laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Signa. | Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua auxiliabuntur michi. N |
| tb 8 | Erraui ſicut ouis que periit\ quere ſeruum tuum qꝛ mãdata tua non ſũ oblit⁹. | Erraui ſicut ouis q̃ periérat\ reqre ſeruũ tuũ dñe: qꝛ mãdata tua nõ ſũ oblitus. | Erraui quaſi ouis pdita\ quere ſeruũ tuũ: qꝛ mandatoꝝ tuoꝛũ nõ ſum oblitus. |

tb VIGESIMESECVNDE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO

tb ¶ Appꝛopinquet depꝛecatio mea in conſpectu tuo dñe: iuxta eloquium tuũ da michi intellectum. 1

¶ Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me. 2

Qui ſe ſentit pꝛopemodum emoꝛtuũ/ et in mundo emeruiſſe: non immerito petit a mundo liberari/ ⁊ cominus atq; e vicino te ♁ largitoꝛ gloꝛie a modo poſſe pꝛecari et tuo conſpectui pꝛeſens aſſiſti. nam tu domine/ ſpirituum deſiderium et finis/ cum ſis incoꝛpoꝛalis: q̃diu detinetur in coꝛpoꝛe/ videtur denſo obſcuroq; muro ab incoꝛpoꝛea regione quam inhabitas diſpeſci ac ſeparari. ⁊ hunc vehementer optat in te deo ſuo tranſilire murum. nam et natura videmus/ ignea omnia et aerea igneam petere regionem/ et aeream. aquea aqueam. et terrea terream. nonne conſentaneum etiam eſt: vt mens ſpiritualis et incoꝛpoꝛea/ toto niſu ſpiritualem petat regionem et incoꝛpoꝛeam: et que libere congreditur omnia ingreditur/ egreditur a ſe non demota/ ſed in ſe vt immobili ſede manens: ad opificiam mentem aliquando concedat et me et inmobiliter mobilem: que (etſi nuſq̃ a ſe egrediens) omnia tamen peragit ⁊ operatur. que omnia capit: et non capitur niſi a ſe. que omnia in ſe continens: eminẽter ſegregatur ab omnibus. verum et ad noua et aperta opificis mentis ſpectacula: nouum petit intellectum/ ſeparate et pꝛoꝛſus incoꝛpoꝛee regioni accommodatum/ atq; ait. appꝛopinquet depꝛecatio mea in cõſpectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da michi intellectum. intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me. exime me de coꝛpoꝛeo carcere/ et da (amoto velamine) tue conſpiciende lucis ſanum/ foꝛtem indefeſſumq; oculum. nam ſi oculus æger aut debilis/ inualidus eſt ad coꝛ

Ayuntamiento de Madrid

poꝛalis ſolis contuitum: tanto magis intellectus/ ſi æger aut debilis fuerit/ inualidus inuenietur ad
te incoꝛpoꝛeum iuſtitie ſolē infinita claritate radiantem infinitaqꝫ luce pollucentem/ ſpiritualiter con
tuendum. ſed quis tam purgatum/ tam validum/ tamqꝫ capacem et amplum pꝛeſtare poſſit intelle-
ctum/ eloquio et aperto verbo tuo quodammodo pꝛopoꝛtionatum: niſi tu qui vt tue potentie/ ſapiē
tie et bonitatis/ pari quoqꝫ modo tue capacitatis infinite in re finita impꝛimis veſtigium/ adeo vt nō
tam finita ꝙ infinite finita/ neqꝫ tam infinita ꝙ finite īfinita videatur? quippe que vt bonitatis ita infi
nitatis imago. ꝙ igitur infinita et pꝛopoꝛtionata apparet: a te habet. at ꝙ finita et diſpoꝛtionata/ ex ſe
et a nichilo habet/ et quatenus iam quedam pꝛiuatio eſt.
3 ¶ Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificatiōes tuas. th
4 ¶ Pꝛonunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas. Nō ignoꝛat quod th
ſit exutarū coꝛpoꝛea molle mentiū officium/ qui coꝛpoꝛe petit exui ad liberioꝛem expeditioꝛemqꝫ di-
uinum famulatum: te ſcilicet (qui es omni cultu venerabilioꝛ/ omni honoꝛe dignioꝛ/ omni denicqꝫ ma
ieſtate auguſtioꝛ vniuerſaqꝫ ſuperioꝛ laude) perenniter et in ſumma quietudine irrequiete laudare.
quēadmodū ſcriptum eſt. beati qui habitant in domo tua dn̄e: in ſecula ſeculoꝛum laudabunt te. ve-
rum vt nullus in hoc mundo ſeipſo ſufficit inferioꝛes (vt ſic dixerim) iuſtificatiōes tuas diſcere/ neqꝫ
vt par eſt te laudare: ita neqꝫ in ſuperna illa regione viuentium/ ſufficit vllus ſeipſo ſupernas iuſtifi-
cationes tuas diſcere (quarum que in pꝛeſenti mundo peragunt̄/ ſimulacra quedam ſunt et ſacris ve
laminibus obducta ſigna) neqꝫ debitū tibi hymnum canere. niſi tu a quo omnis ſapientia vt a fonte
perenni manat: docueris ipſum. quod quia non ignoꝛat ſeruus tuus: ideo cōfitetur ⁊ ait. eructabunt
labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. pꝛonunciabit lingua mea eloquium tuū:
qꝛ oīa mādata tua æq̄tas. tūc enī oīa ī ſuā veritatē reducta: illic erūt/ apparebūtqꝫ ſūma puraqꝫ æq̄
tas. hic aūt æq̄tas: alterata quedam æquitas. vt lux ſenſibilis non ipſa quidem lux eſt: ſed alterata
quedā lux. quare in hoc mundo æquitas particularis: illic vniuerſalis. hic rurſus vt ſenſibilis lux:
illic vt intelligibilis. hic compoſita/ multiplex/ permixta: illic ſimplex/ vnica/ ⁊ pura ⁊ totius æqui-
tatis fontana oꝛigo/ pꝛincipium omnium rerū ⁊ finis. ſiquidē ab æquitate oīs naſcitur inæqualitas:
et in æquitatem vt in ſuam tandem reuocatur oꝛiginem.
5 ¶ Fiat manus tua vt ſaluet me: qm̄ mandata tua elegi. Regio viuoꝛum ad quā aſpirat ſeruꝰ tuus th
poſt finitū ī hoc mūdo certamē ſuū: eadē eſt ⁊ terra viuētiū. in qua nulla regnat moꝛs/ ſed ſempiterna
ſalꝰ. verū hec terra ī qua ꝑegrinat̄ ⁊ accola eſt hactenus ſeruꝰ tuꝰ: terra eſt tenebroſa ⁊ operta moꝛtis
caligine/ terra miſerie ⁊ tenebraꝝ/ vbi nō regnat ipſa ſalus. nā ſi ī ea regnaret ipſa ſalus: oīa ſaluaret.
ſicuti lux oīa illuminat ⁊ caloꝛ calefacit oīa vbi regnat. hec terra peregrinoꝝ/ illa īmanētiū. hec ſeruo
rū/ illa liberoꝝ. hec accolarū/ illa ciuiū. ab hac igit̄ ſaluari/ ab hac eximi poſtulat. ſed ſcit hoc fieri nō
poſſe: niſi de regione lucis (quā inhabitat ſalus) adueniat auxiliū. quapꝛopter ſupplex oꝛat. fiat ma
nus tua vt ſaluet me: qm̄ mandata tua elegi. ſi diuitias/ ſi honoꝛes/ ſi luxus voluptateſue delegiſſet
mūdi: qua fiducia dixiſſet/ fiat manus tua vt ſaluet me? nō enim adiecisſet/ qm̄ diuitias/ honoꝛes/ lu
xuſue delegi. ſed qꝛ ſola mandata tua illi fuere cure/ ſola illi fuere coꝛdi: magna ſpe magnaqꝫ fiducia
ſue petitiōi adiecit/ qm̄ mādata tua elegi. quāta ergo diffidētia/ quāto pauoꝛe quantaqꝫ animi turbu
lētia ex hoc mūdo egredie̅t cū moꝛs clauſtra vite reſoluet: q̄ opes/ ſuꝑbias/ ⁊ ſua ī hoc mundo dele-
gerit placita? tāta pꝛofecto: quāta fiducia ſecuritateqꝫ et animi tranquillitate is qui tua ſola capeſſe-
rit iuſſa. nec immerito. nam ille moꝛitur ad moꝛtem: iſte de moꝛte tranſit ad vitam. ille it in tenebꝛas.
iſte reſpirat ad lucem/ et lucem quidem immenſam/ lucem ſpiritualem/ lucem veram. ille in perditio
nem: iſte in eternā trāſfertur ſalutē in ꝓpꝛio iam regno latiſſime dominantē/ iam oīa ſaluantem.
6 ¶ Concupiui ſalutare tuum dn̄e: et lex tua meditatio mea eſt. O eterne dn̄e cuius ſapientie non eſt th
numerus. ꝙ quis meditatur/ contēplatur ⁊ iugiter meditationi legis tue inuerſatur: hoc habet quia
tu ei mentē indidiſti que eſt quedā tui ſimilitudo/ et que ſola ſapit ſicut ſolus auditus audit et viſus
videt. Et ꝙuis hec ſapientia eius vmbꝛatilis ſit: mirā tamen excitat ſalutaris tui non carnis ſed ſpi-
ritus concupiſcentiā. quod et hic ſermo teſtatur ſerui tui: quo dicit/ concupiui ſalutare tuum dn̄e: et
lex tua meditatio mea eſt. ⁊ hoc ſalutare quod tantopere concupiſcit: eternum verbum tuum eſt/ om-
nium artifex ratio ipſaqꝫ ſapiētia: in quā reſilit tue legis meditatio/ vt lucis radius in ipſum ſolē vn-
de ipſius ducitur oꝛigo. ⁊ reſiliendo exuſcitat quoddā deſiderium et mirabilem ſitim potiundi ſalu-
taris tui intolerabilemqꝫ ardoꝛem: ⁊ talem pꝛofecto ſitim: que non extinguetur/ que non ſaturabitur
donec nudum/ apertum ⁊ reuelatum apparuerit verbum tuum. atqui quemadmodum oculo clauſo
ſol nude ⁊ aperte illucere nō poteſt: idētidem neqꝫ mēti verbum tuū ꝙdiu carne obtegitur. nō quidē
ob verbi impotentiā: ſed ob mentis incapacitatem ipſamqꝫ non ſatis diſpoſitam. nā mens/ totus ocu
lus: caro/ cilium totā cōtegens. ſol/ verbum tuum. mens inquā totus oculus: qui tunc pꝛimum per-
fecte aperitur cum a carne ſeparatur et eximitur ex integro. qui ergo concupiſcit verbi tui pꝛeſentiam

Ayuntamiento de Madrid

in quo omnia condita ſunt/et ſaluanda ſaluantur: affectat proculdubio carnis velamen auferri/et a
mortali carne ex integro abſolui.quo videndi liberam prorſuſqꝫ expeditam adipiſcatur facultatem.
th ¶ Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Cum fidelis ſeruus tuus dicit/ vi 7
uet anima mea et laudabit te/ et iudicia tua adiuuabunt me: vitam qua viuebat in hoc mundo nõ re-
putabat vitam. neqꝫ laudem qua te in hoc mundo laudabat: laudem exiſtimabat/ ſed potius quan-
dam vite et laudis incoationem et vmbram. verba igitur illa dicẽs: vitam eternam petebat aut opta
bat. nam vita quam hic viuit: ſimilitudinaria et momentanea eſt. et vitam hanc anima influit in cor-
pus. non ergo corpus vita ſua eſt: ſed vita ſua eſt anima. que non eſt ipſa vita: ſed ipſius vere et per
ſe vite quoddam remotum veſtigium. at vita eterna / vera et indeficiens vita eſt: quam verbum dei
qui eſt ipſa vera vita in animam influit. non ergo anima vita ſua eſt que eſt vita eterna: ſed verbũ dei
eſt eius vita. vt ergo ad vitam ſuſcipiendam corpus ad animam: anima quodam modo ad dei ver-
bum. q̃diu ergo in hoc mundo viuimus/ anima noſtra nondum viuit/ vtpote que nondum ſit ſue vi-
te coniuncta: ſed in ſimilitudine future vite viuificat corpus. verum ſi diſpoſita comperietur: in futu
rum viuet (nam et non niſi corpori diſpoſito anima vitam elargitur) et laudabit ſuam vitã viteqꝫ in-
dultorem/ laude quidem ineffabili / non quam ipſius ſed diuina adminiſtrabunt iudicia: propterea
addidit et iudicia tua adiuuabunt me.
th ¶ Erraui ſicut ouis que periit: quere ſeruum tuum quia mandata tua nõ ſum oblitus. Spiritualis 8
ſeruus tuus miſericordiſſime domine/ qui toto corde exquiſiuit te/ eloquia tua in cordis ſui penetra
libus condidit/ illa pronunciauit/ alios docuit/ illis tanq̃ diuitiis omnibus delectat⁹/ in illis ſe exer
E cuit/ conſiderauit vias tuas/ iuſtificationes tuas meditatus eſt/ nõ eſt oblitus ſermones tuos/ anima
P eius iuſtificationes tuas omni tempore concupiuit / principum paſſus calumnias/ exercitia iuſtifica
I tionum tuarum non omiſit/ viam veritatis elegit/ adheſit teſtimoniis tuis/ viam mandatorum tuoꝝ
L cucurrit/ nichil de ſe preſumens omnia a te poſtulauit/ in verbo ſuo ſuperſperauit/ memoria iudicio-
O rum tuorum conſolatus eſt/ defecit pro delinquentibus/ nocte memor fuit nominis tui/ in toto corde
G ſuo faciem tuam deprecatus eſt/ vias tuas cogitauit/ pedes ſuos conuertit/ paratus fuit non turba-
V tus/ media nocte ad confitendum tibi ſurrexit/ factus eſt particeps omnium timentiũ te/ anima eius
S in ſalutari tuo defecit/ in verbo tuo ſuperſperauit/ afflictus/ perſecutus/ pene in terra cõſumat⁹ man-
data tua non dereliquit/ tota die in lege tua meditatus eſt/ ſuper omnes docentes ſe / ſuper ſenes in-
tellexit/ ab omni via mala pedes prohibuit/ a iudiciis tuis non declinauit/ eloquia tua melle dulcio
ra amplexatus eſt/ a mãdatis tuis intellexit/ verbum tuum lucerna pedibus eius/ teſtimonia tua he-
reditaria acquiſiuit/ cor ſuum ad iuſtificatiões tuas inclinauit/ iniquos odio habuit/ legem tuam di-
lexit/ vt ſcoriam peccatores reputauit/ carnes ſuas timore tui confixit/ a iudiciis tuis timuit/ iudiciũ
et iuſtitiam fecit/ oculi eius in ſalutare tuum defecerunt / ſuper aurum ſuper topazion mandata tua
dilexit / omnem viam iniquam odio habuit anima eius teſtimonia tua ſcrutata eſt/ os ſuum aperuit
ſpiritum attraxit / ſuper non cuſtodientes legem tuam oculi eius riuos aquarum deduxerunt / zelo
contabuit/ eloquium tuum ardenter deperiit/ contemptus eſt/ tribulatus eſt/ anguſtiat⁹ eſt/ ad te cla-
mauit/ lucem anticipauit/ oculi eius ad te diluculo preuenerũt/ iudicio tuo/ miſericordie tue ſe com-
miſit / principum tenebrarum bella ſuſtinuit/ victoria letatus eſt/ eloquiis tuis magis q̃ omnib⁹ ſpo
liis delectatus eſt/ ſepties in die te laudauit/ teſtimonia tua cuſtodiuit/ vehementer dilexit / manda-
ta tua ſeruauit/ omnes vie eius in conſpectu tuo/ tibi appropinquare/ ſupernas laudes tuas ediſcere
a mundo liberari geſtiit/ ſalutare tuum concupiuit/ et deniqꝫ diſſolui et eſſe cum Chriſto ſalutari tuo
hic tantus/ hic talis ſeruus tuus: nichilominus dixit / et hec eius nouiſſima verba fuere/ erraui ſicut
ouis que periit quere ſeruum tuum quia mandata tua non ſum oblitus / quecunqꝫ precepta ſunt ei:
fecit. et e mundo egreſſurus vere prudens/ cognoſcens et fidelis ſeruus in humilitatis ſpiritu/ ſacro
ſancta conſilia tua ſecutus dicit: inutilis ſum ſeruus tuus/ feci qđ debui. ad id quod feci tenebar: neqꝫ
ſum vllo premio vllaue gratia dignus. Sed tu O paſtor æterne ouem require que periit: et repertã
ſacris humeris tuis impoſitam in cæleſtem domum tuam induc. nam omnis qui in hoc mundo vi-
uit: a te peregrinatur. ⁊ niſi requiras/ niſi inuenias: periit. quis enim ſaluare poteſt: niſi tu ſolus/ qui
ſolus es ſuperbonus/ ſuperpotens et in omnia ſecula ſuperbenedictus. AMEN.
ADVERTE. Septimo verſu/ viuet anima mea et laudabit te. hic videt̃ poti⁹ precandũ aut optã
dum q̃ aſſerendum. vt ſic dicatur viuat anima mea ⁊ laudabit te: vt quinto verſu paulo precedente/
fiat manus tua vt ſaluet me. ſic ſacer Hieronymus/ ſit manus tua auxiliatrix mea. quare et admodũ
cõſequens vt diceretur/ viuat anima mea. ſed dictum eſt aſſerendi modũ in modũ optandi / ⁊ contra
pleriũqꝫ apud interpretes confundi. de deprecatorio et optandi modo ſatis id apud latinos eſt con-
ſuetum vt pro reliquo capi ſoleat reliquum. At nunc benigno dei fauore finitis elemẽtaribus ogdoa
dibus tranſeamus ad ſequentem pſalmum.

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

¶ Canticum graduum.
CXVIIII.
1 AD dominū cum tri
bularer clamaui: et
exaudiuit me.
2 Domine libera animam
meam a labijs iniquis: a
lingua doloſa.
3 Quid detur tibi aut q̄d
apponatur tibi: ad linguā
doloſam?
4 Sagitte potētis acute: cū
carbonibus deſolatorijs.
5 Hei michi quia incolatus
meꝰ ꝓlōgatꝰ eſt \ habitaui
cū habitātibus cedar: mul-
tum incola fuit aīa mea.
6 Cum ijs qui oderunt pa-
cem eram pacificus: cum lo
quebar illis impugnabant
bant me gratis.

**ROM.**

¶ Canticum graduum.
CXVIIII.
AD dominum cū tri-
bularer clamaui: et
exaudiuit me.
Domine libera animam
meam a labijs iniquis: et a
lingua doloſa?
Quid detur tibi aut q̄d
apponatur tibi: a lingua
doloſa?
Sagitte potētis acute: cū
carbonibus deſolatorijs.
Heu me q2 incolatus me-
us ꝓlongatꝰ eſt \ habitaui
cum habitantibus cedar:
multū īcola fuit aīa mea.
Cum ijs qui oderunt pa-
cem eram pacificus: dum
loquebar illis impugnabāt
me gratis.

**HEB.**

¶ Canticum graduum.
CXX.
AD dominum in tri-
bulatione mea cla-
maui: et exaudiuit me.
Domine libera animam
meam a labio mendacij: a
lingua doloſa.
Quid detur tibi aut q̄d
apponatur tibi: ad linguā
doloſam?
Sagitte potētis acute: cū
carbonibus iuniperorum.
Hei michi q2 peregrina-
tio mea ꝓlōgata eſt: habi-
taui cū tabernaculis cedar.
Multū peregrina eſt ani-
ma mea: cum odiētibus pa
cem.
Ego pacifica loquebar: et
illi bellantia.

TITULUS. Canticum graduum. Pſalmus / laus canenda in eleuatione mentis ad templū re-
gis pacifici / qui Chriſtus dominus eſt. Populus fidelis a propheta in ſpiritu inducitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me: in perſecu-
tione hoſtili / in ſeuitia tyrannoꝝ vocē meā ad deum meū dominatorē omniū extuli: et liberauit me.
2 Dñe libera aīam meā a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa. tu dñe exaudiſti me et liberaſti me a crude-
litate tyranni aperte ſeuientis: nūc etiā dignare liberare fatigatā vitā meam a blaſphemijs hæretico-
3 rum / a doctrina plena doloſitate. Quid detur tibi aut quid apponat tibi: ad linguā doloſam. O aīa
mea quod flagellum poſſit amplius addi / quod amplius poſſit tibi apponi: ad hanc peruerſiſſimam
4 mendacis lingue doctrinā? Sagitte potētis acute: cū carbonibus deſolatorijs. hec nequā / hec viro-
ſa / hec inficiēs doctrina vt tela valide ſagittantis penetrat: ſic ꝑſerpit / ſic eccleſiā tuā / ſic edificiū tu-
5 um perurit vt carbones vaſtatorij cum in edificiū ſenſim irrepūt et nocēdi ſumūt incrementum. Hei
michi quia incolatus meus ꝓlongatus eſt / habitaui cum habitātibus cedar: multū īcola fuit anima
mea. miſerū me quia peregrinatio mea (hac nequā graſſante doctrina) in lōgum nimis protenſa eſt /
cōuerſatus ſū cū arabibus ⁊ agarenis cū lingue huius doloſe blaſphemantis doctrine beſtiali ſecta:
6 nimio iā incolatu / tedio affectata eſt vita mea. Cū ijs qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar il-
lis īpugnabāt me gratis. imitatus ſaluatorē meum / dominum pacis / cum inimicis diuine pacis / pa
cem dei ſeruabam / cum illis verba pacifica / verba euangelij eterne pacis afferebam: aduerſabantur
et repugnabant abſq3 vlla ratione / et gladium pugnamq3 parabant.
ADVERTE. Quarto verſu. cū carbonibꝰ deſolatorijs: Hieronymꝰ ex hebræo / cū carbonibꝰ iu-
niperoꝝ. carbones deſolatorios cōſtat eos eſſe; q̄ deſolāt / cauſaue deſolatiōis exiſtūt, q̄bꝰ lingua he
reticoꝝ ſcd̄m ſeptuagita cōparaꝫ. Sed cur carbonibꝰ iuniperoꝝ etiā cōparet? Ferūt carbones iunipi
diu fouere ignē: itaq3 illo indicaꝫ diuturnū eſſe huiuſmodi malū / ⁊ q̄d ad æternū fouetur incendium
¶ Quinto verſu. habitaui cū habitātibus cedar. cedar ſecundꝰ fuit filioꝝ Hiſmaelis: vnde Arabeſq̄
ſiue Aſſirica deſcēdere. ⁊ eorū regio / regio cedar, ⁊ de Hiſmaele et pplo ab eo deſcēdēte: hīi p. angelū
matri eius Agar ꝓnunciatū eſt. manꝰ eius cōtra oēs: et manꝰ oīm cōtra eū. Nā hiſmaelite et aggare-
ni ſemper populi dei et veterē et recentem aduerſati ſunt / et nunc quoq3 maxime omnium aduerſan-
tur. a quibus eni per Aſiam / Africam / ⁊ magna ex parte pEuropā impediꝫ verus dei cultus: niſi ab
arabibus nefariaq3 et deteſtabili eorū ſecta / qui per mille fere annos colūt beſtiā et imaginē eius que
eſt lex beſtiæ ⁊ alcoranus? quos interficiat Chriſtus dñs / ⁊ cito ſpū oris ſui. qui ſolus eſt cum æter-
no patre et ſpiritu ſancto, ſuperbenedictus in ſecula ſeculorum. AMEN.

**GALL.**

## ¶ Canticum graduum. CXX.

1 Leuaui oculos me-
os ĩ mõtes: vnde ve-
niet auxilium michi.
2 Auxiliũ meum a domĩo:
qui fecit celum et terram.
3 Nõ det in commotionem
pedem tuum: neq; dormi-
tet qui cuſtodit te.
4 Ecce nõ dormitabit neq;
dormiet: q̃ cuſtodit iſrael.
5 Dominus cuſtodit te\ do-
minus protectio tua: ſuper
manum dexteram tuam.
6 Per diem ſol non vret te:
neq; luna per noctem.
7 Dominus cuſtodit te ab
omni malo: cuſtodiat ani-
mam tuam dominus.
8 Dñs cuſtodiat ĩtroitũ tu
um et exitum tuum: ex hoc
nunc et vſq; in ſeculum.

**ROM.**

## ¶ Canticum graduum. CXX.

Leuaui oculos me-
os ad montes: vnde
veniet auxilium michi.
Auxilium meum a dño:
qui fecit celum et terram.
Non det ĩ commotionem
pedem tuum: neq; obdor-
miat qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit neq;
obdormiet: q̃ cuſtodit iſrl̃.
Dominus cuſtodit te\ do
minus protectio tua: ſuper
manum dextere tue.
Per diem ſol non vret te:
neq; luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab
omni malo: cuſtodiat ani-
mam tuam dominus.
Domin⁹ cuſtodiat introi
tũ tuum & exitum tuum: ex
hoc nunc & vſq; in ſeculum.

**HEB.**

## ¶ Canticum graduum. CXXI.

Leuaui oculos me-
os in montes: vnde
veniet auxilium meum.
Auxilium meum a domi
no: factore celi et terre.
Non det ĩ commotionem
pedem tuum: nec dormitet
qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit neq;
dormiet: q̃ cuſtodit iſrael.
Dominus cuſtodit te\ do
minus protectio tua: ſuper
manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te:
neq; luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab
omni malo: cuſtodiat ani-
mam tuam.
Dominus cuſtodiat exitũ
tuum & introitum tuum: a
modo et vſq; in eternum.

TITULUS. Pſalmus/ continuata laus. Propheta in ſpiritu eundem populum inducit.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxiliũ michi.
2 eleuaui mẽtẽ meã ad celos: vñ ſuccurſ⁹ & defẽſio elargiet̃ michi. Auxiliũ meũ a dño: q̃ fecit celũ & ter
rã defẽſio mea & pſidiũ nõ a brachio terreno/ nõ ab aliqua creatura celi aut t̃re: ſʒ ab vniuerſoꝝ dñato
3 re/ cõditore celi et terre. Nõ det ĩ cõmotionẽ pedẽ tuũ: neq; dormitet qui cuſtodit te. hic ſpũs ſanct⁹.
O pple fidelis/ dñs de⁹ tu⁹ nõ ſinat te ĩ errorẽ pᵘerſi dogmatis labi/ vigilet cõtinẽter a q̃ ſolo defẽſio
4 nẽ & auxiliũ petis/ & q̃ eſt cuſtos tuus. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet: q̃ cuſtodit iſrl̃: teſtificor tibi
pple fidelis/ neq; parũ neq; multũ deſeret te: is q̃ ſolicite curat eos/ q̃ lãguẽt & deſiderio flagrãt eũ vi
5 dere & agnoſcere. Dñs cuſtodit te: dñs ꝓtectio tua ſup manũ dexterã tuã. q̃ accepit dñiũ oĩs creatu
re ille eſt cuſtos tuus: ille eſt defẽſor/ magis prõpt⁹/ magis apparat⁹ te defẽdere q̃ꝫ prõpta ſit manus
6 dextera tua. Per diẽ ſol nõ vret te: neq; luna p noctẽ. ĩ ꝓſperis ſplẽdor honorificẽtie nõ ledet te/ neq;
in aduerſis deiectio/ hũiliatio/ & bonoꝝ ꝓuatio deijciet te/ ſed ĩ vtriſq; ꝓſperis & aduerſis/ die ac no-
7 cte/ honorificẽtia & deiectiõe dñs de⁹ tu⁹ cuſtodiet te. Dñs cuſtodit te ab oĩ malo: cuſtodiat animaꝫ
tuã dñs. de⁹ tu⁹/ cuſtos tu⁹ ſeruat te ne precipiteris in aliqđ funeſtũ et mortale facinus in hoc mun-
8 do: ſeruet ſpiritũ in vitã æternã in altero. Dñs cuſtodiat introitũ et exitũ tuũ: ex hoc nunc et vſq; in
ſeculũ. dñator ĩmenſus cuius ſup oĩa eſt dominiũ/ is omni ꝓtectione & cuſtodia muniat ingreſſum tu
um in hũc mundũ/ & egreſſum in vitã perennẽ: ex hoc vite curriculo in æuum interminum.
ADUERTE. Sexto verſu. per diem ſol non vret te: ex hebræo/ per diem ſol non percutiet te. ſed
in eandem tendit intelligentiam: & tralationes inter ſe ſatis conciliate.

**GALL.**

## ¶ Canticum graduum. CXXI.

1 Letat⁹ ſum ĩ ijs que
dicta ſũt michi: ĩ do
mum dñi ibimus.
2 Stantes erant pedes no-
ſtri: in atrijs tuis hierl̃m.

**ROM.**

## ¶ Canticum graduum. CXXI.

Letatus ſũ ĩ ijs que
dicta ſũt michi: ĩ do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes no-
ſtri: in atrijs tuis hierl̃m.

**HEB.**

## ¶ Canticum graduum. CXXII.

Letatus ſũ eo q̃ꝫ di-
xerit michi: ĩ domũ
domini ibimus.
Stantes erant pedes no-
ſtri: in portis tuis hierl̃m.

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

3 Hieruſalem que edifica-
tur vt ciuitas: cuius parti-
cipatio eius in idipſum.
4 Illuc enĩ aſcenderunt tri
bus \ tribus domini: teſti-
monium iſrael ad confitẽ-
dum nomini domini.
5 Quia illic ſederũt ſedes in iu
dicio: ſedes ſup domũ dd.
6 Rogate que ad pacem ſũt
hieruſalẽ: ⁊ abundantia di
ligentibus te.
7 Fiat pax ĩ virtute tua: et
abũdãtia in turribus tuis.
8 Propter fratres meos et
proximos meos: loquebar
pacem de te.
9 Propt domũ domini dei
noſtri: queſiui bona tibi.

**ROM.**

Hieruſalem que edifica-
tur vt ciuitas: cuius parti
cipatio eius in idipſum.
Illuc enĩ aſcẽderunt tri-
bus \ tribus domini: teſti-
monium iſrael ad confitẽ-
dum nomini tuo domine.
Quia illic ſederũt ſedes ĩ iu-
dicio: ſedes ſup domũ dd.
Rogate que ad pacem ſũt
hieruſalem: et abundantia
diligentibus te.
Fiat pax ĩ virtute tua: et
abũdãtia in turrib⁹ tuis.
Propter fratres meos et
proximos meos: loquebar
pacem de te.
Et ppt domũ domini dei
mei: queſiui bona tibi.

**HEB.**

Hieru ſalem que edifica-
tur vt ciuitas: cuius parti
cipatio eius ſimul.
Quia ibi aſcenderunt tri
bus \ trib⁹ dñi: teſtimoni-
um iſrael ad confitendum
nomini domini.
Quia ibi ſederũt ſedes ĩ iudi
cio: ſedes domui dauid.
Rogate pacẽ hieruſalem:
ſit bene ijs qui diligũt te.
Sit pax ĩ muris tuis: abũ
dantia in domibus tuis.
Propter fratres meos et
amicos meos: loquar pa-
cem tibi.
Propter domum domi-
ni dei noſtri: queram bo-
na tibi.

TITULUS. Canticũ graduum. Pſalmus / continuata laus. idem in ſpiritu populus inducit.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Letat⁹ ſũ ĩ ijs que dicta ſũt michi: ĩ domum dñi ibim⁹: cõ-
ſolatus ſum in oraculo ſpiritus ſancti quod innotuit michi: ex hoc mũdo in tabernaculum dei altiſſi-
2 3 mi trãſibim⁹. Stãtes erãt pedes noſtri: in atrijs tuis hieruſalẽ. Hieruſalẽ que edificatur vt ciuitas:
cui⁹ participatio eius in idipſũ. O dñe deus nr̃ / pene eram⁹ ocioſi: in primis ipſis forib⁹ eccleſie tue.
4 eccleſie que conſtruitur ad imitãdã ciuitatem celeſtem: q̃ cum domo dñi retinet conſortiũ. Illuc enĩ
aſcenderũt tribus / tribus dñi: teſtimoniũ iſrael ad confitendũ nomini dñi. nam in hieruſalẽ illam do
mo dei copulatã conſcenderunt populi / viri ſancti: qui teſtes fuerunt populo fideli ad glorificãdum
5 verbũ dei. Quia illic ſederunt ſedes ĩ iudicio: ſedes ſuper domũ dauid. quia in illa glorioſa ciuitate
cæleſti / throni poſiti ſunt ad iudicandũ: ad iudicandũ populũ regis æterni / regis gentiũ deſiderati.
6 Rogate que ad pacẽ ſunt hieruſalẽ: ⁊ abundãtia diligentibus te. O populi precamini quietudinem
et tranquillitatẽ tam glorioſe ciuitatis vobis ĩpartiri: ⁊ O ciuitas ſancta nichil deſit ijs qui querunt /
7 colunt et amant te. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundãtia in turribus tuis. O ciuitas dei quies deſ pre
8 ſidib⁹ tuis: ⁊ nulla deſit bonorũ copia defẽſorib⁹ tuis. Propter fratres meos ⁊ proximos meos: lo-
quebar pacẽ de te. propter cõfideles meos ⁊ charos meos: hanc tuã diuinæ pacis ſecuritatẽ preca-
9 tus ſum. Propter domũ dñi dei noſtri: queſiui bona tibi. vt cæleſtis dom⁹ cõditoris ⁊ dominatoris
noſtri impleatur: precatus ſum O ciuitas dei omnia proſpera tibi.
ADUERTE. Tertio verſu / cuius participatio ei⁹ in idipm: ex hebræo cui⁹ participatio ei⁹ ſimul
id enĩ in idipſũ eſt quod nũc in vnũ nũc ĩ idipſũ vt alias dictũ eſt interptes vertũt / Hieronym⁹ ſimul
et cũ dicit ſimul nõnichil ciuitati ſociatur. ⁊ q̃dnã illud: niſi dei et agni? ac ſi diceremus cuius partici
patio ſimul cũ ea. ⁊ tẽplũ (ĩquit diuinorũ ſpectator Joannes) nõ vidi in ea. dñs enĩ oĩpotens tẽplũ il
lius eſt / ⁊ agn⁹. ⁊ hec eſt participatio ciuitatis cæleſtis: participatio dei et agni. vnde nõ forte abſo-
na eſſet intelligẽtia neq̧ ineptus ſermo: ſi verſũ hũc ita legerem⁹. hieruſalẽ que edificatur vt ciuitas
cuius participatio cũ ea in idipm. quod idẽ eſt ac / cuius participatio pariter cũ ea. ſupna enĩ ciuitas
ſecũ habet quo participat: terrena autẽ ⁊ infima nondũ habere videt. Septimo verſu. fiat pax in
virtute tua: ex hebræo pauloaliter / ſit pax in muris tuis. ſed quia muri defendũt ⁊ muniũt: ĩterptes
p virtute ⁊ fortitudĩe acceperũt. verũ cuſtodes / ⁊ defẽſores ĩtelligẽdi ſũt: qb⁹ ſãcti pacẽ dei impcãt.

**GALL.** Canticum graduum.
CXXII.
1 Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas ĩ
celis.

**ROM.** Canticum graduum.
CXXII.
Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas ĩ
celo.

**HEB.** Canticum graduum.
CXXIII.
Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas ĩ
celis.



Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

2 Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dñorum ſuorum.
3 Sicut oculi ancille in manibus dñe ſue:ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum donec miſereatur noſtri.
4 Miſerere nr̃i dñe miſerere noſtri:qr multum repleti ſumus deſpectione.
5 Quia multum repleta eſt anima noſtra:opprobrium abundantibus et deſpectio ſuperbis.

**ROM.**

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dñorum ſuorum.
Et ſicut oculi ancille ĩ manibus dñe ſue:ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum donec miſereatur nobis.
Miſerere nobis dñe miſerere nobis: quia multũ repleti ſumus contemptione.
Et multũ repleta eſt anima noſtra:opprobriũ abundantibus et deſpectio ſuperbis.

**HEB.**

Ecce ſicut oculi ſeruorum: ad manum dñorum ſuorum.
Sicut oculi ancille ad manum dñe ſue:ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrũ donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri dñe miſerere nr̃i:qm̃ multum repleti ſumus deſpectione.
Multum repleta eſt anima noſtra:opprobrio abundantium et deſpectione ſuperborum.

TITULUS. Pſalmus graduũ. Pſalm⁹/cõtinuata laus.idẽ pp̄ls q̃ prius ſed alia rõne/inducit.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Ad te leuaui oculos meos:q̃ habitas in celis:ad te mentẽ
2 meã erexi dñator cæli z terre:qui ĩ cælis aſſũpt⁹ reſides in dextera patris. Ecce ſicut oculi ſeruorum:ĩ
3 manibus dñorum ſuorum. Sicut oculi ancille in manibus dñe ſue:ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrum
donec miſereatur noſtri.ecce vt ſupplices ſerui veniã precãtes:nuſq̃ deflectunt oculos a manu herorum ſuorum.vt ſupplicis famule nuſq̃ deflectit viſus a manu eius quã offenderit here ſue:ita indeflexiles obtutus noſtri ad regem et plaſmatorem noſtrum donec miſeratione flexus ignoſcat nobis.
4 Miſerere noſtri dñe miſerere noſtri:quia multum repleti ſumus deſpectione.parce nobis miſerator
5 dñe/parce nobis et remitte:quia plurimũ contẽptibiles z deſpectibiles facti ſumus. Quia multũ re
pleta eſt anima noſtra:opprobrium abundantibus z deſpectio ſuperbis.cauſa autẽ ob quã ſic digni contemptu et deſpectu euaſimus ea eſt/quia terrenis bonis nimis abundauimus/diuitijs nimis locupletati/et honoribus elati ſumus:diuites autem et auaros decet ignominia/z contẽptus ſuperbos ADVERTE. Quinto verſu.qr multũ repleta eſt aĩa nr̃a/opprobriũ abũdãtibus z deſpectio ſuperbis:ex hebræo paulo aliter legit:multũ repleta eſt aĩa nr̃a opprobrio abũdãtiũ/z deſpectione ſuperborum.z certe ſati⁹ videret ita nobis ad imitationẽ Hieronymi legẽdũ qr multa repleta eſt aĩa nr̃a opprobrio abũdãtiũ z deſpectiõe ſuperborum:ne orãs ſibijpſi malũ iprecari videret.z hic q̃rit pp̄ls ſctũs:ſui ſeculi vitã multũ laceſſitã z vilipẽſã opprobrio diuitũ/z ãbitiõe ſuperborum.q̃ duo mala:hoc etiã nr̃m ſeculũ fundit⁹ pdũt.q̃ niſi de⁹ e medio tollat:nõ regnabit ĩ nobis Chriſtus vita nr̃a.q̃ ĩ paupertate cognoſcitur z humilitate.q̃ in illis ad nos dignatus eſt deſcẽdere.cui vt ĩ illis iterum ſeruiat:z oĩs honor z gloria cũ debito cultus honore/ſedulo ipẽdatur:ipẽ id mundo tribuat:q̃ eſt bñdictus ſine fine. Qđ ſi ſinatur vt legimus:intelligatur pp̄ls ſctũs humili cõfeſſione ſuũ dicere/qđ eſt reliquorum membrorum.

**GALL.**

Canticum graduum.

CXXIII.

1 Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc iſrael:niſi quia dominus erat in nobis.
2 Cum exurgerẽt homines in nos:forte viuos degluttiſſent nos.
3 Cum iraſceretur furor eorum in nos:forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
4 Torrentem pertranſiuit anima noſtra:forſitan pertranſiſſet anima nr̃a aquã intolerabilem.

**ROM.**

Canticum graduum.

CXXIII.

Niſi q̃ dominus erat in nobis dicat nunc iſrael:niſi qr dominus erat in nobis.
Dum inſurgerent homines in nos:forſitan viuos degluttiſſent nos.
Dũ iraſceret animus eorũ aduerſũ nos:forſitã velut aqua abſorbuiſſent nos.
Torrentẽ pertrãſiuit anima noſtra:forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

**HEB.**

Canticum graduum.

CXXIIII.

Niſi dominus fuiſſet in nobis:dicat nunc iſrael
Niſi dñs fuiſſet in nobis:cum exurgerent ſuper nos homines.
Forſitã viuos abſorbuiſſent nos:cũ iraſceretur furor eorum ſuper nos.
Forſitã aq̃ circũdediſſet nos:torrens trãſiſſet ſuper animam noſtram.
Forſitan trãſiſſent ſuper aĩam noſtrã:aque ſuperbe.

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

5 Benedictus dominꝰ:qui non dedit nos ī captionem dentibus eoꝛum.
6 Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.
7 Laqueus contritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.
8 Adiutoꝛium noſtrum in nomīe domini: qui fecit celum et terram.

**ROM.**

Benedictus dominꝰ: qui non dedit nos ī captionem dentibus eoꝛum.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt:et nos liberati ſumus.
Adiutoꝛium noſtrum in nomīe domini:qui fecit celum et terram.

**HEB.**

Benedictꝰ dominus: qui non dedit nos ī pꝛedam dētibus eoꝛum.
Anima noſtrā quaſi auis erepta eſt:de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt:et nos liberati ſumus.
Auxilium noſtrum in nomine domini: qui fecit celū et terram.

TITULUS. Canticū graduum. Pſalmus/laus continuata. Populus ſanctus ob opulentias et honoꝛes eum perdentes diuino flagello caſtigatus/in ſpiritu inducitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Niſi quia dn̄s erat in nobis dicat nūc iſrael:niſi qꝛ dn̄s erat
2 in nobis. Cum exurgerent hoīes in nos:foꝛte viuos deglutiſſent nos.niſi qꝛ diuinū auxiliū nō deſe
ruit nos/confiteanť nunc fideles:niſi quia diuinū pꝛeſidiū nos nequaꝙ deſeruit. cum irruiſſet furoꝛ
3 hominū ī nos: vtiqꝫ viuētes abſumpſiſſent nos funditusqꝫ ſuſtuliſſent e medio. Cū iraſcereť furoꝛ eo
rum in nos:foꝛſitan aqua abſoꝛbuiſſet nos.cū ipetus aduerſarioꝝ fureret in nos:certe (niſi dn̄s affu
4 iſſet) inundans multitudo conſumpſiſſet nos. Toꝛrentē pertranſiuit aīa noſtra:foꝛſitan pertranſiſſet
anima noſtra aquam intolerabilē.ex afflictione emerſit/ingens ⁊ tumultuariū periculum euaſit vita
5 noſtra: ⁊ niſi dn̄s fuiſſet in nobis/re vera afflictionē ſuſtinuiſſet inſuperabilē. Benedictus dn̄s:q̄ nō
dedit nos in captionē dentibus eoꝛū.magnificetur ⁊ gloꝛificetur deus:qui nō permiſit nos in pꝛedā
6 venire faucibus eoꝛū. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt:de laqueo venantiū.ſublatis noſtris diui
tijs ⁊ honoꝛibus/vita noſtra ⁊ ſpiritus noſter non aliter ſublatus eſt a tendiculis demonū/a direptio
7 nibus hoſtiū/ꝙ auis de pedicis aucupū. Laqueus contritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.hoſtes noſtri
diuitias abſtulerūt/honoꝛes detraxerunt quibus nimirū onerata ⁊ cōpedita erat vita noſtra/ laqueū
8 confregerūt: ⁊ nos a periculis īpoꝛtabiliū penarū erepti ſumus. Adiutoꝛium noſtrū in noīe dn̄i:qui
fecit celum ⁊ terram.non moꝛtales hanc nobis opem attulerunt ſed inuocatio dei omnipotentis:in
uocatio filij dei conditoꝛis cæleſtium et terreſtrium.

ADUERTE. Quarto verſu.toꝛrentē pertrāſiuit aīa noſtra/foꝛſitā ꝑtranſiſſet aīa noſtra:aquā itolerabilē: Hieronymus ex hebꝛæo/toꝛrēs tranſiſſet ſuper aīam noſtrā/foꝛſitan tranſiſſent ſuper aīam noſtrā aque ſupbie. ⁊ ꝙuis ſenſus videať quoquo pacto cōuerſus:idē nichilominꝰ ꝓpemodū ſignificatur.ſcilicet niſi dn̄s fuiſſet in nobis:inundatio afflictionis oppꝛeſſiſſet ⁊ dediſſet peſſum aīam noſtram/niſi dn̄s fuiſſet in nobis foꝛſitā potētia demonū ⁊ ſuperboꝝ obꝛuiſſent aīam noſtrā. ſed occulta dei p̄ſentia defenſi fuerūt. Sed et inſuper aduerte. vbi ſecūdo/tertio et quarto verſu dicimꝰ foꝛte ⁊ foꝛſitan: volunt/hebꝛæos dictionē que hic habetur/ vtiqꝫ ⁊ certe interp̄tari ſolere. pꝛeſtat ſane non dubitare ſine dei pꝛeſidio nos ꝓtinus perituros:ꝙ illud cū dubitationis adiectione pꝛonūciare.legendum igitur potius.cū exurgerent homines in nos/certe viuos deglutiſſent nos.cum iraſceretur furoꝛ eoꝛū in nos/certe aqua abſoꝛbuiſſet nos.toꝛrentem pertranſiuit anima noſtra / certe ꝑtranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

**GALL.**

Canticum graduum. CXXIIII.

1 Qui cōfidunt in dn̄o ſicut mons ſion non commouebitur in eternum qui habitat in hieruſalem.
2 Montes in circuitu eiꝰ\ et dn̄s in circuitu ppl'i ſui: ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.
3 Quia non relinquet dominus virgam peccatoꝛum

**ROM.**

Canticum graduum. CXXIIII.

Qui cōfidunt in dn̄o ſicut mons ſion non commouebitur ī eternum: qui habitat in hieruſalem.
Montes in circuitu eiꝰ\ et dn̄s in circuitu ppl'i ſui: ex hac nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.
Quia nō derelinquet dominus virgam peccatoꝛum

**HEB.**

Canticum graduum. CXXV.

Qui confidunt in domino quaſi mons ſion immobilis: in eternum habitabilis.
Hieruſalē montes in circuitu eius \ et dominus in circuitu populi ſui a modo et vſqꝫ in eternum.
Quia non requieſcet vir



Ayuntamiento de Madrid

ſuper ſoꝛtē iuſtoꝛum: vt nō
extendant iuſti ad iniqui-
tatem manus ſuas.
4 Benefac domine: bonis &
rectis coꝛde.
5 Declinantes autem in ob
ligationes adducet domi-
nus cum operantibus ini-
quitatem: pax ſuper iſrael.

ſuper ſoꝛtem iuſtoꝛum: vt
non extendant iuſti ad ini-
quitatem manus ſuas.
Benefac domine: bonis &
rectis coꝛde.
Declinantes aūtē ad obli
gationem adducet domin⁹
cum operantibus iniquita
tem: pax ſuper iſrael.

ga impietatis ſuper ſoꝛtē
iuſtoꝛū: vt nō mittant iuſti
in īiquitatē manus ſuas.
Benefac domine: bonis et
rectis coꝛde.
Qui autem declinant ad
prauitates ſuas \ deducet
eos dñs cū ijs q̄ operantur
iniq̄tatē: pax ſuper iſrael.

TITULUS. Cāticū graduū. Pſalmus/ laus cōtinuata, ppl'ſ fidelis/ vt et prius in ſpū inducit.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Qui ꝯfidūt in dño ſicut mōs ſion: nō ꝯmouebit ī æternū/ q̄
habitat ī hieruſalē. q̄d mirū ſi adiutoꝛiū noſtrū ī noīe dñi qui fecit celū & terram? quia qui ſperant in
2 dño: aſſimilant monti ſyōn īmobili/ ciuitati magni regis in ſēpiternū habitabili in hieruſalē. Mōtes ī
circuitu eius/ & dñs in circuitu ppli ſui: ex hoc nūc & vſq; in ſeculū. hieruſalē ſūma cæleſtis ciuitas/ ſu
pernis poteſtatibus eſt circūſepta: et deus circūdat ad protectionē et defenſionē plebē ſuā in ſempi-
3 ternum. Quia non relinquet dñs virgā peccatoꝛū ſup ſoꝛtē iuſtoꝛū: vt nō extendāt iuſti ad iniquita-
tem manus ſuas. circūdat ad ꝓtectionē et defenſionem benigniſſimus deus/ quia ꝑſeuerare nō ſinet
flagellū impioꝛū ſuper hereditatē & poſſeſſionē ſuā fidelem: vt fideles ei⁹ non coꝛrumpantur/ vt non
4 incuruent opera ſua ad ſcelera & impietatem flagitioſoꝝ. Bñfac dñe: bonis & rectis coꝛde. O dñatoꝛ
5 et miſeratoꝛ æterne/ munera gratie tue largire: ijs qui beniuola & recta æquaq; ſunt volūtate. Decli
nantes autē in obligationes adducet dñs cū operantibus iniquitatē; pax ſup iſrael. ſed eos q̄ non bo
na/ recta & æqua ſunt voluntate ſed declinant in prauitates/ deus iuſtus iudex tradet ſupplicijs cum
operarijs iniq̄tatis: requies autē/ ſecuritas & trāquillitas dei ſup fideles/ deiq; bñplacita exquirētes
ADUERTE. Hoc cāticū de veritate eccleſie cæleſtiq; hieruſalē expoſitū eſt: poteſt et de imitatri
ce inferioreq; hieruſalē exponi. nā quod illic eſt vt in archetypo: hic relucet vt in veſtigio. ¶ Primo
verſu. Qui cōfidunt in dño ſicut mons ſion nō cōmouebitur in æternū qui habitat in hieruſalē: Hie-
ronymus ex hebræo/ qui cōfidūt in dño quaſi mons ſion immobilis/ ī æternū habitabilis. quare hic
verſus ita nobis legēdus videtur. q̄ cōfidunt in dño ſicut mons ſion q̄ non cōmouebitur/ q̄ in æternū
habitabitur. & ad cōparationis notā intelligimus: verbū ſunt vel erunt, hoc pacto q̄ cōfidunt in dño
erūt ſicut mōs ſion. & id ī hieruſalē ad ſequētē verſū ꝑtinet ex hebræo. et particula in: ſuꝑflua eſt. eſt
enī hieruſalē que circūdatur mōtibus: vt eccleſia ſancta ſupernis cuſtodibus. quare ſecūdus idētidē
verſus legendus eſſet: hieruſalē montes in circuitu eius. & relatiuum eius/ referre nō poteſt id quod
dictū eſt montē ſion/ neq; qui habitat: ſed hieruſalem. quod ex græco cognoſcit/ vbi dicit αυτης ge
nere fœminino. ¶ Quinto verſu. declinātes aūt in obligationes: ex hebræo/ qui autem declināt ad
prauitates ſuas. et hoc dilucidius.

¶ Canticum graduum.
CXXV.

1 In conuertēdo dñs ca-
ptiuitatē ſiō: facti ſu-
mus ſicut conſolati.
2 Tunc repletū eſt gaudio
os noſtrum: et lingua no-
ſtra exultatione.
3 Tunc dicent inter gētes:
magnificauit dominus fa
cere cum eis.
4 Magnificauit dñs facere
nobiſcū: facti ſum⁹ letātes.
5 Conuertere domine ca-
ptiuitatem noſtram: ſicut
toꝛrens in auſtro.

¶ Canticum graduum.
CXXV.

In conuertendo dñs ca
ptiuitatē ſiō: facti ſu-
mus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gau-
dio os noſtrum: & ligua no
ſtra exultatione.
Tunc dicēt inter gentes:
magnificauit dominus fa-
cere cum illis.
Magnificauit dñs facere
nobiſcū: facti ſum⁹ letātes.
Conuertere domine capti
uitatem noſtram: ſicut toꝛ-
rens in auſtro.

¶ Canticum graduum.
CXXVI.

Cum conuerteret dñs
captiuitatē ſion: fa-
cti ſum⁹ quaſi ſomniantes
Tunc implebitur riſu os
noſtrum: et lingua noſtra
laude.
Tunc dicent in gentibus
magnificauit dominus fa-
cere iſtis.
Magnificauit dñs facere
nobiſcū: facti ſum⁹ letātes.
Conuerte domine capti-
uitatem noſtram: ſicut ri-
uus in auſtro.

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

6 Qui ſeminãt ĩ lachꝛimis
in exultatione metent.
7 Euntes ibant et flebant:
poꝛtantes ſemina ſua.
8 Venientes autẽ venient cũ
exultatione: poꝛtantes ma-
nipulos ſuos.

ROM.

Qui ſeminant in lachꝛi-
mis: in gaudio metent.
Euntes ibant et flebant:
mittentes ſemina ſua.
Venientes autem veniẽt
in exultatione: poꝛtantes
manipulos ſuos.

HEB.

Qui ſeminant in lachꝛi-
mis: ĩ exultatione metent.
Qui ambulans ibat et fle
bat: poꝛtans ad ſeminan-
dum ſementem.
Veniẽs veniet ĩ exultatio
ne: poꝛtãs manipłos ſuos.

TITULUS. Canticũ graduũ. Pſalmus/cõtinuata laus. idem populus fidelis inducitur ĩ ſpũ.
1 EXPOSITIO CONTINUA. In cõuertendo dñs captiuitatẽ ſion: facti ſumus ſicut cõſo
lati. cũ cõuerteret dñs detẽtionẽ ſion/cũ reuocaret eccleſiã ad moꝛes/quæ diu captiuã fuerat detẽta
2 ꝗ vicijs: quaſi pꝛe gaudio ſomniarem⁹ facti ſum⁹ exultantes. Tũc repletũ eſt gaudio os noſtrũ: ⁊ li
gua nr̃a exultatiõe. cõuerſiõe aũt facta/reducta ſion ad dñm/⁊ deo dignis foꝛmata moꝛibus: oꝛe no-
3 ſtro gaudiũ expꝛeſſimus/⁊ ſermone noſtro exultationẽ. Tũc dicẽt inter gẽtes: magnificauit dñs fa-
cere cũ eis. cõuerſione ⁊ reductione illa facta/ſermo agitabitur inter nationes: magnum aliquid vo-
4 luit de⁹ operari cũ eis. Magnificauit dñs facere nobiſcũ: facti ſum⁹ letãtes. magnũ aliquid et arduũ
5 (fatemur) operatus eſt nobiſcũ deus/vera nos oppleuit letitia. Cõuerte dñe captiuitatem nr̃am: ſi
cut toꝛrens in auſtro. reduc dñe/collige ad te detentã plebẽ tuã: ſicut colligitur voꝛtex rapiduſꝗ riu⁹
6 flante noto/fiat grex vnus te paſtoꝛe ſolo atꝗ vnico. Qui ſeminãt in lachꝛimis: in exultatione me-
tent. te colligẽtẽ ⁊ in vnum gregẽ cogẽte qui nũc gemũt ⁊ ploꝛãt/conuerſionem eccleſie tue expectan
7 8 tes: fructum penitẽtie ſue in gaudio recipiẽt. Eũtes ibãt ⁊ flebãt: mittẽtes ſemina ſua. Venientes au
tem venient cum exultatione: poꝛtantes manipulos ſuos. in captiuitate adhuc exiſtẽtes cultoꝛes tui
peregrinabantur ⁊ ploꝛabant: que poterant melioꝛis vite fundamenta facientes. ſed ex captiuitate re
uertentes conuertentur ad te cum gaudio: bonis operibus manus oppletas habentes.

ADVERTE. Pꝛimo verſu. in cõuertẽdo dñs captiuitatẽ ſion: ex hebꝛæo/cum conuerteret dñs captiuitatem ſion. et hic ſermo melioꝛ eſt: ⁊ ſatius hoc pacto vertiſſet interpꝛes. quod ſi voluit grecã foꝛmam ſeruare: ſaltem dixiſſet in conuertendo dñm/captiuitatẽ ſion. nam ⁊ hoc pacto grece legitur. εν τω επιστρεψαι κυριον την αιχμαλωσιαν σιων. ſed hoc loquendi ſchema (et ſi grecis fre-quens) non eſt latinis aſſuetum. ceterum neꝗ in alijs locis obſeruat interpꝛes/vt id pſalmi 4 cũ inuo carem. cum clamauero: vbi grece ſimilis oꝛationis contextus habetur/εν τω επικαλεισθαι με/εν τω κεκραγεναι με. et inumeris alijs in locis. ¶ Secunda eiuſdẽ pꝛimi verſus particula facti ſum⁹ ſicut cõſolati: ex hebꝛæo/facti ſum⁹ ſicut ſomniãtes. quod deſignat pios tempoꝛe cõuerſionis illius cũ illã vite refoꝛmationẽ incoari videbunt: geſtire quidẽ gaudio/ſed timere ne et ipſi ſomnient/et ne nõ vere videãt que fieri incipiũt. vt accidere ſolet ijs/qui diu verſati ſunt in malis: ſi grãde aliquid ⁊ pꝛeter ſpem bonum acciderit eis/geſtiũt quidẽ ſed timẽt ſibi ſomnio illudi/⁊ aliquãdiu ſubdubitant an plane vigilent. et quid mirum? cum et petrus apoſtolus duce angelo per platæas hieruſalem ſo-lutis ſuis catenis/vltro ei foꝛibus carceris pateſactis duceretur: doꝛmire ſe putabat viſumꝗ videre et ſomnio illudi. ⁊ placeat filio dei qui ſolus captiuitatẽ noſtram conuertere poteſt/tam fœlici tanꝗ beato et optato reductiõis tẽpoꝛe nos eſſe natos. ⁊ ſi totã videre nõ dabitur: ſaltẽ particula tribuat. Qđ et ita futurũ ſuſpicantur nõnulli ex tropheis glorioſi pꝛincipis Emanuelis luſitanie ſceptra mo-derantis/cuius claſſis nunc ad antipodas et terre hypogium penetrat/nunc permeat ad auſtrum et bꝛume ſolſticium tranſcendit/nunc ad exoꝛtus citato curſu vltimos africe nomadas/garamantes/ethiopes/arabes/perſas/vbiꝗ locoꝛum victrici pꝛetenſo eleuatoꝗ Chꝛiſti vexillo poſt terga relin-quit et tandem ad macrobios peruenit. Tapꝛobanitas et Cananoꝛitas/⁊ mille alia nobis ſine nomi nibus loca. ſed quid hec aliis inaudita ſeculis/nunc autem audita/nobis pꝛetendunt: non inelegan-ti carmine cecinit qui dixit.

Deus cunctis ex gentibus vnam
Jam facturus: iter pandit. quo iungere poſſit.
Oꝛtus et occaſus facili cõmertia nixu.

Sed que nam alia commertia velit deus: niſi pietatis/et vere agnitiõis Chꝛiſti ſui qui ſaluare venit aĩas? nulla pꝛofecto alia crediderim. ⁊ faciat deus noſtra ſecu la: hac ſua viſitatione fœlicia. ¶ Quinto verſu conuertere: rectius conuerte. tum ex hebꝛæo. tum etiam quia conuertoꝛ apud nos paſſiuum non deponens eſſe ſolet. Et in pꝛincipio hieronymus cum cõ uerteret dominus captiuitatẽ ſion: dixit conuerteret/nõ quaſi deponẽte vſus cõuerteretur. At dices ergo pſalmi ſexti/verſu quarto legendum eſt conuerte dñe et eripe aĩam meam. nam illic quod gre-ci dicunt επιστρεψον/idem habetur vocabulum. Minime legendum erit cõuerte. nam paſſiue il-

lic tenetur vocabulum quaſi dicat tu dn̄e qui auerſus es conuertaris ad me: qui receſſiſti/ reuertaris ad me. at in huius pſalmi quinto verſu ſi paſſiue capias: nullā eruas intelligentiam. quapropter neceſſitate legendum eſt cōuerte. ¶ Septimo verſu. mittentes ſemina ſua. ex tralatione romana id mutuamus. nam tralatio noſtra habet: portantes ſemina ſua/ paulo vicinius ad hebraicā/ vbi legimus portans ad ſeminandum ſementem. quaſi ante reductionem et conuerſionem eccleſie: pij quidem miſeriam ſeculi ſui plorantes/ ſemina habeant pie vite/ ſed vbi ea ſeminent non habeant. reductione autem facta: et ſeminabunt et aceruos meſſium/ aggregabunt in horreo domini ſabaoth.

**GALL.**

¶ Canticum graduum ſalomoni. CXXVI.

1 Niſi domin⁹ edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

2 Niſi domin⁹ cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat q̄ cuſtodit eam.

3 Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere\ ſurgere poſtq̄ ſederitis: qui manducatis panem doloris.

4 Cū dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini \ filij merces fructus
5 ventris.

Sicut ſagitte in manu potentis: ita filij excuſſorum

6 Beatus vir qui implebit deſideriū ſuum ex ipſis: nō confundētur cum loquent inimicis ſuis in porta.

**ROM.**

¶ Canticum graduum ſalomoni. CXXVI.

Niſi domin⁹ edificauerit domum: in vanum laborant qui edificāt eam.

Niſi domin⁹ cuſtodierit ciuitatē: in vanum vigilāt qui cuſtodiunt eam.

In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere\ ſurgite poſt q̄ ſederitis qui manducatis panem doloris.

Cū dederit dilectis ſuis ſomnum: hec eſt hereditas domini\ filij merces fruct⁹ ventris.

Sicut ſagitte in manu potentis: ita et filij excuſſorū.

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuū ex ipſis: nō confundētur cum loquent inimicis ſuis in porta.

**HEB.**

¶ Canticum graduum ſalomoni. CXXVII.

Niſi domin⁹ edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

Niſi domin⁹ cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat q̄ cuſtodit eam.

Fruſtra vobis eſt de mane conſurgere poſtq̄ ſederitis: qui māducatis panem dolorum.

Sic dabit diligentibus ſe ſomnum: ecce hereditas domini\ filij mercis fruct⁹ ventris.

Sicut ſagitte in manu potentis: ita filij iuuentutis.

Beatus vir qui impleuit pharetram ſuā ex ipſis: nō confundentur: cum loquētur inimicis ſuis in porta.

TITULUS. Canticum graduum/ ſalomoni. pſalmus/ continuata laus. ſpiritus loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Niſi dn̄s edificauerit domū: in vanum laborauerunt q̄ edificant eā. nolite putare hanc reductionē/ hanc edificationem ſion fieri ab hoibus/ quia niſi ille ipſe qui omnibus dominatur extruxerit ædem ſuam/ eccleſiā ſuam: fruſtra fatigātur qui moliuntur extruere
2 eam. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. nolite putare poſſe defendi ſiō ab hoie/ quia niſi dn̄s ipſe defenderit ⁊ ſeruauerit eccleſiam ſuam: curas/ vigilias et ſuperintenden-
3 tias perdit qui nititur cuſtodire eam. Vanū eſt vobis ante lucē ſurgere/ ſurgite poſtq̄ ſederitis: qui manducatis panē doloris. fruſtra nitimini ante diuinā opem/ ante Chriſti dn̄i viſitationem reſpirare poſtq̄ in captiuitate/ in illa miſera tēporis cōditione detenti fueritis: qui afflictione et compunctiōe
4 paſcimini/ qui cibum veſtrū ſumitis in lachrimis. Cum dederit dilectis ſuis ſomnū: ecce hereditas dn̄i/ filij merces fructus vētris. poſtq̄ ſerui dn̄i qui eūtes ibāt ⁊ flebāt portantes ſemina ſua/ mortalibus reb⁹ functi dormierint: en primū poſſeſſio dn̄i/ filij qui dabuntur eis in mercede/ fecūditas vte-
5 ri eorū. Sicut ſagitte in manu potētis: ita filij excuſſorū. vt tela in dextera validiſſime vibrātis: ſic et acres erūt poſt cōuerſionē ſion filij dilectorꝝ dn̄i iā dormiētium ſed qui viriliter pro ſuo tēpore dimi-
6 cauerūt. Beatus vir qui impleuit deſideriū ſuum ex ipſis: non confundentur cum loquētur inimicis ſuis in porta. fœlix et electus homo ille/ qui adimpleuerit et fecerit voluntatem ipſorū: non ſuperabuntur cum congredientur in aperto aduerſarios ſuos/ in ipſo ingreſſu munitionum eorum.

ADUERTE. Tertio verſu. vanū eſt vobis ante lucē ſurgere ſurgite poſtq̄ ſederitis. hoc ſurgite ex tralatione romana mutuatū eſt quod etiā habeat grece. at gallica habet/ vanum eſt vobis ante lucem ſurgere/ ſurgere poſtq̄ ſederitis. ſed et illud ſurgite/ et ſecundo loco ſurgere ſuperfluum ex hebreo videt vnde habet: fruſtra vobis eſt de mane ſurgere poſtq̄ ſederitis. ¶ Eodem tertio verſu. qui

Ayuntamiento de Madrid

mãducatis panẽ dolorís: ex hebræo qui mãducatis panẽ dolorum. ſed Hieronymus in epiſtola ad marcellam conſentit et probat legendum idolorũ ꝛ hic poni vocabulum quod ꝛ pſalmi. 115. verſu. 12. ſimulachra / id eſt idola / illic ſcilicet ſimulachra gentium argentum et aurum. quare fieri poteſt: vt detracta i primaria littera reliquã particulam ſeruantes / ſolum nunc legãt dolorum / cum legendum ſit ſua ſententia idolorũ. ſi igitur legim⁹ idolorum: ſenſus eſto. fruſtra o gẽtes nimium ſurgere ad deũ colendũ ante ſolis iuſtitie ortum / poſtq̃ iacueritis in ignorãtia dei depreſſi qui educamini in falſo dogmate idolorũ. idolorũ enim cultura nõ debuit ex oraculo ante aduentum Chriſti (qui eſt lux vera) deficere: qui ſpiritales tenebras expulit a mẽtibus hominũ. ꝛ qui etiã nunc colunt idola (ſunt enim qui colunt) fruſtra ſurgunt ad colendũ deum anteq̃ Chriſtus illis oriatur. ¶ Quarto verſu: ecce hereditas dñi / filij merces fructus vẽtris: ex hebræo ecce hereditas dñi filij mercis / fruct⁹ vẽtris. vbi mercis genitiuus ꝛ fructus rectus intelligit̃. quaſi ij qui ante conuerſionẽ ꝛ reductionẽ ſion ad meliorem frugẽ in luctu et lachrimis comederunt panem ſuum deſiderio melioris vite / ſua et aliorum peccata deplorãtes: id mercedis ſue pio deſiderio conſequuti ſint / vt eorum filij poſt eorũ dormitionẽ ꝛ obitum feruẽtiſſimi ꝛ inſupabiles religionis zelatores exiſtant. ſed ſi legimus merces: fruct⁹ genitiuus intelligitur: vt ex greco dilucet ο μιστοσ του καρπου. ¶ Quito verſu. ita filij excuſſorum: ex hebræo ita filij iuuentutis. quod innuere videt̃: ita filij nouelle conuerſionis et reparatiõis ſion. vt enĩ apoſtoli in primitiua eccleſia feruidi ꝛ ſpiritu calentes / inuicti perſtiterũt: ita primitiui reductionis eccleſie / nullo metu hoſtiũ iterriti vbiq̃ Chriſtũ dñm et euangeliũ eternum annũciabũt. neq̃ cõfundentur. cũ loquent̃ inimicis ſuis in portis eorũ. Verũ hieronymus i eadẽ epiſtola que et paulo ante notata eſt: quod dicitur excuſſorũ: interpretari poti⁹ cẽſet vegetorũ / robuſtorũ ꝛ expeditorũ. neq̃ hilariũ hic probat qui excuſſos intelligebat apoſtolos. ſed filij iuuẽtutis id eſt nouelle reductionis eccleſie dicantur nõ ab re filij excuſſorũ / ſic dictorũ ad ſimilitudinẽ ſagitte valide excuſſe. illa ſiquidẽ robuſta ꝛ expedita. ita filij eorũ qui quaſi ſagitte excuſſi ꝛ euibrati ſunt aduerſus hoſtes domini: ſimiliter vt ſagitte erũt in manu dei / quo aduerſarios fidei expugnet ꝛ expugnatos / fideles Chriſto reddãt. ¶ Sexto verſu. beatus vir qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis: ex hebræo / beat⁹ vir qui implebit pharetrã ſuam ex ipſis. quo nichil aliud deſignari putem: q̃ beatũ ꝛ ſaluũ eum virũ fore / qui eorum doctrina / ſermone ꝛ oratione munitus fuerit ꝛ defenſus. niſi per beatũ virum: intelligere velis Chriſtum dñm. qui pharetrã ſuam illis impleuit: vt in tẽpore inimicos ſuos cõfodiat et tales ſint quibus aduerſarij eius reſiſtere non poſſint. ſiquidẽ de Chriſto dño legitur: poſuit me vt ſagittã electã / ꝛ in pharetra ſua abſcondit me. ꝛ ipſe quoq̃ qui eadem operatur que pater: electos ſuos cum vult ponit vt ſagittas / ꝛ in pharetra ſua abſcondit: neq̃ hec indigna fuerit intelligẽtia. ¶ In eodem ſexto verſu ꝛ vltimo cõfundentur ꝛ loquẽtur referuntur ad filios excuſſorũ / ſiue (vt Hieronymo placuit) iuuẽtutis. tũ ex greco ου καταισχυρθησορται οταυ λαλωσι τοισ εχθροισ αυτου ερ πυλαισ. non confundentur cum loquentur inimicis eius in portis: tum ex hebræo / non confundẽtur cum loquentur inimicis ſuis in porta. et in omnib⁹ tralationibus ita ſcriptum reperi / excepta vetuſta. ſolet tamen paſſim ſingulariter cantari / non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. vt id totum beatus qui in principio verſus poſitus eſt reſpiciat. ꝛ ita vetus tralatio habet.

| ¶ Canticum graduum. CXXVII. | ¶ Canticum graduum. CXXVII. | ¶ Canticum graduum. CXXVIII. |
|---|---|---|
| 1 Beati oẽs qui timent dominũ: qui ambulant in vijs eius. | Beati oẽs qui timent dominũ: qui ambulant in vijs eius. | Beat⁹ oĩs qui timet dominũ: qui ambulat in vijs eius. |
| 2 Labores manuum tuarũ quia manducabis: beat⁹ es et bene tibi erit. | Labores fructuũ tuorũ manducabis: beatus es et bene tibi erit. | Laborem manuũ tuarũ cum comederis: beatus tu et bene tibi erit. |
| 3 Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tue. | Vxor tua ſicut vitis abũdans: in lateribus domus tue. | Vxor tua ſicut vitis fructifera: in penetralibus domus tue. |
| 4 Filij tui ſicut nouelle oliuarũ: in circuitu menſe tue. | Filij tui ſicut nouelle oliuarũ: in circuitu menſe tue. | Filij tui ſicut germĩa oliuarũ: in circuitu mẽſe tue. |
| 5 Ecce ſic benedicet homo: qui timet dominum. | Ecce ſic benedicet oĩs homo: qui timet dominum. | Ecce ſic benedicetur viro: qui timet dominum. |
| 6 Benedicat tibi dominus | Benedicat te dominus ex | Benedicat tibi dominus |



Ayuntamiento de Madrid

ex ſion: et videas bona hie-
ruſalem omnibus diebꝰ vi-
te tue.
7 Et videas filios filiorum
tuorum: pacẽ ſuper iſrael.

ſion: et videas que bona ſũt
in hieruſalem omnibus die
bus vite tue.
Et videas filios filiorum
tuorum: pax ſuper iſrael.

ex ſion: et videas bona hie-
ruſalem omnibus diebꝰ vi
te tue.
Et videas filios filiorum
tuorũ: pacem ſuper iſrael.

TITULUS. pſalmus graduum. pſalmus continuata/ laus. vt in precedente: ſpiritus ſanctus.
EXPOSITIO CONTINUA. Beati oẽs q̇ timẽt dñm: q̇ ambulãt in vijs eius. beatꝰ vir q̇ 1
ipleuerit volũtatẽ filiorũ excuſſorũ/ ſed inſup vniuerſi eterna fœlicitate digni eſtimabuntur/ qui ha-
bent dñi timorẽ ſanctũ: qui obſeruant mandata ⁊ precepta eius. Labores manuũ tuarum quia mã- 2
ducabis: beatus es/ ⁊ bene tibi erit. o tu quicunq̧ times dñm et ambulas in vijs eius/ quia recipies
mercedẽ operũ tuorũ: fœlix es/ et fœlicitatẽ in futuro cõſequeris. Uxor tua ſicut vitis abundans: 3
in lateribus domus tue. beatus quidẽ es/ quia delegiſti tibi ſapientiam ſponſam/ ⁊ ipſa aſſimilabitur
viti fructifere: in parietibus thalami tui. Filij tui ſicut nouelle oliuarum: ĩ circuitu menſe tue. quos 4
tibi ſapiẽtia tua gñabis filios/ aſſimilabunt nouellis germinationibꝰ olearꝫ: circũdãtes te in paſtu et
ſuſceptione doctrine tue. Ecce ſic bñdicet homo: q̇ timet dñm. hec eſt ea bñdictio quã adipiſcetur ho 5
mo: qui habet dñi timorẽ ſanctũ. Bñdicat tibi dñs ex ſion: ⁊ videas bona hieruſalẽ oĩbꝰ diebꝰ vite 6
tue. Et videas filios filiorũ tuorum: pacẽ ſup iſrael. hec eſt inquã ea bñdictio oĩa tibi ꝓſpera faciat 7
deus ex mõte ſctõ ſuo: ⁊ admittaris ad ſpectacula ciuitatis ſctẽ oĩ euo imortalitatis tue. ⁊ in illa bea-
titudine ĩtuearis eos quos tibi genueris et quos illi genuerint: ſũme pacis tranqllitatẽ ĩ dei viſione.
ADUERTE. Secũdo verſu. labores manuũ tuarũ qꝛ mãducabis beatꝰ es/ et bene tibi erit: Hie-
ronymus ex hebræo/ laborẽ manuũ tuarũ cum comederis beatus tu ⁊ bene tibi erit. ⁊ videt particu
la cũ potius quadrare q̃ qꝛ. verũ intellige nichil differre: ſiue dicas cũ comederis/ ſiue cũ comedes.
beatitudo enim ab operibus nõ venit ſed a deo: qui paruum acceptat ⁊ magnũ tribuit. quis enĩ/ ſi re-
gi porrexeris aquã et dederit tibi prouinciam regendam ob quam beatus dicaris: operi tuo tribuat
potiuſq̃ liberalitati gratieue regie? ⁊ certe beatitudo: gratie eſt nõ meriti/ nõ operis/ ſed bonitatis ſe
vltro ſpõteq̧ cõmunicãtis. que ſi opus requirit: non cauſã querit ſed benefaciẽdi ſeq̧ propagandi oc
caſionem/ que etiam ouem perditam requirit. inuitatq̧ nunc minis nunc blandicijs redire nolẽtem.

## Canticum graduum. CXXVIII.

1 Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: dicat nunc iſrael.
2 Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.
3 Supra dorſũ meũ fabricauerũt peccatores: prolongauerũt iniquitatem ſuam.
4 Dominꝰ iuſtꝰ cõcidet ceruices peccatorũ\ cõfũdãtur ⁊ cõuertãtur retrorſũ: oẽs qui oderunt ſion.
5 Fiant ſicut fenũ tectorũ: qđ priuſq̃ euellat exaruit.
6 De quo nõ ipleuit manũ ſuã qui metet: ⁊ ſinũ ſuum qui manipulos colliget.
7 Et nõ dixerũt qui preteribãt benedictio dñi ſup vos: bñdiximꝰ vobis ĩ noĩe dñi.

## Canticum graduum. CXXVIII.

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea dicat nunc iſrael\ ſepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.
Supra dorſũ meũ fabricauerũt peccatores: ꝓlõgauerunt iniquitates ſuas.
Dominus iuſtus cõcidet ceruices peccatorũ confundantur ⁊ reuereantur: omnes qui oderunt ſion.
Fiãt ſicut fenũ edificiorꝫ: qđ priuſq̃ euellat areſcit.
De quo nõ iplebit manũ ſuã qui metet: nec ſinũ ſuũ qui manipulos colliget.
Et nõ dixerũt qui preteribãt benedictio dñi ſup vos: benediximꝰ vos ĩ noĩe dñi.

## Canticum graduum. CXXIX.

Sepe expugnauerũt me ab adoleſcentia mea dicat nunc iſrael.
Sepe expugnauerunt me ab adoleſcentia mea: ſed nõ potuerunt michi.
Supra ceruicem meã arabant arantes: prolongauerunt ſulcum ſuum.
Dominus iuſtus cõcidet laqueos impiorũ\ cõfundãtur et reuertantur retrorſũ omnes qui oderunt ſion.
Fiãt ſicut fenũ tectorꝫ: qđ ſtatim vt viruerit areſcet.
De quo non implebit manum ſuam meſſor: ⁊ ſinum ſuum manipulos faciens.
De quo nõ dixerũt trãſeũtes bñdictio dñi ſup vos: benediximꝰ vobis ĩ noĩe dñi.

Ayuntamiento de Madrid

TITULUS. canticum graduum. pſalmus continuata laus. fidelis populus inducitur.
1 2 EXPOSITIO CONTINUA. Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc iſrael. Se
pe expugnauerūt me a iuuētute mea: etenim nō potuerunt michi. dicat nunc populus/ timori dei et
ſpiritus contēplationi intētus: ſepe bella michi intentarunt ſpiritus maligni a tempoꝛe cōuerſionis ꝛ
inceptionis mee. ſepe michi ab ipſa mea inceptione bella michi intentarunt: ſed nequaq̄ pꝛeualue-
3 runt michi. Supꝛa doꝛſum meū fabꝛicauerūt peccatoꝛes: pꝛolongauerunt iniquitatem ſuam. ſupꝛa
onus vite quod ſuſcepi ferendū multa machinati ſunt malignantes: pꝛoꝛogauerūt in longū tentatio-
4 nem ſuam. Dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ: confundantur et cōuertātur retroꝛſum oēs qui
oderunt ſion. non in virtute mea hos impetus euaſi/ ſed miſeratione iuſti dei qui contereret peruicaci-
am malignarum poteſtatum: cōterantur ꝛ cōfuſe abeant cuncte nequitie/ que ita odio flagrant in po-
5 pulū ſanctū. Fiant ſicut fœnū tectoꝛū: quod pꝛiuſq̄ euellatur exaruit. aſſimilētur herbe creſcenti in
tectis domoꝝ: que pꝛius arefacta emarcuit q̄ adoleuerit/ ſectioniſq̄ tēpꝰ aduenerit/ ſic eoꝝ īſultꝰ irri
6 ti cadāt pꝛiuſq̄ adoleſcant ꝛ ad nocendū perficiātur. De quo non impleuit manū ſuam qui metet: et
7 ſinum ſuum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui pꝛeteribāt benedictio dñi ſuper vos: bene
diximus vobis in noīe dñi. ſimiles inquā fiant fœno illi inutili de quo neq̄ meſſoꝛis manꝰ īplebit:
neq̄ manipulos colligētis/ frugeſq̄ reſecantis ſinus. ꝛ cui pꝛetereuntes non benedixerunt dicentes/
benediximus vobis in noīe dñi/ benedictionē ꝛ pꝛoſperitatem optauimus vobis in verbo omnipo-
tentis dei/ ita nulla creatura dei benedicat malignis et noxijs ſpiritualibus nequitijs.

ADUERTE. Pꝛimo ꝛ ſcdo verſu. ſepe expugnauerūt: rectiꝰ ex ꝓpꝛietate ſermonis oppugnaue
runt. Nā q̄ expugnat vincit. q̄ vero oppugnat: vincere conat̄/ ſed niſi expugnet fruſtratur conatꝰ/ aut
ſaltē nō potit̄ victoꝛia. verū expugno ꝛ oppugno ſepe cōfunduntur: vt hic ꝛ ſæpe alibi. niſi enim hic
cōfunderet̄ quomodo ſubiūgeret̄ eteni nō potuerūt michi? Nā ſi nō potuerūt/ ſi nō pꝛeualuerunt: nō
vicerūt. ſi nō vicerūt: cū id quoq̄ tētarēt/ oppugnauerūt ſolū. ¶ Qđ in eiſdē verſibꝰ dicimus a iuuē-
tute mea: Hieronymus ab adoleſcētia mea. et ſanctoꝝ viroꝝ ſtatus vite: in tres partes diducit̄. in tē-
pus inceptionis/ pꝛoficiētie/ ꝛ perfectionis. incipiētes: agunt. pꝛoficiētes: actioni doctrinā addunt.
perfecti: actioni ꝛ doctrine contēplationem ꝛ altiſſimā in deum theoꝛiam. pꝛimi purgantur. ſecundi:
purgati illuminant̄. tertij: purgati ꝛ illuminati perficiūtur ac conſumantur. Sed pauci quos ſuperno
numine dignos/ tam rara ꝛ feruens euexit ad ethera virtus. et omnibꝰ his ſtatibus: laquei ſunt et in-
ſultus dæmonū nō pauci. quos miſericoꝛs et iuſtus dñs ſuis ſuppetias ferens: benigniſſime diſſol-
uit. neq̄ enim auis laqueos ſibi intentatos diſſoluere noſſet: neq̄ nos nobis intētatos/ niſi miſeratio
dei diſſolueret. ꝛ ipſe interdū per ſe/ qui per ſe ſolus bonus eſt: interdum nobis cooperatoꝛibꝰ id fa-
cit. ¶ Tertio verſu. ſupꝛa doꝛſum meū fabꝛicauerūt peccatoꝛes/ pꝛolongauerunt iniquitatem ſuam:
Hieronymus ex hebꝛæo ſupꝛa ceruicem meam arabant arantes/ pꝛolongauerūt ſulcū ſuū. ſed quid
illic ꝑ doꝛſum et hic ꝑ ceruicē intelligitur niſi ſuſcepte obedientie iugum? vt enim in malis/ dura cer-
uix peruicacia ꝛ rebellio eſt/ ꝛ excuſſio obedientie: ita in bonis/ ceruix obedientia eſt. ſuper hanc igi-
tur obedientiā bonoꝛum/ multe ſunt machinationes dæmonum/ longi ſulci longiq̄ tractus tentatio-
nū. et hec etiam intelligentia bona eſt et pios erudit cautioꝛeſq̄ reddit. ¶ Qđ pꝛiuſq̄ euellatur exa-
ruit: ex hebꝛæo qđ ſtatim vt viruerit areſcet. quo deſignat̄ ꝑcari inſultꝰ malignoꝝ ſiles fieri fœno qđ
ſtatim vt oꝛiri occepit areſiet. ſic vt oꝛiri īcipiūt male demonū ſuggilationes cōpꝛimēde/ extinguen-
de enecandeq̄ ſunt. ¶ Sexto verſu. īpleuit ſic etiam ex greco ΕΠΛΗΡΩΣΕ. rectiꝰ ex hebꝛeo īplebit.

¶ Canticum graduum. CXXIX.

1 De pꝛofundis clama
ui ad te domīe: dñe
exaudi vocem meam.
2 Fiāt aures tue itēdētes:
in vocē depꝛecationis mee.
3 Si iīq̄tates obſeruaueris
dñe: domīe q̄s ſuſtinebit.
4 Quia apud te ꝓpiciatio
eſt: et pꝛopter legem tuam
ſuſtinui te domine.
5 Suſtinuit anima mea in

¶ Canticum graduum. CXXIX.

De pꝛofundis clama
ui ad te domīe: dñe
exaudi oꝛationem meam.
Fiāt aures tue itēdētes:
in oꝛationem ſerui tui.
Si iīq̄tates obſeruaueris
domīe: dñe q̄s ſuſtinebit.
Quia apud te ꝓpiciatio
eſt: et pꝛopter legem tuā ſu-
ſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in

¶ Canticum graduum. CXXX.

De pꝛofundis clama
ui ad te dñe: domīe
exaudi vocem meam.
Fiāt aures tue intēdētes
ad vocē depꝛecationis mee.
Si iīquitates obſeruabis
domine: domine quis ſuſti
nebit?
Quia tecum eſt pꝛopicia-
tio: cum terribilis ſis.
Suſtinui dominum ſuſti

verbum eius: ſperauit ani-
ma mea in domino.
6 A cuſtodia matutīa vſqꝫ
ad noctē: ſperet iſrael in do
mino.
7 Quia apud dominū mi-
ſericordia: et copioſa apud
8 eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex
omnibus ĩiquitatibus eiꝰ.

verbo eius: ſperauit anima
mea in domino.
A vigilia matutina vſqꝫ
ad noctem: ſperet iſrael in
domino.
Quia apud dominū mi-
ſericordia eſt: ⁊ copioſa apd̄
eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex
oībus iniquitatibus eius.

nuit anima mea: ⁊ verbum
eius expectaui.
Anima mea ad dominū:
a vigilia matutina vſqꝫ ad
vigiliam matutinam.
Expectet iſrael dominum
quia apud dñm mīa ⁊ mul
ta apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex
oībus iniquitatibus eius.

TITULUS. Canticū graduū. pſalmus / cōtinuata oratio. in ſpiritu populus ſanctus inducitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. De ꝓfūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. de inti
2 mis p̄cordijs / de mēte ꝓfunda ad te vociferaui dñe: dñe ſuſcipe precē meā. Fiāt aures tue ītēdētes: ī
vocē deprecatiōis mee. de intimis p̄cordijs ad te clamaui / aperi dñe tue exauditionis auditū: voci-
3 feratiōi / ſupplicatiōis mee. Si iniq̄tates obſeruaueris dñe: dñe ꝗs ſuſtinebit. ſi pctā populi tui reti-
4 nueris dñator īmēſe / ſi nō remiſeris: ꝗs poterit ſubſiſtere / ꝗs te poterit īplacatū pferre? Quia apud
te ꝓpiciatio eſt: ⁊ ꝓpter legem tuā ſuſtinui te dñe. quia tu dñe ꝓpiciabilis / miſericors et peccata re-
5 laxās: ⁊ quia lex tua id edocet ⁊ mōſtrat / ego in te confidi. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpera-
uit anima mea in dño. confidit ſpūs meus in Chriſto eius: cōfidit ſpūs meus in ſpiritu ſancto conre-
6 gnante et coimmenſo. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet iſrael in dño. ab ortu ſuo quo diui
na vallatur munitionis prouidentia vſqꝫ ad obitum ſuum: populus fidelis non deſinat ſperare ī deo
7 conditore et poſſeſſore ſuo. Quia apud dominū miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redēptio. nō deſi
nat ſperare / non diffidat de venia / non de repropiciatione / quia apud omnidominantem deum miſe-
8 ratio eſt: ⁊ exuberans apud eum peccatorum dimiſſio. Et ipſe redimet iſrael: ex oībus iniq̄tatibꝰ eiꝰ.
et ipſe qui oībus dñatur dimittet populo querenti ſe: omnes iniquitates / et tranſgreſſiones eius.
ADUERTE. Quarto verſu. quia apud te ꝓpiciatio eſt / et ꝓpter legē tuā ſuſtinui te dñe: Hiero-
nymus ex hebreo / quia tecum eſt ꝓpiciatio cū ſis terribilis. Paulus hebreꝰ magis hoc pacto dici
probat: quia tecū ꝓpiciatio vt ipſe timearis. quo nobis deſignatur / quia tecū eſt ꝓpiciatio / nā tu ſo-
lus peccā dimittere potes: ideo timēdus es. quia ſi non remiſeris: nullus remittere poterit. timendus
igitur offendi / ne nō remittas: amādus autem ⁊ adorādus / quia tu ſolꝰ bonꝰ / ꝓpicius / ⁊ miſericors /
peccata nō reſeruās. ¶ Sexto verſu. a cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ex hebreo / a vigilia matuti
na vſqꝫ ad vigiliā matutinā. hoc intellige: ab ingreſſu huiꝰ mundi / ad ingreſſū alteriꝰ ſemꝑ in deo eſſe
ſperandū / neqꝫ ſpem miſeratiōis ⁊ bonitatis eius vnqꝫ eſſe intercipiēdā. quā quidē beatam ſpem / et
ſuā ſanctā miſerationē nobis indulgere digneť qui ſolꝰ eſt ſuꝑbonꝰ ⁊ ſuperbñdictus in ſecula. amen.

¶ Canticum graduum. CXXX.
1 Domine non eſt exal
tatum cor meū neqꝫ
2 elati ſunt oculi mei.
Neqꝫ ābulaui in magnis:
neqꝫ in mirabilibꝰ ſup me.
3 Si non hūiliter ſentiebā:
ſed exaltaui animā meam.
4 Sicut ablactatum ſuper
matre ſua: ita retributio in
5 anima mea.
Speret iſrael ĩ domĩo: ex
hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.

¶ Canticum graduum. CXXX.
Domine nō eſt exal-
tatū cor meum: neqꝫ
elati ſunt oculi mei.
Neqꝫ ābulaui in magnis:
neqꝫ ĩ mirabilibus ſup me.
Si non hūiliter ſentiebā:
ſed exaltaui animā meam.
Sicut ablactatus ſup ma
tre ſua: ita retribues in ani
mam meam.
Speret iſrael ĩ domĩo: ex
hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.

¶ Canticum graduū Da
uid. CXXXI.
Domine non eſt exal
tatū cor meum neqꝫ
elati ſunt oculi mei.
Et nō ābulaui ĩ magnis:
et in mirabilibus ſup me.
Si nō ꝓpoſui: et ſilere fe-
ci animam meam.
Sicut ablactatus a matre
ſua: ita ablactetur a me ani
ma mea.
Expecta iſrael dominum
a modo et vſqꝫ in eternum.

TITULUS. Canticū graduum dauid. pſalmus / laus continuata. populus ſanctus inducitur.
EXPOSITIO CONTINUA. Dñe nō eſt exaltatū cor meū: neqꝫ elati ſunt oculi mei. dñi
ne / in cunctis proſperis ⁊ gratijs tuis non extuli in me animam meam: neqꝫ oculos meos in ſuperbia

Ayuntamiento de Madrid

2 leuaui. Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibus ſup me. neqꝫ magnus videri volui: neqꝫ ad=
3 mirabilis in ijs que ſunt ſupra me et que non ſunt in mea poteſtate. Si non humiliter ſentiebam: ſed
4 exaltaui animam meam. Sicut ablactatum eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea. o domi=
ne/ ſi fragilitatem nature mee non metiebar/ ſi non meditabar me quantum ex me nichil eſſe et poſſe/
ſed omnia a te/ ſi non id feci: ſed extuli in ſuperbia cogitationem meam. ſicut depellitur puer a lacte:
5 ita michi repende ⁊ depelle me abs te ⁊ a gratia tua reijce. Speret iſrael in dño: ex hoc nunc et vſqꝫ
in ſeculum. ſperent ⁊ bene fidant in te domine qui in humilitate cordis querunt te agnoſcere: neqꝫ de
ſinant ab hoc ſeculo in alterum/ nullum quidem habiturum finem in te ſperare.

ADVERTE. Secundo verſu. Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibus ſuper me. qui ambulare volunt in magnis et mirabilibus ſuper ſe: vani quidem ſunt et nimia curioſitate decepti: qui poſt deliramenta magica conſortiaqꝫ dæmonum inſaniunt. qualis olim Simon magus/ Appollonius/ Carpocrates: et ante eos zoroaſter/ Oſtanes/ Apuſcorus/ zaratus/ Marmaridius/ Hippocꝰ/ zarmocenides monſtroſa nomina: qui huius infamie nota inuruntur omnes. ¶ Et tempeſtate noſtra (quod magis dolendum eſt) ſunt qui viqꝫ adeo mente caligant vt ſe appellare magos aperte audeant/ et polliceri cogitatus ſuos alteri (modo non ſit penitus rudis ⁊ artis ignarus) trāſfundere poſſe et contra vicarios recipere quātūcunqꝫ ⁊ quādocūqꝫ libuerit/ neqꝫ locorum interualla id impedire/ nullis ſignis/ nullis ſermonibus/ nullis nuncijs/ nullis litteris/ nutibus aut ſpiritibus illis opus eſſe vt viciſſim mentem aperiant ⁊ mentis arcana prorſus alteqꝫ rimentur. Ignarus es litterarū omniū: ſi te illorum cōmittis ſtudio/ ſemūcia diei id eſt vnius hore ſpaciolum te latinum/ græcū hebraicum chaldæum ⁊ omnis lingue ſcientē remittet/ niſi illorum nimis impudēs ⁊ audax/ falſa ſit aſſertio. At libentius crediderim: ſi te illorum magiſterio credideris vbi antea oīa illa perbelle callueris/ ſolius horule interuallum te omnium illorū remittet ignarum/ te iuſte feriente diuina vltione que huiuſmodi ſapiētes iuxta Eſaie oraculū conuertit retrorſum/ ⁊ ſcientiā eorū ſtultam facit. ¶ Sūt alij qui pactolos ⁊ aurea flumina promittunt: emendicantes miſerabiliter aſſem. Promittunt omnem ſanitatem: ſub ophthalmiæ ⁊ podagræ cruciatibus perſepe gemētes. immo ſanitatem polliceri parum illis videtur: niſi inſuper inaniter iactent/ ſicqꝫ eos eos purgare vt ſint omniſcientes et vi propria vbiqꝫ exiſtentes/ ⁊ hec omnia diſtillationibus quibuſdā/ ſublimationibꝰ ⁊ ſiderum fœlicitationibꝰ ſe preſtare: ⁊ ad cumulū inſanie addunt ſe nouos angelos creare poſſe. ⁊ hi omnes ambulant ī magnis et in mirabilibus ſup ſe/ ⁊ a deo deiqꝫ gratia exciderūt ablactatiqꝫ ſunt ſicut ablactatꝰ puer a matre ſua. ⁊ in illis preſentis pſalmi impletur oraculum. ¶ In illis ꝑme adlaborāt genethliaci ⁊ ꝗ militia celi tam caſſo ſupputationū labore ad futurorꝫ euēta fatigant ꝙ ſuperſtitioſe ⁊ miſere illo abutūtur. ꝗ ⁊ vero totius nature principe neglecto/ cuiꝰ ſoliꝰ eſt mutare tēpora ⁊ etates et trāſferre regna atqꝫ conſtituere: quoſdā per vices chronocratoras inducunt quibus dant vniuerſi decurſus temporis imperium/ ac ſi adhuc ſaturnū/ Ioue/ martē/ ſolem/ venerem/ mercurium et lunam gentilicio ritu colere mus/ nunc hunc nunc illum dominum hore/ anni/ temporum vocantes. quaſi illorum ſit pacem/ bella/ annonam/ ſterilitatem/ influxum ſalubrem aut peſtilentem/ cuiuſqꝫ pro ſuo tempore diſpenſare. Et ne ſemper mentiri cogantur: ad phitomantias ſe pleruncqꝫ conuertunt. qui tunc etiam ſua ſacrilegia nomine aſtrologie defendunt. et hi ambulare volunt in magnis et in mirabilibus ſuper ſe/ et a gratia dei ablactati ſunt. ¶ Sed quid de ijs dicendum qui circea adminiſtrant pocula: vt ſtigmata manuum/ pedum et lateris appareant ad noua ementienda miraculorum portenta. qui et ſomnifera propinant quo mens venefico ſtupefacta poculo/ viſionum illuſionibus facilius ſubiaceat/ et illuſa credat eſſe diuina que re vera ſunt diabolica. non eſt obſcurum videre illos ablactatos et traditos morti ⁊ inferno cum quo ferale pepigerunt fœdus. ¶ Sed nonne qui orant/ qui ieiunant et certas obſeruationes ſcriptas faciunt vt reuelationes patiantur et conſcij ſint futurorum euentuum etiam et ij ambulare volunt in magnis et in mirabilibus ſuper ſe? Nimirum ambulare volunt. et ſi que talibus fiunt apparitiones (quia ſunt ablactati ab vbere diuine gratie) illuſiones ſunt. Et pontifices attenti eſſe debent ac vigiles ne aliquid talium accidat: alioqui ad tribunal magni dei euocandi/ aliquando rationem ſunt reddituri. Vigilate inquam ne magi/ venefici/ epodi/ diuinaculi/ oniropompi/ periedri/ et quicunqꝫ tales ex dæmonum ſchola: tanqꝫ fallax herba veneni inter ſalutares herbas inaſcant et eorꝫ magias/ veneficia/ ſtœchimārias/ necromantias/ exorciſmos/ notarias/ clauiculas/ ſemāphoras/ almadelas/ paulinas/ ſpecula/ ſigilla/ characteres/ imagīes/ ānulos/ ligaturas/ ſortes ꝑ pelues/ gladios/ pſalteria ⁊ id genꝰ (vt martyr Hireneꝰ vocat) periargias vaniſſimaſqꝫ curioſitates vindicibus flāmis diligētiſſime mandare. ¶ At forte illis parcendū/ et nequaqꝫ huic miſerabili turbe inſerēdi ſunt: qui ꝑdia poſſeſſiones/ terras/ diuitiaſqꝫ omnes diſſlant in fumū/ vt puluerem illum cataratum reperiant quem ſi fundas in mare totum ebulliat aurum/ niſi et hanc ſuam commen=

Ayuntamiento de Madrid

11 bonũ/animũ adieci. Eripe me de inimicis meis dñe/ad te confugi: doce me facere volũtatem tuam
quia deus meus es tu. libera me a cõcupiſcentijs carnis et mũdi/ a ſuperbia vite/ab inſultibus dæ=
monũ/ab oĩbus tue volũtati reſiſtentibus/ tu ſolus protegere/tu liberare potes/ a te ſolo ſuppetias
auxiliumq; petij: inſtrue me adimplere beneplacita tua/quia tu ſolus es conditor/ creator et repara
12 tor meus. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: propter nomẽ tuum dñe viuificabis me
in equitate tua. gratia ſpiritus tui incommunicate et abſolute boni introducet me in regionem iuſto=
13 rum: ꝑpter verbũ tuũ iuſtificabis me vitãq; michi preſtabis nõ in mea/ſed ĩ tua iuſtitia. Educes de
tribulatione aĩam meam: et in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. extrahes de tan=
14 tis anxietatibus ſpiritum meum: et me miſeratus/propelles et profligabis hoſtes meos. Et perdes
omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum. ⁊ tu miſerationis largitor domi
ne/in interitum dabis vniuerſas nequitiarum poteſtates affligentes ſpiritum meum: quia ego de ce
tero ſoli ſeruitio tuo et cultui tuo addictus et mancipatus ſum.

ADVERTE. Quinto verſu. in factis manuũ tuarũ meditabar: ex hebræo/ facta manuũ tuarũ lo=
quebar. et vbi ferme meditabar/ meditatus/et huiuſmodi habemus: ſignificari volunt/meditatam
orationem loqui/conceptum omnem expromere et pro viribus eloqui. et idcirco paſſim vbi medita
ri habemus: exponit Hieronymus loqui. ¶ Sexto verſu. anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: ex he
bræo/quaſi terra ſitiens ad te. ⁊ ſic rectius dici putant.

¶ Dauid aduerſus Goliath. CXXXXIII.

1 Benedictus dñs deꝰ meus qui docet manus meas ad preliũ: ⁊ digitos meos ad bellum.
2 Miſericordia mea et refugium meum: ſuſceptor meus et liberator meus.
3 Protector meꝰ ⁊ ĩ ipſo ſperaui: qui ſubdis populum meum ſub me.
4 Domiẽ quid eſt homo q; innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum.
5 Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereunt.
6 Domiẽ inclina celos tuos et deſcende: tange montes et fumigabunt.
7 Fulgura coruſcationẽ et diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas et cõturbabis eos.
8 Emitte manũ tuã de alto eripe me ⁊ libera me de aq̃s multis: de manu filiorum alienorum.
9 Quorum os locutum eſt vanitatem: et dextera eorũ dextera iniquitatis.
10 Deus canticũ nouũ canta

¶ Dauid ad Goliam. CXXXXIII.

Benedictus dñs deꝰ meus qui docet manus meas ad prelium: ⁊ digitos meos ad bellum.
Miſericordia mea et refugium meum: ſuſceptor meus et liberator meus.
Protector meus et in ipſo ſperaui: ſubijciẽs populos ſub me.
Domine quid eſt homo q; innotuiſti ei: aut filius hominis quoniã reputas eum.
Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereunt.
Dñe inclina celos tuos et deſcende: tange montes et fumigabunt.
Coruſca coruſcatiões tuas ⁊ diſſipab; eos: emitte ſagittas tuas ⁊ cõturbab; eos.
Emitte manũ tuã de alto eripe me ⁊ libera me de aq̃s multis: et de manu filiorũ alienorum.
Quorum os locutum eſt vanitatẽ: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouũ cã=

¶ Dauid. CXXXXIIII.

Benedictꝰ dñs fortis meus qui docet manus meas ad prelium: digitos meos ad bellum.
Miſericordia mea ⁊ fortitudo mea: auxiliator meꝰ et ſaluator meus.
Scutum meum et in ipſo ſperaui: qui ſubiecit populos michi.
Domine q̃d eſt homo q; agnoſcis eum: filius hominis quia cõputas eum.
Homo vanitati aſſimilatus eſt: dies eius quaſi vmbra pertranſiens.
Domiẽ inclina celos tuos et deſcende: tange montes et fumigabunt.
Mica fulmine et diſſipa eos: mitte ſagittam tuam et interfice illos.
Extende manũ tuam de excelſo/libera me ⁊ erue me de aquis multis: de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eorũ dextera mendacij.
Deus canticum nouũ cã=



Ayuntamiento de Madrid

| | GALL. | ROM. | HEB. |
|---|---|---|---|
| | bo tibi: ĩ pſalterio decachoꝛdo pſallam tibi. | tabo tibi: in pſalterio decẽ choꝛdarum pſallam tibi. | tabo tibi: in pſalterio decã choꝛdo pſallam tibi. |
| 11 | Qui das ſalutem regibus qui redemit dauid ſeruũ ſuum: de gladio maligno eripe me. | Qui das ſalutẽ regibus qui liberas dauid ſeruum tuum: de gladio maligno. Eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filioꝛum alienoꝛum. | Qui dat ſalutem regibꝰ: qui eruit dauid ſeruum ſuum de gladio peſſimo. |
| 12 | Et erue me de manu filiorũ alienoꝛũ: quoꝛũ os locutũ eſt vanitatẽ: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis. | Quoꝝ os locutũ ẽ vanitatẽ: ⁊ dexťa eoꝝ dexťa ĩiquitatis. | Libera me et erue me de manu filioꝛum alienoꝛum quoꝛum os locutum eſt vanitatem: et dextera eoꝛum dextera mendacij. |
| 13 | Quoꝛum filij ſicut nouelle plantationes: in iuuentute ſua. | Quoꝝ filij ſicut (tat. nouelle plãtatiões: ſtabiliti a iuuentute ſua. | Ut ſint filij nr̃i quaſi plãtatio creſcens: in adoleſcentia ſua. |
| 14 | Filie eoꝛum compoſite: circumoꝛnate vt ſimilitudo templi. | Filie eoꝛum compoſite: circumoꝛnate vt ſimilitudo templi. | Filie noſtre quaſi anguli oꝛnati ad ſimilitudinem templi. |
| 15 | Pꝛõptuaria eoꝛũ plena: eructantia ex hoc in illud. | Pꝛõptuaria eoꝛũ plena: eructantia ex hoc in illud. | Pꝛõptuaria nr̃a plena: et ſupfũdẽtia ex hoc in illud. |
| 16 | Oues eoꝛum fetoſe abundantes in greſſibus ſuis: boues eoꝛum craſſe. | Oues eoꝛũ fetoſe abundãtes in itineribꝰ ſuis: boues eoꝛum craſſi. | Pecoꝛa nr̃a ĩ milibꝰ: et innumerabilia ĩ cõpitis nr̃is. Tauri noſtri pingues\ nõ eſt ĩterruptio ⁊ nõ eſt egreſſus: et nõ eſt vlulatus ĩ plateis noſtris. |
| 17 | Nõ eſt ruina macerie neq; tranſitus: neq; clamoꝛ in plateis eoꝛum. | Nõ eſt ruina macerie neq; tranſitus: neq; clamoꝛ in plateis eoꝛum. | |
| 18 | Beatum dixerũt populũ cui hec ſunt: beatus populꝰ cuius dominus deus eius. | Beatũ dixerunt populũ cui hec ſunt: beatus populꝰ cuius eſt dominꝰ deus eiꝰ. | Beatus populus cuius talia ſunt: beatus populus cuius dominus deus ſuus. |

TITULUS. Dauid. pſalmus/ laus ⁊ depꝛecatio ſynagoge. inducitur ſynagoge fidelis populꝰ.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Benedictus dñs deus meꝰ qui docet manꝰ meas ad pliũ:
et digitos meos ad bellum. gloꝛificetur poſſeſſoꝛ ⁊ conditoꝛ meus qui inſtruit opera mea ad vincen-
2 dum malignum: ⁊ diſcretionem anime mee ad ſuperandum eius inſultum. Miſericoꝛdia mea et re-
fugium meum: ſuſceptoꝛ meus et liberatoꝛ meꝰ. benedictus dominus deus meus / q̃ mei miſeretur/
3 qui eſt confugiũ meũ: qui auxiliatur michi ⁊ ab inimicis meis liberat me. Pꝛotectoꝛ meus et in ipſo
ſperaui: qui ſubdis populum meũ ſub me. benedictus dñs deus meus qui pꝛotegit me / in quo ego
4 ſpem meã conieci: qui directioni obſequentem ⁊ legi parentem facit plebem meã ſub me. Dñe quid
eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum. O cõditoꝛ eterne / quid eſt huma-
num genus qꝛ voluiſti ipſum noticiam tui habere: aut filius hominis qꝛ voluiſti eum tantifacere/ tan-
5 ta gloꝛia ⁊ honoꝛe afficere? Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbꝛa pꝛetereũt. huma-
num genꝰ coꝛruptioni addictũ eſt/ rei comparatum euanide/ tẽpus huiꝰ ſue trãſitoꝛie vite elabitur ⁊
6 diffugit inſtar vmbꝛe. Dñe inclina celos tuos ⁊ deſcẽde: tãge mõtes et fumigabunt. deſiderate genti-
bus ſubmitte celeſtes tuos deſcenſus et in terram illabere: percute ſuperbias malignoꝛum qui mũdo
7 pꝛeſunt in tyrannide/ ⁊ fac eos vt fumũ euaneſcere. Fulgura coꝛuſcationem ⁊ diſſipabis eos: emitte
ſagittas tuas ⁊ cõturbabis eos: O dominatoꝛ dñe euibꝛa claritatem doctrine tue ⁊ elides eos: mitte
8 apoſtolos/ diſcipulos ⁊ bellatoꝛes tuos/ et cõfũdes eos. Emitte manũ tuã de alto/ eripe me et libe-
ra de aquis multis: ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ. mitte ad nos verbũ tuũ de dextera tua/ filiũ de ſinu tuo/
libera et eripe me de tam immenſo calamitatis cumulo: et de poteſtate generationis alienate a te.
9 Quoꝛum os locutum eſt vanitatẽ: ⁊ dextera eoꝛum dextera iniquitatis. qui filij perditionis et a te alie-
nati ſola vana loqui didicerũt: ⁊ omnes vires ſuas ⁊ pꝛoſperitatem omnẽ ad iniquitatẽ cõuerterunt.
10 Deus canticũ nouũ cãtabo tibi: in pſalterio decachoꝛdo pſallam tibi. dñe inclina cęlos tuos et de-
ſcende/ emitte manum tuam de alto/ et concinnam tibi nouam laudem: et cum cantico illo nouo/ vete-

11 ri decalogi laude collaudabo te. Qui das ſalutem regibus/ qui redemit dauid ſeruum ſuum: de gla
12 dio maligno eripe. Et erue me de manu filiorum quorum os locutum eſt vanitatem: et dextera co=
rum dextera iniquitatis. tu es ille qui ſaluat eos quos conſtituiſti principes ſuper vniuerſam terram:
tu es ille qui eruit meſſiam famulum ſuum de framea inimici. libera & ſalua me de poteſtate gentium
que ſermones agitant de vanitate idolorum ſuorum: et que quicquid proſperitatis quicquid gratie
13 illis elargiris/ ad impietatem et iniquitatem conuertunt. Quorum filij ſicut nouelle plantationes: ĩ
iuuentute ſua. ad impietatem conuertunt/ et nichilominus das eis tantam fecunditatem vt liberi eo=
14 rum aſſimilentur nouelle plantationi: creſcenti in etate tenella. Filie eorum compoſite: circũornate
15 vt ſimilitudo templi. adoleſcentule eorum compte: decorate ad ſimilitudinem delubri. Promptua=
ria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. penuaria eorum referta: pre copia ex vno in aliud erũpẽ=
16 tia. Oues eorum fœtoſe abundantes in greſſibus ſuis: boues eorum craſſe. pecudes eorum prolifi=
17 ce crebreſcentes in vijs ſuis: armenta eorum pinguia. Non eſt ruina macerie/ neqꝫ tranſitus: neqꝫ cla
mor in platæis eorum. non eſt demolitio muri/ neqꝫ interrupture peruius locus: neqꝫ eiulatio in vi=
18 cis eorum. Beatum dixerũt populum cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius. fœ
licem gentem illam crediderunt cui tanta eſſent proſpera/ ſed aberrant fœlicem ſolum illum populũ
dicimus qui dominatorem omnium habet deum ſuum.

ADVERTE. Tertio verſu. Qui ſubdis populũ meũ ſub me. melius ſubdit ĩ tertia perſona. ex he
bræo: qui ſubiecit populũ michi. et quod græce habetur υποτασσωμ τομ λαομ μου επεμε: melius ſubiugans ſiue qui ſubiugat populũ meũ ſub me q̃ per ſecundã perſonã qui ſubiugas. adde cetera precedẽtia fuiſſe tertie perſone: que relatiuũ reſpicere/ ei q̃ rationẽ ligue habet nequaq̃ dubiũ eſt. ¶ Vndecimo verſu. Qui das ſalutẽ regibus. melius qui dat: ex particula continuo ſequẽti. q̃ ſer mo tolerabilis inuenitur: cum antecedẽs particula tertie perſone ſubauditur. acſi dicas tu es ille qui dat ſalutẽ regibus/ qui redemit dauid ſeruũ ſuũ. Et ſic in quibudã exẽplaribus ex hebræo reperitur at nunc paſſim legunt qui redemiſti. et ex græco τωΔιΔορτι σωτηριαμ τοισ βασιλευσι. τω λυτρουμενω ΔαβιΔ τομ Δουλομ αυτου legendum eſſet danti ſalutem regibus/ redimenti da uid ſeruum ſuum. Aut vtrobiqꝫ per ſecundam perſonam: qui das ſalutem regibus/ q̃ redimis dauid ſeruum tuum. reſpicit id tibi ſuperioris verſus. & ſermo videtur melior vt a modo legamus Qui das ſalutem regibus/ qui redimis dauid ſeruum tuum. ¶ Eodem vndecimo verſu. q̃ redemit dauid ſer uum ſuum de gladio maligno. diſtinctionis punctus. poſt maligno/ eſt faciendus. et eripe et erue me ſimul iungẽda. qđ dilucide cognoſcit ex hebræo. ¶ A tertiodecimo verſu in finẽ pſalmi: ex hebræo alia ab ijs q̃ expoſita ſũt habetur intelligẽtia. nã in ſeptuaginta et in tralatione noſtra: cuncta dici vi= dentur de liberis et reliqua fœlicitate filiorũ alienorũ. hic autẽ nõ de illis: ſed de filijs hebræorꝫ. qđ et Paulus ſentit hebræus: & hec in bonã partem & de bene proſperantibus & vere beato populo di= ci. ſed non ideo beato q̃ illis abundet/ & illa tantaqꝫ poſſideat: ſed hac de cauſa beato quia dñs eſt de us eius. ¶ Quod tertiodecimo verſui noſtro reſpondet in hebræo: vt ſint filij noſtri quaſi plantatio creſcẽs. intellige hoc iũgi ad id qđ preceſſit/ libera me & erue me de manu filiorũ alienorum. & quam= obrem id petat: ſubiũgit/ vt ſint filij noſtri quaſi plãtatio creſcens in adoleſcentia ſua/ et reliqua que ſequuntur. ¶ Quartodecimo verſu. filie eorũ cõpoſite/ circũornate vt ſimilitudo tẽpli. nõ debes/ ex= ponẽdo id qđ illi reſpõdet in hebræo: exponere vt ſimilitudo tẽpli/ id eſt ſtatua templi. nã hoc filijs alienorũ cõuenit non hebræis: qui ſtatuas in ſuis tẽplis non admittebãt. ſed optat propheta: vt filie hebræorum ornate ſint ad ſimilitudinẽ templi/ cuius totus ornatus in interioribus eſt. & omnis glo= ria filie regis intriſecus: vt alibi quoqꝫ dictum eſt. niſi dicere malis: ad ſimilitudinem anguli templi. nam angulus templi: lapis ille mirificus eſt/ quem reprobauerunt edificantes/ et factus eſt in caput anguli. ſic optare filios ſynagoge ornari: eſt eorum optare ornamentum ad imitationem Chriſti do= mini. qui nos ſic ſe imitari concedat: vt de nobis hoc vere audire mereamur oraculum. beatus popu lus cuius dominus deus eius. qui a nobis et cunctis generationibus: benedictus/ exaltatus et ma= gnificatus ſit in ſempiternum.

¶ Laudatio ipſi Dauid. CXXXXIIII.

1 Exaltabo te deus me⁹ rex & benedicam no= mini ſancto tuo ĩ ſeculum: et in ſeculum ſeculi.

2 Per ſingulos dies benedi

¶ Laudatio ipſi Dauid. CXXXXIIII.

Exaltabo te deus rex me⁹ & benedicam no= mẽ tuum in eternum: et in ſeculum ſeculi.

Per ſingulos dies bene=

¶ Laudatio Dauid. CXXXXV. Aleph.

Exaltabo te deus me⁹ rex: et benedicam no= mini tuo in eternum et vl= tra. Beth.

In omni die benedicam



Ayuntamiento de Madrid

cam tibi: ⁊ laudabo nomen
tuum in ſeculum ⁊ in ſecu-
lum ſeculi.
3 Magnus dñs et laudabi-
lis nimis: et magnitudĩs
eius non eſt finis.
4 Generatio et generatio
laudabit opera tua: et po-
tentiam tuam pronuncia-
bunt.
5 Magnificentiã glorie ſan
ctitatis tue loquẽtur: et mi
rabilia tua narrabunt.
6 Et virtutem terribilium
tuorum dicent: ⁊ magnitu
dinem tuam narrabunt.
7 Memoriam abundantie
ſuauitatis tue eructabunt:
et iuſtitia tua exultabunt.
8 Miſerator et miſericors
dominus: patiens ⁊ multũ
miſericors.
9 Suauis dominus vniuer
ſis: ⁊ miſerationes eius ſu
per omnia opera eius.
10 Confiteantur tibi domi-
ne omnia opera tua: et ſan-
cti tui benedicant tibi.
11 Gloriam regni tui dicẽt:
et potentiam tuam loquen
tur.
12 Ut notam faciant filijs
hominum potentiam tuã:
et gloriam magnificentie
regni tui.
13 Regnũ tuũ regnũ omniũ
ſeculoꝝ: ⁊ dñatio tua in oĩ
generatione et generatiõe.
14 Fidelis dominus in om-
nibus verbis ſuis: ⁊ ſanct⁹
in omnib⁹ operibus ſuis.
15 Alleuat dñs oẽs qui cor-
ruunt: ⁊ erigit oẽs eliſos.
16 Oculi omniũ in te ſperãt:
et tu das eſcam illorum in
tempore oportuno.

dicam te: et laudabo nomẽ
tuum in eternum ⁊ in ſecu
lum ſeculi.
Magnus dominus et lau
dabilis nimis: et magnitu
dinis eius non eſt finis.
Generatio et generatio
laudabunt opera tua: et po
tentiam tuam pronuncia-
bunt.
Magnificentiã maieſtat(is)
tue ⁊ ſctitatẽ tuã loquẽt: ⁊
mirabilia tua narrabunt.
Uirtutem terribiliũ tuo-
rum dicent: ⁊ magnitudi-
nem tuam narrabunt.
Memoriam abundantie
ſuauitatis tue eructabunt:
et iuſtitia tua exultabunt.
Miſericors et miſerator
dominus: patiens et mul-
tum miſericors.
Suauis eſt dñs vniuer-
ſis: ⁊ miſerationes eius ſu
per omnia opera eius.
Confiteantur tibi domi-
ne omnia opera tua: et ſan-
cti tui benedicent tibi.
Gloriam regni tui dicẽt:
et potentiam tuam loquen
tur.
Ut notam faciãt filijs ho
minum potentiam tuam:
et gloriam magnificẽtie re
gni tui.
Regnũ tuũ dñe regnũ oĩz
ſeculoꝝ: et dñatio tua in oĩ
generatione et progenie.
Fidelis dominus in ver-
bis ſuis: et ſanctus in omni
bus operibus ſuis.
Alleuat dñs oẽs qui cor-
ruũt: ⁊ erigit omẽs eliſos.
Oculi omnium in te ſpe-
rant dñe: et tu das eſcam il
lis in tempore oportuno.

tibi: et laudabo nomen
tuum in ſempiternum iu-
giter. Gimel.
Magn⁹ deus et laudabi-
lis nimis: et magnificentie
ei⁹ nõ eſt inuẽtio. Deleth.
Generatio ad generatio-
nem laudabit opera tua: et
fortitudines tuas annun-
ciabunt. He.
Decorem glorie magnitu
dinis tue: et verba mirabi-
lium tuorũ loquar. Uau.
Et fortitudinẽ horribiliũ
tuorũ loquentur: ⁊ magni-
tudines tuas narrabũt. Zai
Memoriam multe bonita
tis tue loquentur: ⁊ iuſtiti
as tuas laudabunt. Heth.
Clemens ⁊ miſericors do
minus: patiens et multe
miſerationis. Teth.
Bonus dñs omnibus: et
miſericordie eius in vni-
uerſa opera eius. Ioth.
Confiteanẽ tibi dñe om-
nia opera tua: et ſancti tui
benedicant tibi. Caph.
Gloriam regni tui dicẽt:
et fortitudines tuas loquẽ
tur. Lamed.
Et oſtendant filijs homi-
num fortitudines eius: et
gloriã decoris regni eius.
Mem.
Regnum tuum regnũ om
nium ſeculorũ: et poteſtas
tua in omni generatione et
generationem.
Samech.
Suſtentat dominus om-
nes corruentes: et erigit
omnes iacentes. Ain.
Oculi omniũ in te ſperãt:
et tu das eis eſcam ſuam in
tempore ſuo. Phe.

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

17 Aperis tu manũ tuam:et
imples omne animal bene=
dictione.
18 Iuſtus dominus ĩ omni=
bus vijs ſuis:et ſanctus in
omnibus operibus ſuis.
19 Prope eſt dñs oĩbus inuo
cantibus eum: oĩb⁹ inuocã
tibus eum in veritate.
20 Voluntatẽ timentiũ ſe faci
et\et deprecationẽ eorũ ex=
audiet:⁊ ſaluos faciet eos.
21 Cuſtodit dominus omẽs
diligentes ſe: ⁊ oẽs peccato
res diſperdet:
22 Laudationẽ dñi loquet̃
os meũ\⁊ benedicat oĩs ca=
ro nomini ſãcto ei⁹: in ſecu
lum ⁊ in ſeculum ſeculi.

**ROM.**

Aperiſtu manum tuam:
et imples omne animal be=
nedictione.
Iuſtus dominus in vijs
ſuis: et ſanctus in omnib⁹
operibus ſuis.
Prope eſt dominus omni
bus: inuocantibus eum in
veritate.
Voluntatẽ timentiũ ſe faci
et\et oratiões eorũ exaudi=
et:⁊ ſaluos faciet eos.
Cuſtodit dominus omẽs
diligentes ſe:et omnes pec=
catores diſperdet.
Laudem domini loquet̃
os meũ ⁊ benedicat oĩscaro
nomen ſanctũ eius:in eter=
num et in ſeculum ſeculi.

**HEB.**

Aperis manus tuas:et ĩ=
ples omne animal refe
ctione. Sade.
Iuſtus dñs in omnibus
vijs ſuis:et ſanctus in om=
nibus operib⁹ ſuis. Coph.
Iuxta eſt dñs oĩbus qui ĩ
uocãt illũ:oĩbus qui ĩuocãt
illum in veritate. Res.
Placitum timẽtium ſe fa
ciet:⁊ clamorem eorum au
diet ⁊ ſaluabit eos. Sin.
Cuſtodit dominus omẽs
diligentes ſe: et vniuerſos
impios conteret. Thau.
Laudem domini loquet̃
os meũ \⁊ benedicet omnis
caro nomini ſancto eius: ĩ
eternum et iugiter.

TITULUS. Hymnus Dauid. Pſalmus/laus dei et Chriſti eius regis eterni. Propheta ĩ ſua
et piorum loquitur perſona.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Exaltabo te deus me⁹ rex/⁊ benedicã noĩ tuo in ſeculũ:⁊ in
ſeculum ſeculi.glorificabo te conditor meus vniuerſorũ gubernator:ſanctificabo nomen tuũ in ſem=
2 piternũ ⁊ in æuum interminũ. Per ſingulos dies benedicã tibi:⁊ laudabo nomen tuum in ſeculum ⁊
in ſeculũ ſcli.nulla dies effugiet abſq; bñdictione tui:prorũpã ĩ laudẽ nois tui ⁊ in ꝑpetuum in perẽ=
3 nitatẽ æui intermini. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis:⁊ magnitudinis eius non eſt finis. immẽſus
4 dñs ⁊ laude incõprehẽſibilis:⁊ immenſitatis eius nullus modus/nullus termin⁹ nulluſq; finis. Ge
neratio ⁊ generatio laudabit opera tua:⁊ potentiam tuam pronunciabunt.omnis populus ⁊ nature
5 et legis et gratie magnipendent facta tua:⁊ virtutem tuã manifeſtabunt. Magnificentiam glorie ſan
ctitatis tue loquẽtur:⁊ mirabilia tua narrabunt.mirificam pulchritudinem claritatis tue effabuntur:
6 et opera tua admirabilitate plena recenſebunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent:⁊ magnitudi
nem tuã narrabunt.et fortitudinẽ terrificarũ vltionũ tuarum aperient:⁊ immenſitatẽ tuã referabunt.
7 Memoriam abundantie ſuauitatis tue eructabunt:⁊ iuſtitia tua exultabunt.in recordationem multi
8 tudinis propiciationis tue enarrãde prorũpent:⁊ iuſtitiã tuã cum exultatione laudabũt. Miſericors
et miſerator dñs:patiens ⁊ multum miſericors.propicius et clemens deus noſter:ad vindictam tar
9 dus ⁊ multus ad ignoſcendũ. Suauis dñs vniuerſis:⁊ miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. dul=
cis et benignus deus noſter generationibus cunctis: et miſericordie eius in cunctis operationibus
10 eius. Confiteantur tibi dñe oĩa opera tua:⁊ ſancti tui benedicãt tibi.laudet te creator eterne vniuer=
11 ſa creatura tua:puri/mũdi ⁊ incoinquinati glorificent te. Gloriam regni tui dicent:⁊ potentiam tuã
12 loquẽtur.ſancti tui magnificẽtiã celeſtis glorie tue aperient:⁊ oĩpotentiã tuã euãgelizabunt. Ut no=
tam faciant filijs hominum potentiam tuam:⁊ gloriam magnificentie regni tui.id facient vt genera=
tionibus populorum cognitam efficiant omniũ tibi collatam poteſtatẽ:et ſplendorem magnificentie
13 celeſtis regni tui. Regnum tuũ regnũ oĩm ſeculorum:et dominatio tua in omni generatione et genera=
tionẽ.regnum tuum dñe regnum quod nõ corrumpetur:⁊ poteſtas tua poteſtas eterna que non au=
14 feretur. Fidelis dñs in omnibus verbis ſuis:⁊ ſanctus in oĩbus operibus ſuis. verax dñs in cũctis
15 promiſſionibus ſuis:⁊ purus/ſanctus ⁊ incõtaminatus in cunctis operationibus ſuis. Alleuat dñs
omnes qui corruunt:et erigit omnes eliſos.ſuſtentationi et auxilio adeſt dominus cũctis q̃ incuruã=
16 tur ad labendum:⁊ cunctos exuſcitat proſtratos. Oculi omnium in te ſperant dñe:et tu das eſcam il
lorum in tempore oportuno.inſtinctu ſuo vniuerſa in te feruntur domine et prouides illis: tu paſcis
17 illa pro temporis oportunitate. Aperis tu manum tuam:et imples omne animal benedictione. di=
18 ſpenſas prouidentiam tuam:⁊ reficis animantem omnem benedictionis tue refectione. Iuſtus do=
minus in omnibus vijs ſuis:⁊ ſanctus in omnibus operibus ſuis.omnia mãdata domini iuſta ſunt ⁊



Ayuntamiento de Madrid

GALL. ROM. HEB.

19 eterne eq̃tati nixa: ⁊ oĩa opa dñi vt ab eo pꝛodeũt ſctã/mũda et incoinquinata. Pꝛope eſt dñs oĩbus
inuocãtibꝰ eũ oibꝰ inuocãtibꝰ eũ ĩ veritate. cominꝰ eſt deꝰ nr̃ cũctis req̃rẽtibꝰ eũ nõ ficta ⁊ fallaci/ſed
20 pura veraciq; mẽte. Volũtatẽ timẽtiũ ſe faciet/ ⁊ depcationẽ eoꝝ exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos. habẽ
tiũ ſanctũ eius timoꝛẽ deſideria adimplebit/ ⁊ pꝛecẽ eoꝝ ſuſcipiet: ⁊ ad eternitatẽ vite eos tandẽ pdu
21 cet. Cuſtodit dñs oẽs diligentes ſe: et oẽs peccatoꝛes diſperdet. ſolicitus eſt dñs amoꝛe ſui feruen=
tes cuſtodire: ⁊ cõtra/ vniuerſos tranſgreſſoꝛes/ipſum in veritate non inuocantes/neq; timentes/ne=
22 q; diligẽtes in eternum interitum mittet. Laudationẽ dñi loquetur os meum/ ⁊ benedicat omnis ca
ro noĩ ſctõ eius: in ſeculũ ⁊ in ſeculũ ſeculi. hãc laudẽ dei mei oꝛe meo pꝛonunciabo: et gloꝛificet vni
uerſa hominum cognatio verbũ ſanctũ eius: in ſempiternum/ ⁊ in æuũ finis terminiq; neſcium.
ADVERTE. Quarto verſu. generatio ⁊ generatio laudabit opera tua. melioꝛ ſermo: laudabunt. ſic enim Hieronymus in ea pſalterij littera/cui expoſitionem ſuam adiunxit/ et non deterioꝛ intelligentia. et idipſum ſequens particula et potentiam tuam pꝛonunciabunt poſcere videtur/atq; ſubinde ſequentes que omnes verbo plurali expꝛimuntur: et hoc etiam modo pſalmodia canit romana.

¶ Sextodecimo verſu. et tu das eſcam illoꝛum. legendum eſt illis: et ex romana et hebꝛaica tralatione. quarum hec ſic habet et tu das eis eſcam. illa ſic et tu das eſcam illis. et intelligentia pꝛomptioꝛ: et ſermo accommodatioꝛ.

¶ HALELUIA aggei et zacharie. CXXXXV.

1 Lauda aĩa mea do=
minũ\laudabo do=
minum in vita mea: pſallã
deo meo ꝙdiu fuero.
2 Nolite confidere in pꝛinci
pibus: in filijs hominũ in
quibus non eſt ſalus.
3 Exibit ſpiritus eius ⁊ re=
uertetur in terram ſuam: ĩ
illa die peribunt omnes co=
gitationes eoꝛum.
4 Beatus cuius deus iacob
adiutoꝛ eius \ ſpes eius in
domĩo deo ipſius qui fecit
celum ⁊ terram: mare ⁊ oĩa
que in eis ſunt.
5 Qui cuſtodit veritatem ĩ
ſeculum\facit iudiciũ iniu
riam patientibus: dat eſcã
eſurientibus.
6 Dominus ſoluit cõpedi=
tos: dñs illuminat cecos.
7 Dominus erigit eliſos:
dominus diligit iuſtos.
8 Dominus cuſtodit adue=
nas pupillum et viduã ſu=
ſcipiet: et viam peccatoꝛum
diſperdet.
9 Regnabit dñs ĩ ſecula de
us tuus ſion: in generatio=
nem et generationem.

¶ HALELUIA. CXXXXV.

Lauda aĩma mea dominũ \ laudabo dominum in vita mea: pſallã deo meo ꝙdiu ero.
Nolite cõfidere in pꝛincipibus: in filijs hominum ĩ quibus non eſt ſalus.
Exibit ſpiritus eius ⁊ reuertetur in terram ſuam: ĩ illa die peribunt omnes cogitationes eoꝛum.
Beatus cuius deus iacob adiutoꝛ eius: ſpes eius in domino deo ipſius.
Qui fecit celũ ⁊ terrã: mare et omnia que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem ĩ ſeculum\facit iudiciũ iniuriam patientibus: dat eſcã eſurientibus.
Dominꝰ erigit alliſos dominꝰ ſoluit cõpeditos\dominus illuminat cecos: dominus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenam pupillum et viduam ſuſcipiet: et viam peccatoꝝ exterminabit.
Regnabit dñs ĩ eternum deus tuus ſion: in ſeculum ſeculi.

¶ HALELUIA. CXXXXVI.

Lauda aĩma mea dominũ \ laudabo dominũ in vita mea: cantabo deo meo ꝙdiu ſum.
Nolite confidere in pꝛincipibus: in filio hominis cui non eſt ſalus.
Egrediet̃ ſpũs eius et reuertetur in humũ ſuam: in die illa peribunt cogitationes eius.
Beatus cuius deus iacob auxiliatoꝛ eius: ſpes eius ĩ domino deo ſuo.
Qui fecit celos et terram: mare ⁊ oĩa que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem ĩ ſempiternũ\qui facit iudiciũ calũniã ſuſtinentibus: et dat panẽ eſurientibus.
Dominus ſoluit vinctos dominus illuminat cecos\ dominus erigit alliſos: dominus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas pupillum et viduã ſuſcipiet: et viam impioꝛum conteret.
Regnabit dñs ĩ eternũ deus tuus ſion: in generationem et generationem.

Ayuntamiento de Madrid

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/ laus diuina/ Propheta in ſua et cuiuſq; fidelis lo-
quitur perſona.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Lauda anima mea dñm/ laudabo dominum in vita mea:
pſallam deo meo q̄diu fuero. exalta ⁊ glorifica O ſpiritus meus deum tuum/ exaltabo deum meum
2 q̄diu vixero: canam laudes conditori meo q̄diu ſubſtitero. Nolite confidere in principibus: nec in
filijs hominum in quibus non eſt ſalus. ſpem veſtram in domino ponite / et nolite eam ponere in ſe-
3 culi potentibus: neq; in quibuſuis carnalium hominum nec ſe nec alios ſaluare valentium. Exibit
ſpiritus eius et reuertetur in terram ſuā: in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. cuiuſq; talium
emigrabit anima a corpore ⁊ quiſq; eiuſmodi reſoluetur in puluerem ſuū: in eo ipſo reſolutionis ſue
4 tēpore irriti cadent vniuerſi cogitatus eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius/ ſpes eius in
domino deo ipſius/ qui fecit celum et terrā: mare ⁊ omnia que in eis ſunt. in illa die fœlix ille cui de-
us iacob auxiliator fuerit/ qui ſpem ſuam non in principibus/ non in vano cuiuſuis hominum preſi-
dio poſuerit/ ſed in dominatore et conditore ſuo/ factore celi ⁊ terre: maris ⁊ omnium in eis contento
5 rum. Qui cuſtodit veritatem in ſeculum facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibꝰ
beatus inquā ille homo qui confidit in deo ſuo/ non ſolum conditore omnium ſed et qui in ſempiter-
num promiſſiones ſuas fideliter implet/ qui vltor eſt ⁊ iuſtus iudex iniuſte oppreſſorū: qui miniſtrat
6 et prouidet quibus oportet anime ⁊ corporis verum alimentum. Dominus ſoluit compeditos: do-
minus illuminat cecos. non principes ſunt/ non filij hominum/ ſed ſolus deꝰ eſt qui eripit nobis vin
cula dæmonum: non principes/ non filij hominum/ ſed ſolus dominus eſt qui aperit oculos cæco-
7 rum. Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos. dominus eſt qui contractis et claudis reſtituit
8 greſſum: dominus amator eſt beneficus/ beneuolus atq; inhabitator iuſte viuentium. Dominus cu-
ſtodit aduenas/ pupillum ⁊ viduam ſuſcipiet: ⁊ vias peccatorum diſperdet. dominus eſt/ non prin-
cipes non filij hominum/ qui ſolicitudinē ⁊ curā gerit peregrinorū/ dñs orphanorū parentibuſq; or-
batorum/ et a viro ac omni vite ſolatio relictarum curam geret: ⁊ ſceleratos mores ſceleratáq; flagi-
9 tioſorum vite inſtituta ad nichilum rediget. Regnabit dominus in ſecula/ deus tuus ſion in genera-
tionem et generationem. O contio ſancta fidelium dominator ⁊ creator tuus reget te in ſempiternum
et in hac mortali peregrinatione/ et in alterius ſeculi eterna fœlicitate.

ADUERTE. Secundo verſu. nolite cōfidere in principibus/ in filijs hominū in quibꝰ nō eſt ſalꝰ
Hieronymus ex hebræo/ nolite confidere in principibus/ in filio hominis cui non eſt ſalus. vbi filio
hominis non (vt pſalmo octauo) in excellentē ſignificationē capitur ſed in cōmunē / pro cōmuni car-
naliq; homine/ atq; (vt ſic dixerim/ pro choico animaliq; et terreno. quod innuit adiecta particula:
cui non eſt ſalus. et ſequens qui continenter adiungitur verſus: egredietur ſpiritus eius ⁊ reuertetur
in terram ſuā. de quo eni alio q̄ de choico/ terreno et animali dictum eſt: cinis es et in cinerē reuerte-
ris? Maluerunt tamē interpretes ne nos luderēt equiuoco: pluratiue dicere in filijs hominū/ eundē
ſeruātes itellectū. verū tūc ſequēti verſu/ exibit ſpiritus eorū erat dicendū. quādo quidē numero an
tecedētis mutato: par erat ⁊ relatiuū mutari. item ⁊ verbum reuertet̄ in plurale reuertent̄ mutādum
quod ⁊ de relatiuo iu ipſo ſecundo verſu obſeruarūt: cū dixerūt in quibus nō eſt ſalus. ⁊ item ī tertio
peribunt omnes cogitationes eorū. verum prepoſitio in: et ex hebræo et græco ſuperflua eſt. ex he-
bræo: cui nō eſt ſalus. ex græco οἱς οὐκ ἔστι σωτηρία quibus non eſt ſalus. Et propter duplicē
hanc filij hominis acceptionē nobilē ⁊ ignobilē/ ſpiritualē et terrenā: ſi ſingulariter legendū/ potius
ita legendū eſſet/ nolite confidere in principibus: in filio hoīm cui nō eſt ſalus/ q̄ hominis. nā Chri-
ſtus dñs: non hominū/ ſed hominis filius dicitur. aliorꝫ autem quilibet (excipio protoplaſtos) nō tā
hominis q̄ hoīm filius eſt. quē eni alium natum niſi ex hominibus patreq; ⁊ matre preter dñm dice-
mus? aut omnino legendū vt ſeptuaginta tradiderunt interpretes: pauliſper tertio verſu adiuto hoc
pacto. nolite cōfidere in principibus/ in filijs hominū quibus nō eſt ſalus. exibit ſpiritus eorum ⁊ re-
uertentur in terrā ſuā/ in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. ⁊ id in filijs hominū: explicare
videtur in principibus. acſi dicat: nolite cōfidere in principibus id eſt in filijs hoīm/ quibus nō eſt ſa
lus/ qui ſeipſos ſaluare nō poſſunt. quo pacto igitur vos ſaluabunt? q̄ ſi ſaluare neq; ſe neq; vos poſ
ſunt: quonā pacto cōfiditis in eis? Sed dicet forſitan quiſpiā: Hieronymus tertio verſu habet reuer
tetur ⁊ omnes tralationes reuertetur. quare minime mutandus in hoc verbo numerus erit. Reſpon-
debimus qua ratione interpretes numerū ſubiecte partis mutarūt: eadē quoq; lege et numerū verbi
mutare debuerūt. nā filijs hoīm dixerūt: vbi ſingulariter filio repererūt. quo iure igit̄ verbū numeri
eiuſdē manere debuit/ acſi filio reliquiſſent? apte eni dicitur filius hominū reuertetur in terrā ſuā: ſed
nō apte filij hominū reuertetur in terrā ſuā. quod ne ignorat quidē lixa grāmaticorum. Sed perſiſtes
fortaſſe ac inſtabis: reuertetur/ rem ſubiectam nō habere filij hominū/ verū ſingulare ſpiritus. Sꝫ nū
quid ego Epicureus aut Saduceus aliq̄s ſū quid id tibi tribuā? deus meliora velit. Et q̄s tūc (ob-

ſecro) alius dabit͛ intellect⁹ q̃ꝫ quẽ ipſi et iã ad tribunal dei æterno ignis ſupplicio adiudicata turba tradit͛: ſpiritus eorũ reuertet͛/ difflabit͛/ diſſipabit͛ in terrã ſuã. gratie ſũmo ſpirituũ conditori: qui me hoc ſẽper magis q̃ꝫ calcare ſerpentẽ exhorrere docuit ⁊ adiuuit. nã qui ſic cupit mortem finire: mortem inuenit ſine mortis fine. verũtamẽ et nos id vltro ſic contẽdenti cõcedemus: ſpiritũ noſtrum exire de corpore noſtro/ quo deus ipſe iuſſerit aut ad loca tranquille lucis/ aut ad loca tenebroſa penarum. qꝗꝫ idem ſpiritus in nouiſſimo die reuertetur in terrã ſuã/ in ꝓpriũ corpus ſuum tãetſi in omnibus mundi climatibus difflatũ/ in momẽto/ ĩ ictu oculi colligẽtibus angelis et diuino quo creata ſũt vniuerſa/ mandante ſpiritu. et tunc cunctis aſtantibus ante diſtricti iudicis tremendum et ineluctabile ſuggeſtum: peribunt omnes ipſorum cogitationes/ quas de deo ⁊ Chriſto eius/ de ĩmortalitate ſpiritus/ de felicitate aut infelicitate vite habuerũt. quẽ ſenſũ ſi volũt: nõ magnopere reluctari volueri/ ſingulariter etiam in tralatione noſtra legendum/ reuertetur/ etſi id fere cunctis aduerſet͛ interpretib⁹ ſentiantqꝫ omnes/ eũ (qui prius poſitus eſt) eruendum eſſe ſenſum. ſed de his hactenus.

## HALELUIA. CXXXXVI.

1 Laudate dñm quo-
niã bon⁹ eſt pſalm⁹:
deo noſtro ſit iocunda deco
raqꝫ laudatio.
2 Edificans hieruſalem do
minus: diſperſiones iſrae-
lis congregabit.
3 Qui ſanat cõtritos corde:
et alligat cõtritiones eorũ.
4 Qui numerat multitudi
nem ſtellarum: ⁊ omnibus
eis nomina vocans.
5 Magnus dñs noſter ⁊ ma
gna virtus eius: et ſapien-
tie eius non eſt numerus.
6 Suſcipiens mãſuetos do-
minus: humilians aũt pec-
catores vſqꝫ ad terram.
7 Precinite domino in con-
feſſione: pſallite deo noſtro
in cithara.
8 Qui operit celũ nubibus:
et parat terre pluuiam.
9 Qui ꝓducit ĩ mõtib⁹ fenũ.
et herbã ſeruituti hominũ.
10 Qui dat iumentis eſcam
ipſorum: et pullis coruorũ
inuocantibus eum.
11 Nõ in fortitudine equi vo
luntatem habebit: nec in ti-
biis viri beneplacitũ erit ei.
12 Bñplacitũ eſt dño ſup ti-
mẽtes eũ: et in eis q̃ ſperant
ſuper miſericordia eius.

## HALELUIA. CXXXXVI.

Laudate dñm quo-
niã bon⁹ eſt pſalm⁹:
deo noſtro iocunda ſit lau-
datio.
Edificãs hieruſalem do-
minus: et diſperſiones iſra
el congregans.
Qui ſanat cõtritos corde:
et alligat cõtritiones eorũ.
Qui numerat multitudi
nem ſtellarum: et omnibus
eis nomina vocat.
Magnus dñs noſter ⁊ ma
gna virtus eius: ⁊ ſapiẽtie
eius non eſt numerus.
Suſcipiens mãſuetos do
minus: humiliat autẽ pec-
catores vſqꝫ ad terram.
Precinite domino in con-
feſſione: pſallite deo noſtro
in cithara.
Qui operit celũ nubibus:
et parat terre pluuiam.
Qui ꝓducit ĩ mõtib⁹ fenũ
et herbã ſeruituti hominũ.
Qui dat iumentis eſcam
ipſorum: ⁊ pullis coruorũ.
inuocantibus eum.
Nõ in virib⁹ equi volũta-
tẽ habebit: neqꝫ ĩ tabernacu
lis viri bñplacitũ eſt ei.
Bñplacitũ eſt dño ſup ti-
mẽtes eũ: et ĩ eos qui ſperãt
in miſericordia eius.

## HALELUIA. CXXXXVII.

Laudate dñm quo-
niam bonũ eſt canti
cum dei noſtri qm̃ decorum
eſt: pulchra laudatio.
Edificabit hieruſalem do
minus: electos iſrael con-
gregabit.
Qui ſanat contritos cor-
de: ⁊ alligat plagas eorum.
Qui numerat multitudi
nem ſtellarum: ⁊ omnes no
mine ſuo vocat.
Magnus dñs nr̃ et mul-
tus fortitudine: et prudẽn-
tie eius non eſt numerus.
Suſcipiens mãſuetos do-
minus: humilians impios
vſqꝫ ad terram.
Canite domino in confeſ-
ſione: canite deo noſtro in
cithara.
Qui operit celum nubi-
bus: et prebet terre pluui-
am: et oriri facit in monti-
bus germen.
Qui dat iumẽtis panem
ſuum: filiis corui claman-
tibus.
Non eſt in fortitudine e-
qui voluntas eius: neqꝫ in
tibiis viri placetur ei.
Placetur domino in iis q̃
timent eum: et expectãt mi-
ſericordiam eius.

Ayuntamiento de Madrid

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/continuata laus. Propheta in ſpiritu loquitur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Laudate dñm qm̃ bonus eſt pſalmus: deo noſtro ſit iocũda
decoraqꝫ laudatio. habitatores ſiõ exaltate ⁊ glorificate dominatorẽ oĩm/qm̃ ipſũ laudare exaltare ⁊
glorificare bonum eſt: conditori ⁊ redẽptori noſtro accepta ſit ⁊ bene placẽs noſtre laudis exhibitio.
2 Edificans hieruſalẽ dñs: diſperſiones iſraelis cõgregabit. habitationẽ ſuꝑne pacis/ſanctã animarũ
ciuitatẽ conſtruẽs cunctorũ opifex æternus: exilia populi eũ cognoſcere gliſcentis/ĩ illam adunabit.
3 Qui ſanat contritos corde: ⁊ alligat contritiones eorũ. dñs deus noſter eſt/qui medetur dolentibus
4 animo/penitẽtiaqꝫ maleactorũ ductis: ⁊ vniuerſas ſcelerũ eorum cõtuſiones ſolidat. Qui numerat
multitudinẽ ſtellarũ: et omnibus eis noĩa vocat. dñs deus noſter eſt/ qui nouit numerũ æternã here
ditatem accepturorũ ad ſimilitudinẽ ſiderum claritate ⁊ claritate differentium: et omnes in libro vite
5 ſcriptos ex nominibus vocat/prediffinit/predeſtinat/accerſit et ad ſe appellat. Magnus domin⁹ de
us noſter ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapiẽtie eius non eſt numerus. late ĩperãs/ ⁊ fundẽs imperiũ condi
6 tor noſter ⁊ immẽſa omnipotẽtia eius: ⁊ incõprehenſibilis preſciẽtia ⁊ ſapiẽtia eius. Suſcipiens man
ſuetos dñs: humilians autẽ peccatores vſqꝫ ad terrã: dñs deus noſter eſt ad ſe ĩ cæleſtia regna paci-
7 ficos/mites ⁊ humiles eleuans: peruerſos autẽ ⁊ ĩiquos ad profunda vſqꝫ abyſſi deturbãs. Precini
te dño in confeſſione: pſallite deo noſtro in cithara. anticipate dominum ĩ gratiarum actione ⁊ bene-
ficiorum eius recognitione: canite domino conditori ⁊ creatori noſtro in concordi mãdatorum ſuorũ
8 obſeruãtia/in triſagie beatitudinis oda. Qui operit cælũ nubib⁹: ⁊ parat terre pluuiã. canite deo no
ſtro/qui contegit eccleſiã fecundis paſtoribus: ⁊ qui eis qui terreno adhuc ſunt affectu/ad ſpiritua-
9 lem ſanctimoniã ſuggerit doctrinã. Qui producit in montibus fœnũ: ⁊ herbã ſeruituti hominũ. ca-
nite deo noſtro/qui principibus populi ſui immittit ad ſeipſos regẽdos ſenſũ: ⁊ prudentiã ad paſcen
10 dũ populũ ſuũ. Qui dat iumẽtis eſcã ipſorũ: ⁊ pullis coruorũ inuocãtibus eũ. canite admirãdã dei
noſtri benignitatem/qui prebet gentili populo panẽ cæleſtem ſeipſum cibum: ⁊ non minus filijs he-
11 bræorũ in ipſũ crocitantiũ/ ⁊ blaſphemorũ dũmodo conuertant ⁊ inuocent eum. Non in fortitudine
equi volũtatẽ habebit: nec ĩ tibijs viri beneplacitũ erit ei. dño deo nr̃o nõ placebit vir ſola libidine et
12 luxuria potẽs: nec viri ĩcõſtãtes ſẽperqꝫ ĩſtabiles ⁊ mobiles/grati acceptiqꝫ erũt ei. Bñplacitũ eſt dño
ſuꝑ timẽtes eũ: ⁊ ĩ eis q̇ ſperãt ſuꝑ mĩa ei⁹. ſed mũdi ⁊ ꝯſtãtes viri/ſãctũ dei timorẽ habẽtes accepta
buntur ei: ⁊ ij q̇ iuſſa eius ĩplentes/confidunt non in operibus ſuis/ſed in gratia et miſeratione eius.
ADUERTE. Primo verſu. laudate dñm qm̃ bonus eſt pſalmus/deo noſtro ſit iocunda decoraqꝫ
laudatio: ex hebræo/laudate dñm qm̃ bonũ eſt/cãticũ dei nr̃i qm̃ decorũ eſt/pulchra laudatio. qua-
re ſic cõcinnãdus eſt ad illi⁹ imitationẽ primus verſus noſter. laudate dñm qm̃ bonum eſt: pſalmus
dei noſtri qm̃ decorus: decora eſt laudatio. verũ vtraqꝫ intelligẽtia pulchra: nec vt habemus/intelli-
gẽtie officit aut preiudicat. ¶ Nono verſu. q̇ ꝓducit in mõtibus fœnum et herbã ſeruituti hoĩm: ex
hebræo/id ſolũ ⁊ oriri facit in montibus germen. cetera igitur intelligãtur ab interpretibus adiecta/
paſſibile quid potius explicare meditãtes ꝙ ad ſpiritum ſubuehere. quid enĩ germẽ in principib⁹ qđ
deus oriri facit: niſi prudẽtia qua populũ ĩ lege dei paſcũt ⁊ enutriũt? ¶ Decimo verſu. Qui dat iu-
mentis eſcã ipſorũ ⁊ pullis coruorũ inuocãtibus eũ: ex hebræo/qui dat iumẽtis panẽ ſuũ/filijs cor-
uorum clamãtibus. Populũ gentilẽ iumẽto ſignificari certũ eſt. ſic in ſimilitudine voluit ſaluator ho
minum iumẽto inſidere ⁊ pullo eius/atqꝫ ita ſanctã ciuitatẽ intrare: quaſi rex gentiũ et hebræorum/
ſed magis in gẽtibus requieſcẽs. ſic Eſaias onus (inquit) iumentorũ auſtri: gẽtes deſignãs. Sed ⁊ ꝑ
coruos nõ male putauerim ſignificari nũc iudæos: qui ĩ Chriſtũ dñm/Meſſiã ſuperbenedictũ obſtre
punt/clangunt ⁊ crocitãt. ⁊ ab illo tempore cõuicia cõtorquere nõ ceſſãt: quo clamauerunt nolumus
eũ regnare ſuꝑ nos/ſanguis eius ſuꝑ nos ⁊ ſuper filios noſtros. attamẽ tanta eius benignitas: vt fi-
lios eorũ nigrorẽ parentũ induere nolẽtes/eorũqꝫ imitari crocitatũ/ſed ad ſanctũ dñi/voces ſuas ele
uare/ſuſcipiat ⁊ cæleſti paſcat alimonia. Sunt ⁊ q̇ volũt coruinos fœtus/certos dies dũ plumeſcãt
et patribus aſſimilent rore cæleſti paſci. quod et credidit Caſſiodorus. quaſi ſpiritus littere: ad natu
re luderet hiſtoriã. Quid etiã coruũ emiſſum de arca Noe qui mundum ſaluauit per aquã non redijſ-
ſe ad arcã/columbã autẽ cum ramo virentis oliue in arcã redijſſe: niſi forte cum placuit altiſſimo vni
uerſum orbẽ per aquam purgare/innouare ⁊ ſaluare/iudæos de eccleſia egreſſos non redijſſe/ gen-
tium autem multitudinẽ cum Chriſti reconciliatione/cum cõfeſſione crucis/ligni pacis et vite eccle-
ſiam intraſſe dealbatam et in ſimplicitate vite degentem in ſimilitudinem fidelis columbe?

| | | |
|---|---|---|
| ¶ HALELU IA. CXXXXVII. Lauda hierl'm dñm: lauda deũ tuũ ſion. | ¶ HALELU IA. CXXXXVII. Lauda hierl'm dñm: lauda deũ tuũ ſion. | Lauda hieruſalem dñm: cane deum tuum ſion. |

Ayuntamiento de Madrid

**GALL.**

2 Quoniam confoꝛtauit ſe-
ras poꝛtarum tuarum: be-
nedixit filijs tuis in te.
3 Qui poſuit fines tuos pa
cem: ⁊ adipe frumenti ſati-
at te.
4 Qui emittit eloquiū ſu-
um terre: velocit̄ currit ſer-
mo eius.
5 Qui dat niuem ſicut la-
nam: nebulam ſicut cinerē
ſpargit.
6 Mittit cryſtallū ſuū ſicut
buccellas: ante faciem frigo
ris eius quis ſuſtinebit?
7 Emittet verbum ſuū et li
quefaciet ea: flabit ſpiritus
eius et fluent aque.
8 Qui annunciat verbum
ſuum iacob: iuſticias et iu-
dicia ſua iſrael.
9 Non fecit taliter omni na
tioni: et iudicia ſua nō ma-
nifeſtauit eis.

**ROM.**

Quoniam confoꝛtauit ſe-
ras poꝛtarum tuarum bene
dixit filios tuos in te.
Qui poſuit fines tuos pa
cem: et adipe frumenti ſati
ans te.
Qui emittit eloquium ſu
um terre: velocit̄ currit ſer-
mo eius.
Qui dat niuem ſicut la-
nam: nebulam velut cinerē
aſpergit.
Mittit cryſtallū ſuū ſicut
fruſta panis: ante faciē fri-
goꝛis eius quis ſuſtinebit?
Mittit verbum ſuum et li
quefaciet ea: flauit ſpiritꝰ
eius et fluent aque.
Pꝛonuncians verbū ſuū
iacob: iuſtitias et iudicia
ſua iſrael.
Non fecit taliter omni na
tioni: et iudicia ſua non
manifeſtauit eis.

**HEB.**

Quia confoꝛtauit vectes
poꝛtarum tuarū: bñdixit fi
lijs tuis in medio tui.
Qui poſuit terminum tu
um pacem: adipe frumenti
ſaturauit te.
Qui emittit eloquium ſu
um terre: velocit̄ currit ver-
bum eius.
Qui dat niuem quaſi la-
nam: pꝛuinas quaſi cinerē
ſpargit.
Pꝛoijcit glaciem ſuā qua
ſi bucellas: ante faciem fri-
goꝛis eius quis ſtabit?
Mittet verbum ſuū et ſol-
uet illa: ſpirabit ſpiritu
ſuo et fluent aque.
Qui annunciat verbum
ſuum iacob: pꝛecepta ſua et
iudicia ſua iſrael.
Non fecit ſimiliter omni
genti: et iudicia eius non
cognoſcent.

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus / laus continuata. Pꝛopheta ī ſpiritu inſtruit / et ad
laudem populum ſanctum hoꝛtatur.
1 EXPOSITIO CONTINUA. Lauda hieruſalē dñm: lauda deū tuū ſiō. pacificoꝝ ciuitas
pꝛedica / magnifica et exalta deū tuū: eccleſia regeneratoꝝ pꝛedica / exalta ⁊ magnifica deum redem-
2 ptoꝛē tuū. Quoniā cōfoꝛtauit ſeras poꝛtarū tuarū: benedixit filijs tuis in te. lauda ſion deū ſaluato-
rem ⁊ poſſeſſoꝛē tuū / quia validas effēcit ſcripturas ingreſſuū tuoꝝ: ſanctificauit regeneratos tuos ī
3 te. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te. lauda ſion ſaluatoꝛē tuū qui ſua pace ter
minos terre concluſit / pacem ſuam dedit / pacem ſuam reliquit: qui panis angeloꝛum pinguedine ſa
4 turat te. Qui emittit eloquiū ſuum terre: velociter currit ſermo eius. lauda ſion deum tuū / qui euan
gelium ſuū trāſmiſit in vniuerſum oꝛbem terre: paruo tēpoꝛe per iudæam / per habitatā plagam diſ-
5 funditur doctrina eius. Qui dat niuem ſicut lanā: nebulam ſicut cinerem ſpargit: lauda ſion deū tuū
qui te niuea puritate in ſimilitudinem cādentis lane veſtit: qui poteſtates tibi aduerſari et nocēre vo-
6 lentes in modū difflati pulueris diſſipat et diffundit. Mittit cryſtallū ſuū ſicut buccellas: ante faciem
frigoꝛis eius quis ſuſtinebit? ꝓijcit induratos / glaciatos / nullo charitatis igne calentes quaſi cibos
7 faucibꝰ maligni apparatos: in cōſpectu odij eius quis ſubſiſtere poterit? Emittet verbū ſuū ⁊ lique
faciet ea: flabit ſpūs eius ⁊ fluēt aque. nemo ſane frigoꝛe induratus / dei odio dignus ⁊ a diuina cha-
ritate excīſus poterit ſtare / ſed miſericoꝛs dñs tranſmittet omnipotentē ſermonē ſuū / diuinum logon
meſſiam ſuū ⁊ emolliet īduratos ⁊ gelu charitatis defectu obſtrictos: ſpirabit paraclētus eius ⁊ que
8 obꝛiguerant / calefacte ſoluentur ſicutqꝫ fideles anime. Qui annunciat verbum ſuum iacob: iuſtitias
et iudicia ſua iſrael. lauda ſion deum tuum qui aperit et pꝛenunciat meſſiā ſuum ijs qui ſuppꝛimunt
9 vicia: iuſtificationes ſuas ⁊ legis ſue intelligētiam / eleuātibꝰ ad veritatis agnitionē ſtudia ſua. Nō
fecit taliter omni nationi: ⁊ iudiciā ſua nō manifeſtauit eis. nō ita verbū ſuum pꝛenūciauit omni gen-
ti: et decreta iuſtitie ſue non vt pijs et pio eum querentibus ſtudio reſerauit alijs.
ADUERTE. Hic pſalmus ī hebꝛæo ſupioꝛi annectit̄ ⁊ nō hꝫ numerū. Sexto verſu. mittit cry
ſtallū ſuū. cryſtallū hic nō pꝛo gēma / ſed ꝓ glacie eſt accipiēdū. ſic enī legit̄ ex hebꝛēo. pꝛoijcit glaciē
ſuā ſicut buccellas. quod ⁊ ex ꝓpꝛietate naturali cognoſcit̄ / cui (etſi in parabola hec dicant̄) alludit /
cū dicit. emittet verbum ſuum ⁊ liquefaciet ea. glaciei enim eſt liquefieri et in aquam fluere: non gē-

Ayuntamiento de Madrid

me.tametſi negare non velim: quin Cryſtalloides gemma fundi poſſit vt et alij lapides. quod ſatis exploꝛatum ijs eſt: qui ficticias gemmas et hyalina vaſa fingere noꝛunt. allucinatio tamen accidit: ꝙ Cryſtallus apud grecos homonymum eſt: nunc glaciem nunc gemmam ſignificans. et hoc in loco vocabulum grecum dimiſerunt. quod pꝛo gemma maxime intelligere latini conſueuerunt: quia ad aquam frigoꝛe cõſtrictam poſitum nomen habeant glaciem. verum interpꝛetes æque hic interpꝛetari debuerant cum latinum vocabulum non deeſſet: vt octauo verſu pſalmi 148 pꝛoxime ſequentis / vbi grece habetur πυρ χαλαζα χιωρ κρυσταλλοσ. et interpꝛetati ſunt: ignis / grando / nix / glacies. ꝙ ſi vt ſuperioꝛe loco vocabulum reliquiſſent nequaq̃ interpꝛetatum: æque dixiſſent ignis / grando / nix / cryſtallus. non tamen impendio negarim: vbicunq; in ſacris litteris cryſtallus legitur / glacies poni et interpꝛetari poſſe. De cryſtallo enim ita ex hiſtoꝛia legitur. ad myrrhine gemme creationem: humoꝛem putant ſub terra caloꝛe denſari. contraria huic cauſa cryſtallum facit / gelu vehementioꝛe concreto. nec alibi certe reperitur: q̃ vbi maxime hiberne niues rigent / glatiemq; eſſe certum eſt / vnde et nomen græci dedere. vides ne igitur ſiue diſſolubilis glacies / ſiue gemma ſit / et (vt ſic dicam) glacies indiſſolubilis: nos pꝛo cryſtallo poſſe glaciem dicere. ſed pꝛo vocabuli vnius ſignificatione: pluſculum foꝛte q̃ par ſit tempoꝛis inſumpſimus et opere.

## HALLELUIA. CXXXXVIII.

1 Laudate dñm de celis: laudate eũ in excellis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
3 Laudate eum ſol et luna: laudate eum omnes ſtelle ⁊ lumen.
4 Laudate eũ celi celoꝛum: ⁊ aque que ſuper celos ſunt laudent nomen domini.
5 Q2 ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mãdauit et creata ſũt.
6 Statuit ea in ſeculum et ĩ ſeculum ſeculi: pꝛeceptum poſuit et non pꝛeteribit.
7 Laudate dñm de terra: dꝛacones ⁊ omnes abyſſi.
8 Ignis grãdo nix glacies ſpiritus pꝛocellarum: que faciũt verbum eius.
9 Montes et omnes colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedꝛi.
10 Beſtie et vniuerſa pecoꝛa: ſerpẽtes ⁊ volucres pẽnate.
11 Reges terre et omnes populi: pꝛincipes et omnes iudices terre.
12 Iuuenes et virgines \ ſe-

## HALELU IA HALELUIA. CXXXXVIII.

Laudate dominũ de celis: laudate eum ĩ excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol ⁊ luna: laudate eum omnes ſtelle ⁊ lumen.
Laudate eũ celi celoꝛum: ⁊ aque que ſuper celos ſunt laudent nomen domini.
Q2 ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe mãdauit ⁊ creata ſunt.
Statuit ea in eternum ⁊ ĩ ſeculum ſeculi: pꝛeceptum poſuit et non pꝛeteribit.
Laudate dominũ de terra: dꝛacones et oẽs abyſſi.
Ignis grãdo nix glacies ſpiritus pꝛocellarum: que faciunt verbum eius.
Montes et omnes colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedꝛi.
Beſtie et vniuerſa pecoꝛa: ſerpẽtes ⁊ volucres pẽnate.
Reges terre et omnes populi: pꝛincipes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines \ ſe-

## HALELU IA HALELUIA. CXXXXVIIII.

Laudate dominũ de celis: laudate eum ĩ excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.
Laudate eum ſol ⁊ luna: laudate eum omnes ſtelle luminis.
Laudate eũ celi celoꝛũ: et aque que ſuper celos ſunt.
Laudent nomen domini quoniam ipſe mandauit et creata ſunt.
Statuit ea in eternũ et in ſeculum: pꝛeceptum dedit et non pꝛeteribit.
Laudate dominũ de terra: dꝛacones et oẽs abyſſi.
Ignis et grãdo \ nix ⁊ glacies \ ventus turbo: que facitis ſermonem eius.
Montes et omnes colles: lignum fructiferum et vniuerſe cedꝛi.
Beſtie et omnia iumenta: reptilia et aues volantes.
Reges terre et omnes populi pꝛĩcipes et vniuerſi iudices terre.
Iuuenes et virgines \ ſe-

Ayuntamiento de Madrid

GALL.

nes cum iunioribus laudēt
nomen domini: quia exal=
tatū eſt nomē eius ſolius.
13 Confeſſio eius ſuper celū
et terram: et exaltauit cor=
nu populi ſui.
14 Hymnus omnib⁹ ſanctis
eius: filijs iſrael populo ap
propinquanti ſibi.

ROM.

nes cum iunior ib⁹: laudēt
nomen domini.
Quia exaltatū eſt nomen
eius ſolius: cōfeſſio eius ſu
per celum et terram.
Et exaltauit cornu ppli
Hymnus omnibus (ſui.
ſanctis eius: filijs iſrael po
pulo appropinquanti ſibi.

HEB.

nes cum pueris: laudēt no=
men domini.
Quī ſublime nomen eius
ſolius: gloria eius in celo &
in terra.
Et exaltauit cornu popu=
li ſui\ laus omnibus ſāctis
eius: filijs iſrael populo ap
propinquanti ſibi.

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/ continuata laus a celeſtibus et terreſtribus. nam cū
cta hec laudant commendantꝗ deum: vt diligenter et per cuncta affabrefactum opus commendat ar
tificem ſuum. et cum intelligentia plana ſit: non cenſui circa litteram diutius eſſe immorandum.

EPOS pſalmi.

1 Laudate e cælis dominum: laudate eum in altis
2 Angelicæ turmæ omnes: virtuteſꝗ ſupernæ
3 Laudate et dominum ſol/ luna ꝛ lumen et aſtra
4 Cæli cælorum/ cælos ſupraꝗ locatæ
Sacræ vndæ laudent domini inſcrutabile verbum
5 Quo dicente fuit/ quo mandante omne creatum
6 Cuius et æterno iuſſu res quæꝗ manebunt
7 Cum cuncti dominum laudate dracones abyſſis
8 Ignis/ grando/ nix/ glacies et turbo procellas
Exagitans/ verbum æterni facientia regis
9 Montes cunqꝫ iugis/ cum fructiferis arbuſtis
Atqꝫ omnes cedri quibus eſt phœnicia diues
10 Beſtiæ ꝛ omne pecus/ ſerpens/ pennata volucris/
11 Reges terræ/ omnes populi/ proceresqꝫ/ ſenatuſqꝫ
12 Et iuuenes/ virgoꝗ/ ſeneſꝗ/ anniſꝗ puſilli
Collaudent nomen domini: nam ſolius ipſum
Eſt exaltatum domini ſuper omnia nomen
13 Cælum eius ſuper ꝛ terram confeſſio: cornu
Ipſe ſui rebus populi exaltauit ab imis.
14 Omnibus hymnidica laus ſanctis iſræle fideli
Progenitis/ dominoqꝫ fide populo appropianti.

ADUERTE. Quinto verſu. quoniam ipſe dicit et facta ſunt. hoc totum ipſe dicit et facta ſunt non habet Hieronymus ex hebræo. neqꝫ reuera aliud eſt ipſe mandauit et creata ſunt: ꝗ ipſe dixit et facta ſunt eſtqꝫ repetita ſententia. Sed interpretes conformius ad ſacram hiſtoriam adijcere maluerunt ipſe dixit et facta ſunt. ſic enim vbiqꝫ in principio geneſeos dicitur. dixit deus fiat lux: et facta eſt lux. dixit quoqꝫ deus fiat firmamentum in medio aquarum/ et diuidat aquas ab aquis: et factum eſt ita. dixit vero deus congregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnum ꝛ appareat arida: et factum eſt ita. vides igitur quo pacto vbiqꝫ habetur hic ꝛ frequenter alias/ dixit et factum eſt: ad cui⁹ imitationem interpretes eundem quidem ſenſum intelligentiamqꝫ capientes dixerunt ipſe dixit ꝛ facta ſunt. quare particula hec ipſe mandauit et creata ſunt apud eos adiecticia eſt/ et non admodum neceſſaria. et illud dixit et mandauit/ dictum et mādatum: legem in creatura dicit. quod ſequenti verſu innuitur cum dicitur: preceptum poſuit quod non preteribit. Sed quibuſnam preceptum poſuit niſi creaturis/ ꝛ illis quidem ſuperius expreſſis quibus dixit/ mandauitqꝫ vt eſſent? At arrhiani et eunomiani hic turpiter errant: qui hoc preceptum et legē datā filio putant/ ꝛ proinde illū mādāte inferiorem. ſi enī dicas ipſe pater mandauit filio/ ſiue vt grecus habet ενετειλατο id eſt ꝓcepit/ et adiungas ſequentis verſus/ ꝓceptū poſuit: vix diffugias cauillos Arrhij/ Eunomij/ ꝛ huiuſcemodi inſane turbe hoīm in Chriſtum dñm canina loquacitate debacchātium ſi vſpiā adhuc eſſet. ſed gratie victori ſupcelesti dño ꝛ ſuper oīa deo: qui hec letalia venena vbiqꝫ reſtrinxit ꝛ multicipitem multilinguēqꝫ hydrū̄ tenebroſa ī tartara merſit. ¶ Septimo verſu. dracones ꝛ omnes abyſſi: ſunt quidam (vt ſic dixerim) ſomniculatores qui legendū tracones volūt/ nouū ꝛ a ſibi ſimilib⁹ ſōniatū verbum: quo ſignificari volunt ſecretos cuniculos ſubterraneoſqꝫ meat⁹ quis ſubter fluitātia tacite labuntur

Ayuntamiento de Madrid

fluminā/aut quis ſpūs incluſus interdū terras quatit ⁊ valido vibratu nō ſemel oppida diruit et vr-
bes. ſed nō legerūt oēs tralatiōes habere dictionē dracones: quartā litterā nō vndeuiceſimā in fron
te gerentem. et ſeptuaginta grece habere Δρακοντεσ και πασαι αβυσσοι/dracones et omnes
abyſſi. nec p̄terea legerūt hieronymū ī expoſitione huius pſalmi aſſerētē nos hoc verſu legere poſſe
laudate dn̄m de terra cete ⁊ omnes abyſſi. ⁊ quod nos hic dicimus dracones: idem eſſe quod in prin
cipio geneſeos dictū eſt creauitqꝫ deus cete grādia. palam igitur eſt vanum omnino et ſomnio ſimile
eſſe/ putare hic legendū tracones per t. Sed dices quare igitur inuitat propheta/ de terra dracones/
et ante alias quidē creaturas laudare dn̄m: tū quia non ſunt de terra/ tum quia multa digniora ſunt/
que ⁊ potius ad laudationem erant inuitanda? Id forſitan cauillari volenti reſpōdiſſe ſatis erit. cum
dicitur ī principio creauit deus celum ⁊ terrā: per celū omnē ſpiritualē/ et celeſtē corporeā ſignificari
naturā/ ⁊ per terrā omnem ſubceleſtē. Itaqꝫ hoc in loco per terrā ſignificari omnē illam orā que in-
tra lunarē ambitū eſt: ⁊ idem eſſe cum dicit laudate dn̄m de terra acſi diceremus laudate dominum
de ſenſibili terrenaqꝫ ⁊ ſublunari plaga. At quam ob cauſam primo loco dracones/ ſiue vt vult Hie-
ronymus et hebræi cete: ex pricipio profecto geneſeos cognoſcitur. nā poſt celeſtia: primum creata
leguntur. fecitqꝫ deus (inquit) duo luminaria magna/ luminare maius vt preeſſet diei ⁊ luminare mi
nus vt preeſſet nocti/ ⁊ ſtellas: ⁊ poſuit eas in firmamento celi vt lucerent ſuper terram ⁊ preeſſent di
ei ac nocti/ ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. ⁊ vidit deus ꝙ eſſet bonum: ⁊ factū eſt veſpere et mane di
es quartus. dixit etiam deus producant aque reptile anime viuētis/ et volatile ſuper terrā ſub firma
mento celi: creauitqꝫ deus cete grandia. vides igitur poſt creationem ſolis ⁊ lune et ſtellarum: ſtatim
ſubiunctā expreſſamqꝫ creationē cetorum/ que noīe draconū hic intelliguntur. non mirū igitur ſi poſt
inuitationē celeſtium: continuo dracones/ id eſt cete grādia ilico poſt illa creata inuitat ad deū laudā
dū/ et vltimo loco homines vtpote qui ⁊ vltimo loco creati legūtur. ¶ Tertiodecimo verſu. cōfeſſio
eius ſuper celum ⁊ terrā: ex hebræo gloria eius in celo et in terra. hoc ferme canticum eſt: qđ Chriſto
dn̄o nato cecinerunt angeli/ gloria in excelſis deo ⁊ in terra pax hoībus bone voluntatis ſiue (vt gre-
cus habet) in hoībus bona voluntas. Quod vero ſubiungitur: ⁊ exaltauit cornu populi ſui. hoc cor-
nu populi exaltatum: intelligi volūt Chriſtū dn̄m/ quod ⁊ zacharias cornu ſalutis apud lucam ap-
pellat. vbi de Chriſto dn̄o nondum nato/ ſed virgineis adhuc viſceribus geſtato qui oīa portat/ ⁊ in
ſacris vteri anguſtijs clauſo qui includi non poteſt: ita prophetat. Et erexit cornu ſalutis nobis: in
domo dauid pueri ſui. ſicut locutus eſt per os ſanctorum qui a ſeculo ſunt: prophetarū eius. acſi pre
ſentis pſalmi paulo ante adductū oraculum ſpiritu ſancto monſtrante videret adimpletū. qđ vt ſep-
tuaginta reliquerunt: precinuerunt aggeus et zacharias barachie filius/ qui ab eterno prediffiniti ⁊
preelecti fuerāt aduētus Chriſti dn̄i dei noſtri/ regis noſtri ꝓphete/ precones/ ⁊ prænūcij. ¶ Quar-
todecimo verſu. hymnus oībus ſanctis eius/ ex hebræo laus oībus ſanctis eius. laus oībꝰ ſctis eiꝰ
nō qua laudentur/ ſed qua laudēt dn̄m eſt intelligendū. parū eni in laudibus regis intēdit: qui ī lau-
de militū occupatur. Ille nouit apprime laudare: ꝗ oēm laudē ſuam conuertit ad ſumme laudabile/
et cū extra ſe ⁊ ſupra ſe factus (etſi fecerit quod potuit) ſcit ſe non potuiſſe laudare quod eſt ſuperius
omni laude. quo pacto enī oculus laudē canat lucis infinite: quam nullo pacto in ſeipſa poteſt attin-
gere? et ſi attingit: cum alteritate attigit. quare laudat in alteritate. ⁊ hec eſt poſſibilitas creature: hu
ius clariore/ illius autē modo obſcuriore. verum hec laus/ ſiue inſenſibilis/ irrationaliſue nature cū
per veſtigia in ſummum ducit/ ſiue rationalis cum illa explicat aut perquirit/ ſiue ītellectualis cum
explicata in diuinitatis contactu vnit/ ⁊ vno mētis iactu (vt ſic dixerim) congregat ⁊ colligit: tāto om
ni alia laude eſt ſuperior/ quanto lucida ſubſtantia/ ea que tenebroſa eſt/ ⁊ immortalis mortali ſupe-
rior eminentiorqꝫ eſt. ergo ⊘ deus vnicum ⁊ verū ⁊ ſumme laudabile: ſic nos ad te laudandum con-
uerte/ vt nullum preter te ſuſpiciamus/ nullum admiremur/ nullum laudare aueamus/ eam ſolā ſcri
pturam eamqꝫ philoſophiam amemus: que ad te manuducit/ et docet monſtrat ac oſtendit te amare
ac laudare. et ea ſola ratiōe amemus: ꝙ ad te manuducit/ te monſtrat/ te oſtendit/ qui ſolus es inuiſi-
bilis et immortalis. Veſicas tumefactas vento laus tua diſplodat/ diſrumpat/ perfringat. neoteri-
ca quedam ad nichil vtilia/ niſi inanem ante imperitas aures/ inflantis ſcientie opinionem/ niſi ad va
niloquium/ de quo ratio nobis reddenda eſt/ et ad multiloquium cui peccatum iuxta ſapientem non
deeſt: confundat veritas tua/ vt ſit laus tua nota omnibus ſanctis tuis/ filijs contemplationis/ popu
lo appropinquanti tibi.

¶ HALLELU IA. CXXXXIX.

Cantate dn̄o canticū nouum: laus eius in

¶ HALLELU IA halleluia. CXXXXIX.

Cantate domino canticū nouum: laudatio

¶ HALLELU IA halleluia. CXXXXIX.

Cantate dn̄o cāticum nouū: laus eius ī con

**GALL.**

ecclesia sanctorum.
2 Letet israel ĩ eo qui fecit
eum: et filie sion exultent ĩ
rege suo.
3 Laudent nomen eius in
choro: in tympano et psalte-
rio psallant ei.
4 Quia bñplacitum est dño
in populo suo: et exaltabit
mansuetos in salute.
5 Exultabunt sancti in glo
ria: letabuntur in cubilibꝰ
suis.
6 Exultationes dei in gut-
ture eorum: ⁊ gladij ancipi
tes in manibus eorum.
7 Ad faciẽdam vindictam
in nationibus: increpatio-
nes in populis.
8 Ad alligãdos reges eorũ
in compedibus: et nobiles
eorum in manicis ferreis.
9 Ut faciãt in eis iudicium
conscriptum: gloria hec est
omnibus sanctis eius.

**ROM.**

eius in ecclesia sanctorum.
Letet israel ĩ eo qui fecit
ipsum: et filij sion exultent
super rege suo.
Laudate nomẽ eius ĩ cho
ro: in tympano et psalterio
psallant ei.
Quia bñplacitum est dño
in populo suo: et exultabũt
mansueti in salutem.
Exultabunt sancti in glo
ria: letabuntur ĩ cubilibus
suis.
Exultationes dei in fau-
cibus eorum: ⁊ gladij anci-
pites in manibus eorum.
Ad faciẽdam vindictam
in nationibus: increpatio-
nes in populis.
Ad alligãdos reges eorũ
in cõpedibus: et nobiles eo
rum in vinculis ferreis.
Ut faciant in eis iudiciũ
conscriptum: gloria hec est
omnibus sanctis eius.

**HEB.**

gregatione sanctorum.
Letetur israel in factore
suo: filij sion exultent in re
ge suo.
Laudent nomen eius in
choro: in tympano et in ci-
thara cantent ei.
Quia cõplacet sibi dñs in
populo suo: exaltabit man-
suetos in iesu.
Exultabunt sancti in glo
ria: laudabũt in cubilibus
suis.
Exultationes dei in gut-
ture eorum: et gladij anci-
pites in manibus eorum.
Ad faciẽdam vindictam
in gentibus: increpationes
in populis.
Ut alligent reges eorum
catenis: et inclitos eorum
in compedibus ferreis.
Ut faciãt in eis iudicium
conscriptum: decor est om-
nium sanctorum eius.

TITULUS. HALELU IA HALELU IA. Continuata laus ab ecclesia Christi/ ꝗ dominus et rex noster est/ et pater filiorum sion. littera psalmi satis conspicua.

EPOS psalmi.

1 Deinde noui carmẽ dño cantate: resultet
Omnis in illius sanctorum ecclesia laude.
2 Inqꝫ suo factore Israel letetur: et ipsæ
Matre Sion natæ exultent in rege superno.
3 Una eius nomen laudent/ et tympana pulsent
Et nec ad hymnidicas desint psalteria laudes.
4 Nam placitum est proprio in populo vniuersa regenti:
Inqꝫ salutari exaltabit mente benignos.
5 Et faciet sanctos pleno exultare decore:
Tunc letabuntur tacita præcordia mente
6 Tuncqꝫ dei laudes letanti fauce sonabunt:
Ancipites gladios manibus strictosqꝫ tenebunt
7 Ut faciant vindictam in gentibus/ vtqꝫ repræendant
Errantes populos quo deuia lata relinquant.
8 Utqꝫ ligent reges populorum et compede stringant:
Et proceres horũ vinclis opa ad bona cogant
9 Iudicium vt faciant quod sacra volumina tradunt:
Omnibus hec ingens est eius gloria sanctis.

ADUERTE. Secundo versu. ⁊ filie sion exultent in rege suo: ex hebraica et romana tralatione et græco/ ⁊ filij sion masculino genere και υιοι σιωρ. sed sensui nichil preiudicij id afferre videtur. ¶ Quinto versu. letabũtur in cubilibus suis: ex hebræo/ laudabũt in cubilibꝰ suis. ¶ Sexto versu. et gladij ancipites ĩ manibus eorũ. hos gladios ancipites ex vtraqꝫ parte/ dextra leuaqꝫ scindentes iurisdictionẽ pontificiã ⁊ cesareã/ spiritualẽ ⁊ temporalem intelligi volũt. de quibus in similitudine

Ayuntamiento de Madrid

apud lucam cum apoſtoli domino dicerent/domine ecce duo gladii hic: dominus reſpondit ſatis eſt. hi gladii æque amicos vt inimicos ſi oportet ferire debent/pauperes æque et æque diuites/ potentes æque et æque impotentes. alioqui ſi ſolos pauperes/impotentes et ignotos corriperent: diuites/potentes et noti licentia peccandi laxata ad iniuſtitias proruerẽt/neq; gladij hi vtraq; parte ſcindentes eſſent. verum ſi reges/ſi principes delinquunt ſiue rei ſacre/ſiue temporalis dominij: primũ illi gladijs illis arcendi ſunt/iuxta octaui verſus preceptum/ vt lex diuina nobis ſcripta impleatur. quia in recto vſu horum duorum gladiorum: conſiſtit gloria/perfectio et honor preſentis eccleſie. verum hic id eſt ſecularis gladius vindictam potius facit in populis: alter increpationes. hic reges et principes manicis ferreis arcet: ille compedibus et catenis/que ſunt anathemata ⁊ traditiones poteſtati ſathane/ vt dum temporaliter mulctantur non eternaliter pereant anime.

## ¶ HALELU IA. CL.

1 Laudate dñm in ſã-
ctis ei⁹: laudate eũ
in firmamento virtutis ei⁹
2 Laudate eum in virtuti-
bus eius: laudate eum ſecũ
dum multitudinẽ magni-
tudinis eius.
3 Laudate eum in ſono tu-
be: laudate eum ĩ pſalterio
et cythara.
4 Laudate eum in tympa-
no et choro: laudate eum in
chordis et organo.
5 Laudate eum in cymba-
lis beneſonantibus\lauda
te eum in cymbalis iubila-
tionis: omnis ſpiritus lau
det dominum.

## ¶ HALELU IA. CL.

Laudate deũ in ſan-
ctis ei⁹: laudate eũ
in firmamento virtutis ei⁹
Laudate eum in potenta
tibus eius: laudate eum ſe-
cundum multitudinẽ ma-
gnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tu-
be: laudate eum ĩ pſalterio
et cythara.
Laudate eum in tympa-
no et choro: laudate eum in
chordis et organo.
Laudate eum in cymba-
lis bene ſonantibus\lauda
te eum in cymbalis bene ti-
nientibus: omnis ſpiritus
laudet dominum.

## ¶ HALELU IA HALELU IA. CL.

Laudate dñm in ſã-
cto eius: laudate eũ
in fortitudine potentie ei⁹
Laudate eum in fortitu-
dinibus eius: laudate eum
iuxta multitudinẽ magni-
ficentie ſue.
Laudate eum in clango-
re buccine: laudate eum in
pſalterio et cithara.
Laudate eum ĩ tympano
et choro: laudate eũ in chor-
dis et organo.
Laudate eum in cymba-
lis ſonantibus \ laudate eũ
in cymbalis tinnientibus:
omne qđ ſpirat laudet do-
minum.

TITULUS. HALELU IA. Pſalmus/continuata laus ab eccleſia cæleſti ⁊ iam in ſua tranquillitate ſecura manente. ⁊ totus pſalmus ſecundum anagogen eſt intelligendus. littera aliquantulum exercitato contemplatori conſpicua.

¶ TEXOS pſalmi.

1 Laudate in ſanctis dominum: laudate potenti
Qui virtute ſua pro nutu concutit orbem.
2 Inq; dynaſtijs/ipſum laudate ſupremis:
Laudate vt ſua magnificentia ſumma meretur
3 Hunc tuba/cum deno hunc laudent pſaltẽria neruo
Cum cithara inſigni triados laudate trigona
4 Tympana cumq; choro/cumq; altis organa chordis
5 Dent pariter laudes. reſonantia cymbala pulchrẽ
Dent iubilos: omnis dominum ſpiratio laudet.

ADVERTE. Primo verſu. laudate dominũ in ſanctis eius: ex hebræo/in ſancto eius. in ſancto eius ĩ deo ⁊ agno ſedenti in throno/quem reuelata facie conſpiciunt beati. ¶ Eodem verſu. in firmamento virtutis eius: ex hebræo in fortitudine potentie eius. quia millia millium in illa cæleſti eccleſia audientur voce magna dicentia/dignus eſt agnus qui occiſus eſt/accipere virtutem et diuinitatẽ et ſapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem. ¶ Tertio verſu. laudate eum in ſono tube/laudate eum in pſaltẽrio et cithara. he tube/hec pſaltẽria/et he cithare/et que nominãtur ſequentia: ſpirituales laudes et harmonie ſpiritus ſunt cæleſteſq; concentus. quos nullus mortalis adhuc capere ſufficit ſenſus: de quibus Chriſto deoq; dilectus apoſtolus in ſpiritu. et audiui (inquit) vocem de cælo tanq̃ vocem aquarum multarum et tanq̃ vocem tonitrui magni. et vocem

Ayuntamiento de Madrid

quam audiui: ſicut citharedorum citharizantium in citharis ſuis. et beati qui in illa cæleſti ciuitate a deo electi digni erunt ipſum laudare: vbi dominus deus omnipotens templum illius eſt et agnus que non eget ſole et luna vt luceant in ea. nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna eius eſt agnus et videbunt faciem eius: et nomen eius in frontibus eorum. et nox vltra non erit: et non egebunt lumine lucerne neqꝫ lumine ſolis. quoniam dominus deus illuminabit illos: et regnabunt in ſecula ſeculorum. ad quam glorioſam viſionem nos perducere dignetur CHRISTUS dominus/ filius dei/ laus noſtra/ principium et finis pſalmodie noſtre/ qui eſt ſuperimmenſus et ſuperbenedictus in ſecula. cui inſuper ſit claritas/ benedictio/ honor/ poteſtas et gratiarum actio per immēſa ſeculorum ſecula. Amen.

Ayuntamiento de Madrid



QUia in ſuperiore triplici pſalmodia preſertim i gallica nõ pauca ãnotauim⁹ quæ directionis lima egere videbãt: ideo pſalteriũ vnũ cõciliauimus/ etſi non i omnibus i eis tamẽ locis q̃ id maxime expoſcere videbãtur. Citauim⁹ etiã interdũ vetuſtioris pſalterij teſtimoniũ quo vtebãtur anteq̃ ſacer Hieronymus et romanũ et gallicũ cũ exẽplaribus græcis cõferendo caſtigaſſet pſalteriũ. Operepreciũ igitur me facturũ exiſtimaui ſi hec duo pſalteria precedẽtibus ſubnecterẽ: vt op⁹ conſumatius emitteretur. ¶ Et ad cõciliatum nomina dei quibus propheta per ſpiritũ ſanctũ i hac tota pſalmodia laudat deũ: annexui. tũ q̄ frequẽter aliquorũ in annotationib⁹ meminimus: tũ q̄ nõ parua myſteria et tam noſtre religioni vtilia q̃ ſcitu digna/ cõtinere viderẽtur. Et nomĩa dei ad Marcellã ſcribẽs ſacer Hieronym⁹ decẽ enumerat. primũ EL. ſecundũ ELOHIM. tertiũ ELOHE. quartũ SEBAOTH. quintũ ELION. ſextũ apud hebræos endecagrãmaton. EHIHE ASER EHIHE. ſeptimũ ADONAI. octauũ IAH. nonũ Tetragrãmaton יהוה. decimũ SADAI. primũ iterpretat Hieronym⁹ fortẽ. ſcdm ꝛ tertium deũ. quartũ exercituũ. quintũ excelſũ. ſextum q̃ eſt miſit me. ſeptimum/ octauũ ꝛ nonũ dñm. decimũ robuſtum ꝛ omnipotentẽ. ꝛ his omnibus in pſalmis vtitur propheta: eo excepto quod ſexto loco poſitum eſt/ quo deus ad moſen vſus eſt in exodo. verum in pſalmis vtitur inſuper propheta his ꝓ nominibus dei Eloha/ Sur/ Abir. erũt igitur duodecim noĩa quib⁹ ægregius monẽte ſpiritu ſctõ pſaltes i diuina ſua hymnographia celebrat deũ. El. Elohim. Elohe. Eloha. Sebaoth. Eliõ. Adonai Iah. יהוה. Sadai. Sur. Abir. Et qñ et vbi his vtetur ex adiectis circa litteram facile intelligetur. ¶ Sed quæres quæ myſteria hec cõtinẽt? Maiora profecto q̃ noſtræ poteſtatis ſit enucleare. nitemur tamẽ pauca ediſſerere de magno noie dei יהוה. qđ rabi Moſes ãno a partu virginis/ anno ab apparitione Meſiah ſexto et milleſimo ſacris vndis ablut⁹/ dicit trinũ eſſe et vnum. nam ſi primũ et ſcdm elemẽtũ iũgas fit vnũ nomẽ dei יה. ſi ſcdm ꝛ tertiũ fit alter הו. Si tertiũ ꝛ quartum fit nomen dei וה. que tria noia ſimul vnũ ſũt nomẽ dei יהוה. eſt itaq̃ trinũ ꝛ vnũ. Qđ ſacramentũ eſſe dicit: vt hebræi vel ex eo noie quod maxime venerãtur ꝛ in quo maxima credũt latere ſecreta / deũ intelligerent trinũ pariter ꝛ vnum. ¶ Item hoc nomen nõ proferunt: ſed eius loco ſemper proferũt adonai. quod eodem authore plurale eſt: cuius ſingulare eſt adon. hoc igitur nomine vnũ deũ intelligentes/ pluraliter nominant: i myſterio proculdubio ineffabilẽ trinitatẽ venerantes. Et idem faciunt cũ Elohim Eloha dicunt/ id eſt dij deus: Elohim propter trinitatẽ et Eloha propter vnitatis ꝯfeſſionẽ ¶ Ceterũ magnum nomen dei tribus Ioth inſtar trigoni æquilateri iunctis/ hoc pacto ייי figurãt: quod ſignificat principiũ pricipiũ principiũ. ꝛ eſt illorũ trium Ioth per omnia equalitas. ꝛ quid hoc aliud: niſi deũ eſſe trinum principiũ/ ꝛ illius trinitatis ſummã eſſe æqualitatem/ ꝛ triadẽ omnium rerum cauſam eſſe principẽ? quæ vna eſt pleniſſima ꝛ perfectiſſima diuinitas principiũ mediũ et finis omniũ. ¶ Preterea cũ hoc nomen ſit ineffabile/ illi quaſi effabili hos ſpũs ſupponunt ſeua: ꝛ cames quæ reuera ad pronũciationẽ illi⁹ nominis nichil cõferunt (eſt eni ineffabile) ſed ſũt ſpiritus nominis Ieſua id eſt ſalutaris/ ſiue iheſuha proprij nois ſaluatoris noſtri vt nonnulli volũt. q̃uis hic non impendio cõtẽderim Ieſua quod nos Ieſus decim⁹ homonyme cõmune nomẽ eſſe ꝛ etiam proprium regis Meſiah poſtq̃ in terris viſus eſt ꝛ cum hominibus conuerſat⁹/ ꝛ nunc nomen eſſe ſupra omne nomen poſtq̃ verbo ꝛ filio dei incarnato ex volũtate patris appropriatũ eſt. quid igitur ſpiritus illi deſignare videntur: niſi Meſiah verbũ ꝛ ſpiritũ eſſe magni ꝛ arcani nois dei? ¶ Multa alia ſunt myſteria quæ me fugiũt: ꝛ vbi non fugerent breuitatis cauſa nichilominus reticenda. Et reuera qui profunde contẽplatur: lex noua ꝛ lex vetus/ lex noſtra ꝛ hebraica id ſolũ differre videntur quod clauſum et apertũ/ velatum et detectũ. reuelauit enim nobis Chriſtus IHESUS ſolus et verus Meſiach cum dixit apoſtolis: eũtes ergo docete oẽs gentes baptiſantes eos in nomine patris ꝛ filij et ſpũs ſancti. ergo ſoli baptiſati aut ad baptiſmi fidem inſtructi/ illuminati ſunt ad videndũ ꝛ credendũ (credere enim videre eſt) deum trinũ eſſe ſimul et vnũ/ ꝛ quid tetragrãmaton nomen trinum ꝛ vnũ quid adonai ꝛ Elohim pluralia/ quid El/ Eloha/ Elohe ꝛ id genus ſingularia aperto myſterio ſignificent. Quapropter nõ abre noſtri deo pleni ſcti patres in ipſa primitiua eccleſia/ in portis filiæ ſion baptiſmum ſacramentum illuminationum appellauerunt et baptiſatos illuminatos. acceperunt eni illuminationẽ/ mundo terreſtribus celeſtibuſq̃ omnibus ſuperiorẽ. Et beati illi: modo ſuper eximiæ lucis ſibi oſtenſæ inoffenſo calle iugiter viam ſequantur. ¶ Sed hic quæres nomẽ IESUS quo in pſalmis tantopere Chriſtũ vt ſalutarẽ ꝛ ſaluatorẽ ꝓpheta celebrat aſpiratũ ne ſit an ſecus? Mine eſt aſpiratũ. verũ reſpõdet vocabulo qđ græci abſq̃ vlla aſpiratione ſcribunt ιησουσ id eſt Ieſus. ꝛ hoc nomen in ſe nõ claudit tetragrãmaton: et ſi vt dictũ eſt magni illius nois ſpirit⁹ claudit. Uerum proprium illud nomen iuxta vetuſtã latinorum conſuetudinem frequẽti⁹ aſpiro: et tunc nomen intelligo quod totum in ſe claudit tetragrãmaton. vt ex libro de verbo mirifico amplius intelligi po-

Decem nomina dei.
1 El
2 Elohim
3 Elohe
4 Sebaoth
5 Elion
6 Ehihe
Aſer
Ehihe
7 Adonai
8 Iah
6 ה
10 Sadai

Nomina dei quibus vtit ꝓpheta in pſalmis.
1 El
2 Elohim
3 Elohe
4 Eloha
5 Sebaoth
6 Elion
7 Adonai
8 Iah
9 ה
10 Sadai
11 Sur
12 Abir

teſt: vtqꝫ ſæpe alias ĩ annotationibus dictum eſt. Jeſus tamen vt nõ eſt aſpiratum reciperent iudæi nomen eſſe ſaluatoris noſtri/cuius elemẽta ſũt Joth/Sin/Uau/Ain: alterũ autẽ Joth He Sin Uau He repudiarent quaſi fictitiũ et a nobis curioſe cõmentatum. ⁊ ſiue hoc ſiue illud: nomen auguſtum eſt ⁊ venerandum. ſed de his ſatis. ¶ Cum igitur יהוה. aut יי inter pſallẽdũ aſpexeris: ad magnũ dei nomen quod trinum eſt pariter ⁊ vnum reuerenter te inclina: ⁊ multo magis ad ipſum deum trinum ⁊ vnum ineffabilem ⁊ incõprehenſibilem qui per illud ſignificat̃/ totã vim mentis tuæ attolle. Similiter cum Elohim aut Adonai videris: cogita quod ſancta fides te docet/deus pater/deꝰ filiꝰ/ deus ſpiritus ſanctus/dominus pr̃/dominus filius/dominus ſpiritꝰ ſanctus ⁊ tamẽ nõ tres dij aut domini/ſed vnus deus et dominus. et in animo frequenter ſubeat benedicamus patrem et filium cũ ſancto ſpiritu. Cum El: lauda eius inſuperabilẽ fortitudinẽ. Cum Elohe aut Eloha: lauda oĩa ſupgredientem vnitatem. Cum ſebaoth: cæleſtium agminum exercitus regentem. Cum Elion: omnibꝰ ſupereminentem et ab omnibus ſecretum. Cum Jah: dominatorem omniũ. Cum Sadai: omnipotẽtem et (vt cui nichil reſiſtere poteſt) omnia que vult ⁊ quomodo vult exequentem. Cũ Sur: lauda eũ vt omnia tutantem ⁊ ſaluantẽ. Cum Abir: Ut rerũ oĩm primatẽ et vniuerſorũ auguſtiſſimũ principẽ nam horum duorum quæ nouiſſime poſita ſunt/nominum: primum id eſt Sur/robur ⁊ tutamẽtũ ſignificat. ſed q̃ varie nunc Hieronymus nunc interpretes vertãt: ſuis in locis patebit. ⁊ ſecũdũ id eſt Abir: primatẽ fortem et ſtrenuum ſignificare volũt. ¶ His apponẽtur duo nomina Chriſti Jeſua et Meſiah. Cũ igit̃ Jeſua id eſt ſalutaris ſe oculis tuis ingeſſerit: eum lauda a quo oĩs ſalus vniuerſo mundo allata eſt Si Meſiah qui interpretat̃ vnctus: eũ a quo oĩs ſãctificatio ⁊ gratia nobis ĩdulta eſt. ⁊ de plenitudine inquit eius nos oẽs accepimꝰ. Si forte videris Jeſuoth id eſt ſalutares: aſſurge ad laudandũ patrem/filium ⁊ ſpiritum ſanctum noſtræ ſalutis authores/ vnus et idem omnipotens ſalutare: ⁊ pro virili tua ĩmo ſupra vires ꝓ tã mirifica benignitate effunde ei ꝓcordia et gratias age. ¶ Si etiã Selah ſe obtulerit ſpectandũ: toties mente iubila agnoſcens deum laude et ſermone incõprehenſibilẽ: ⁊ in ſilẽtio mentis tantiſper incognoſcibilẽ venerare. mox nomina innominabilis ⁊ laudes excellenter omnem laudẽ diffugiẽtis reſume: et nitere eum nominare ⁊ laudare: quẽ a quoqꝫ mortali noĩari ⁊ laudari eſt impoſſibile. ¶ Nec te lateat velim hec duo pſalteria per verſꝰ eſſe repreſentata ſecũdũ quod diſtinctio requirit/ vt maiores noſtri facere cõſueuere: qui ĩſup ob reuerẽtiã nomina hec dominus/deus/ſalutare/Chriſtus: maiuſculis litteris per vniuerſã pſalmographiã repræſentabant/auro aut nobili aliquo ſuperinducto colore. nos modo conſimili noĩa illa maiuſculis litteris expreſſimus: ⁊ vbicũqꝫ ĩ hebræo magnũ dei nomen occurrit pro quo conuerſum habemus dominus: annotauimus/ q̃ aurum/ſynopida/purpuriſſum aut aliorum colorum e nobilioribus aliquem ſuperinducere nõ poſſemus. ¶ Intueberis etiam nõnũqꝫ aſteriſcum id eſt ſtellulã hoc pacto ✻: tũc cognoſce e regione locũ eſſe conciliatum. Ubi obelum id eſt veru ſic ▬ aſpexeris: vſqꝫ ad duo talia puncta .. quicquid interceptũ eſt intellige/ex hebræo haberi ſuperfluum: quod maxime hic obſeruauimus in nominibus dei ſuperfluo adiectis. ¶ Id te præterea nõ lateat adiecta argumenta ex intelligẽtia ſpiritus litteræ expoſitiõis præcedẽtiũ pſalteriorum deſumpta. ⁊ quia in illis ad integrũ tituli pſalmoꝝ appoſiti ſunt: ſatis hic viſũ eſt ſi paucis cui diuinus pſalmus aſcribitur ãnotaremus. ¶ Et vt nomina dei et eorum ſignificationes facilius hereant menti: ſubiecta formula notetur.

¶ Nomina dei ad Marcellam.

Et aduerte in exẽplaribus Hieronymi quartũ in prima et ſcđa ſyllaba vocali a ſcribi et ſextũ et octauum lenibꝰ dẽptis aſpirationibus vt inferius patet.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | El | Deus/fortis |
| 2 | Elohim | Deus. |
| 3 | Elohe | Deus. |
| 4 | Sabaoth | Exercituũ. |
| 5 | Elion | Excelſus. |
| 6 | Aſereie | qui eſt miſit me |
| 7 | Adonai | Dominus. |
| 8 | Ja | Dominus. |
| 9 | יהוה | Unus et trinus |
| 10 | Sadai | Robuſtus. |

Nomina dei ex pſalmis.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | El | Deus. |
| 2 | Elohim | Deus. |
| 3 | Elohe | Deus. |
| 4 | Eloha | Deus. |
| 5 | Sebaoth. | Uirtutum. |
| 6 | Elion | Altiſſimus. |
| 7 | Adonai | Dominus |
| 8 | Jah | Dominus. |
| 9 | יי | Dominus. |
| 10 | Sadai | Omnipotens |
| 11 | Sur. | Deus. |
| 12 | Abir | Deus. |
| 13 | Jeſu | Salutaris |
| 14 | Jeſuoth | Salutares. |
| 15 | Meſiah | Chriſtus. |

¶ Hec pro preinſtructione. Nunc ad litteram labor noſter conuertendus.

Ayuntamiento de Madrid

1 BEatus vir q̃ nõ abijt in cõſilio impioꝝ:
et in via peccatorum non ſtetit:
et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.
2 Sed in lege dñi fuit voluntas eius:
et in lege eius meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tanq̃ lignũ qđ plãtatũ eſt ſcđꝫ decurſꝰ aq̃ꝝ:
quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.
4 Et folium eius non decidet:
et omnia quæcunq̃ fecerit proſperabuntur.
5 Non ſic impij non ſic:
ſed tanq̃ puluis quẽ proijcit ventus a facie terræ.
6 Ideo non reſurgunt impij in iudicio:
neq̃ peccatores in conſilio iuſtorum.
7 Quoniam nouit dominus viam iuſtorum:
iter autem impiorum peribit.

BEatus vir qui nõ abijt in cõſilio impioꝝ:
et in via peccatorum non ſtetit: Tetragrammaton.
et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.
Sed in lege DOMINI voluntas eius: יהוה
et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̃ lignũ qđ plãtatũ eſt ſecꝰ decurſꝰ aq̃ꝝ:
quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.
Et folium eius non defluet:
et omnia quæcunq̃ faciet proſperabuntur.
Non ſic impij non ſic:
ſed tanq̃ puluis quẽ proijcit ventus a facie terræ.
Ideo non reſurgunt impij in iudicio: Tetragrammaton.
neq̃ peccatores in conſilio iuſtorum.
Quoniam nouit DOMINUS viam iuſtoꝝ: יי
et iter impiorum peribit.

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ de ↄcilijs ĩ Chriſtũ dñm/ diuiſa eiꝰ gñatiõe/ regno ꝛ eiꝰ hereditate ¶ Conciliatus verſu. 12. vbi aduerte/ poſtq̃ dictum eſt dominus dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu/ ego hodie genui te/ poſtula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam/ et poſſeſſionem tuam terminos terræ: q̃apte ſubnectitur ad gentes oſculamini filium nequando et iraſcatur/ et pereatis de via.

¶ Pſalmus dauid. ij.
1 VT quid fremuerunt gentes:
et populi meditati ſunt inania.
2 Aſtiterũt reges terre ꝛ pricipes cõuenerũt in vnũ:
aduerſus dominum et aduerſus chriſtum eius.
3 Dirumpamus vincula eorum:
et abijciamus a nobis iugum ipſorum.
4 Qui habitat in cælis irridebit eos:
5 et dominus ſubſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua:
6 et in furore ſuo conturbabit eos.
Ego aũt ↄſtitutꝰ ſũ rex ab eo ſup ſiõ mõtẽ ſcm̃ eiꝰ:
7 prædicans præceptum ipſius.
Dominus dixit ad me filius meus es tu:
8 ego hodie genui te.
Poſtula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã:
9 et poſſeſſionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea:
10 et tanq̃ vas figuli conteres eos.
Et nunc reges intelligite:
11 et erudimini qui iudicatis terram
Seruite domino in timore:
12 et exultate ei cum tremore.
Apphẽdite diſciplinã nequãdo iraſcatur dñs: *
13 et pereatis de via iuſta.
Cum exarſerit in breui ira eius:
beati omnes qui confidunt in eo.

¶ Pſalmus dauidi. ij.
QVare fremuerunt gentes.
et populi meditati ſunt inania.
Aſtiterũt reges terræ ꝛ pncipes ↄuenerũt in vnũ:
aduerſꝰ DOMINũ ꝛ aduerſꝰ CHRISTũ eius יי Meſiach.
Dirumpamus vincula eorum:
et proijciamus a nobis iugum ipſorum.
Qui habitat in cælis irridebit eos:
et DOMINUS ſubſannabit eos. Adonai.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua:
et in furore ſuo conturbabit eos.
Ego aũt ↄſtitutꝰ ſũ rex ab eo ſup ſiõ mõtẽ ſctm̃ eiꝰ:
prædicans præceptum eius.
DOMINUS dixit ad me filius meus es tu: יי
ego hodie genui te.
Poſtula a me et dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã:
et poſſeſſionem tuam terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea:
et tanq̃ vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis terram.
Seruite DOMINO in timore: יי
et exultate ei cum tremore.
Oſculamini filiũ neq̃ñ iraſcat̃ DOMINUS:
et pereatis de via iuſta.
Cum exarſerit in breui ira eius:
beati omnes qui confidunt in eo.

ARGUMENTUM. Pſalmus de Chriſti dñi perſecutione/ exauditione/ dormitione/ reſurrectione/ vltione hoſtium et benedictione fidelium. Et ne mireris hic et in ſequentibus ſi tetragrammaton/ Adonai Elohim nomina pluralitatem ſignantia nunc patri/ nunc filio tribuantur. hoc diuinarũ perſonarum immanentiam et inſeparabilitatem deſignat. Et cum Chriſtus ſecundum diſpenſationẽ carnis orat: non modo patrem ſed et diuinum verbum/ et ſpiritum ſanctum orat. nam deum orat. nõ eſt autem ſine verbo et paracleto deus vt neq̃ ſine paterna fœcunditate deus.

¶ Pſalmus Dauid iij.
1 DOmine q̃d multiplicati ſũt q̃ tribulãt me:
2 multi inſurgunt ſuper me.
Multi dicunt animæ meæ:

¶ Pſalmus Dauidi. iij.
DOMine q̃d mltiplicati ſt̃ q̃ tribulãt me: יי
multi inſurgunt aduerſum me.
Multi dicunt animæ meæ:



Ayuntamiento de Madrid

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| Elohim | non eſt ſalus ipſi in DEO eius. | non eſt ſalus illi in deo eius. | |
| ¶ | Tu autem DOMINE ſuſceptor meus es: | Tu autem domine ſuſceptor meus es: | 3 |
| | gloria mea et exaltans caput meum. | gloria mea et exaltans caput meum. | |
| ¶ | Voce mea ad DOMINUM clamaui: | Voce mea ad dominum clamaui: | 4 |
| | et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Selah | et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. | |
| | Ego dormiui et ſoporatus ſum et exurrexi: | Ego dormiui et ſomnum cæpi et exurrexi: | 5 |
| ¶ | quia DOMINUS ſuſcepit me. | quoniam dominus ſuſcepit me. | |
| | Non timebo milia populi circundantis me: | Non timebo milia populi circundantis me: | 6 |
| ¶ | exurge DOMINE ſaluū me fac DEus meꝰ. | exurge dn̄e ſaluum me fac deus meus. | |
| Eloha. | Q̄m tu ꝑcuſſiſti oēs aduerſātes michi ſine cauſa: | Q̄m tu ꝑcuſſiſti oēs aduerſātes mihi ſine cauſa: | 7 |
| | dentes peccatorum contriuiſti. | dentes peccatorum contriuiſti. | |
| ¶ | DOMINI eſt ſalus: | Domini eſt ſalus: | 8 |
| | et ſuper populum tuum benedictio tua. Selah | et ſuper populum tuum benedictio tua. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus de vocatione gentium reiecta idolorum vanitate/ mirifica legis Chriſti introductione/ illuminatione gentium/ ⁊ augmentatione eccleſiæ/ a communione libaminis ſacroſanctæ panis et vini euchariſtiæ. ¶ Conciliatus ex annotationibus verſu p̄rio octauo ⁊ decio

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus Dauid. iiij. | ¶ Pſalmus Dauidi. iiij. | |
| Elohe. | Cū inuocarē exaudiſti m̄ DEꝰ iuſtitiæ meę * | Cū inuocarē exaudiuit me deꝰ iuſtitie meę: | 1 |
| | in tribulatione dilataſti michi. | in tribulatione dilataſti michi. | |
| | Miſerere mei: | Miſerere mei: | 2 |
| | et exaudi orationem meam. | et exaudi orationem meam. | |
| | Filij hominum vſquequo graui corde: | Filij hominum vſquequo graues corde: | 3 |
| | vt q̄d diligitis vanitatē ⁊ q̄rit̄ mēdaciū? Selah | vt q̄d diligitis vanitatē ⁊ quæritis mēdacium? | |
| ¶ | Et ſcitote q̄m mirificauit DOMinus ſāctū ſuū: | Et ſcitote q̄m admirabilē fecit dn̄s ſanctū ſuum: | 4 |
| ¶ | DOMInus exaudiet me cū clamauero ad eū. | dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. | |
| | Iraſcimini et nolite peccare: | Iraſcimini et nolite peccare: | 5 |
| | q̄ dicit̄ ī cordibꝰ v̄ris ⁊ ī cubilibꝰ v̄ris ꝯpūgimi | q̄ dicit̄ ī cordibꝰ v̄ris ⁊ ī cubilibꝰ v̄ris ꝯpūgimi | |
| ¶ | Sacrificate ſacrificiū iuſtitię ⁊ ſꝑate ī DOMino: | Sacrificate ſacrificiū iuſtitiæ ⁊ ſperate in dn̄o: | 6 |
| | multi dicunt quis oſtendit nobis bona? | multi dicunt quis oſtendit nobis bona? | |
| ¶ | Signatū eſt ſuꝑ nos lumē vultꝰ tui DOMINE | Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui domine: | 7 |
| | dediſti lætitiam in corde meo. | dediſti letitiam in cor meum. | |
| | A fructu frumenti et vini ſui: * | A tempore frumenti vini ⁊ olei ſui: | 8 |
| | multiplicati ſunt. | multiplicati ſunt. | |
| | In pace in idipſum dormiam: | In pace in idipſum dormiam: | 9 |
| | et requieſcam. | et ſomnum capiam. | |
| ¶ | Quoniam tu DOMINE ſingulariter in ſpe: * | Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: | 10 |
| | habitare feciſti me. | habitare feciſti me. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus/ oratio fidelium pro directione et glorificatione ſpiritualium et correctione carnalium hominum. ¶ Conciliatus verſu nono.

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus Dauidi. v. | ¶ Pſalmus Dauid. v. | |
| ¶ | Verba mea auribꝫ ꝑcipe DOMINE: | Verba mea exaudi domine: | 1 |
| | intellige clamorem meum. | intellige clamorem meum. | |
| | Intende voci orationis meæ: | Intende voci obſecrationis meæ: | 2 |
| Elohe. | rex meus et DEUS meus. | rex meus et deus meus. | |
| ¶ | Quoniam ad te orabo DOMINE: | Quoniam ad te orabo domine: | 3 |
| | mane exaudies vocem meam. | mane exaudies vocem meam. | |
| | Mane aſtabo tibi ⁊ videbo: | Mane aſtabo tibi et videbo: | 4 |
| El. | quoniam non DEUS volēs iniquitatē tu es. | quoniam nō deus volens iniquitatem tu es. | |
| | Neq̄ habitabit iuxta te malignus: | Non habitabit iuxta te malignus: | 5 |
| | neq̄ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. | neq̄ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. | |
| | O diſti omnes qui operantur iniquitatem: | O diſti dn̄e omnes qui operantur iniquitatem: | 6 |
| | perdes omnes qui loquuntur mendacium. | perdes omnes qui loquuntur mendacium. | |
| ¶ | Viꝝ ſāguinū ⁊ doloſū aboīabit DOMINUS | Virū ſanguinū et doloſū abominabitur dn̄s: | 7 |
| | ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ. | ego autem in multitudine miſerationis tuæ. | 8 |
| | Introibo in domum tuam: | Introibo in domum tuam: | |
| | adorabo ad templū ſanctū tuum ī timore tuo. | adorabo ad templū ſanctū tuū in timore tuo. | |

Ayuntamiento de Madrid

9 Dñe deduc me ĩ tua iuſtitia ꝓpꝛ ĩimicos meos:
dirige in cõſpectu tuo iter meũ.
10 Quoniam non eſt in oꝛe eoꝛum veritas:
coꝛ eoꝛum vanum eſt.
11 Sepulcrum patens eſt guttur eoꝛũ:
linguis ſuis doloſe agebãt: iudica illos deus.
12 Decidant a cogitationibus ſuis
ſecũdũ multitudinẽ ĩpietatũ eoꝛũ expelle eos.
quoniam inamaricauerunt te dñe.
13 Et letentur omnes qui ſperant in te:
in æternum exultabunt et habitabis in eis.
14 Et gloꝛiabuntur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ:
quoniam tu benedices iuſto.
15 Domine vt ſcuto bone voluntatis tue:
coꝛonaſti nos.

DOmĩe deduc m̃ ĩ iuſtitia tua pͫ ĩimicos meos
* dirige in cõſpectu meo viã tuã.
Quoniã non eſt in oꝛe eoꝛũ veritas:
coꝛ eoꝛũ vanũ eſt.
Sepulcrum patens eſt guttur eoꝛũ:
linguis doloſe agebant: iudica illos DEUS. Elohim
Decidant a cogitationibus ſuis/
ſecũdũ multitudinẽ impietatũ eoꝝ expelle eos
qm̃ irritauerunt te — domine.
Et letentur omnes qui ſperant in te:
in æternum exultabunt et habitabis in eis.
Et gloꝛiabuntur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ.
quoniam tu benedices iuſto.
DOMINE vt ſcuto bone voluntatis tue:
coꝛonaſti nos.

ARGUMENTUM. Pſalmus de Chꝛiſti domini oblata pꝛo membꝛis ſuis deo penitentia/ eiꝰ exauditione/ et confuſione inimicoꝛum eius. ¶ Conciliatus verſu decimo.

¶ Pſalmus Dauid. vi.

1 DOmine ne in ira tua arguas me:
nec in furoꝛe tuo coꝛripias me.
2 Miſerere miſerere mei dñe qm̃ ĩfirmꝰ ſũ:
ſana me dñe qm̃ conturbata ſunt oſſa mea.
3 Et anima mea turbata eſt valde:
et tu domine vſquequo?
4 Conuertere domine et erue animam meam:
ſaluum me fac pꝛopter miſericoꝛdiam tuam.
5 Quoniam non eſt in moꝛte qui memoꝛ ſit tui:
in inferno quis confitebitur tibi?
6 Laboꝛaui in gemitu meo:
lauabo per ſingulas noctes lectum meum:
in lachꝛimis meis ſtratum meum rigabo.
7 Turbatus eſt ab ira oculus meus:
inueteraui in omnibus inimicis meis.
8 Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatem:
quoniam exaudiuit dominus vocẽ fletus mei.
9 Exaudiuit dominus depꝛecationem meam:
dominus oꝛationem meam ſuſcepit.
10 Erubeſcant et conturbentur oẽs inimici mei:
conuertantur et confũdantur valde velociter. *

¶ Pſalmus dauidi. vi.

DOMINE ne in furoꝛe tuo arguas me:
neq; in ira tua coꝛripias me.
Miſerere mei DOMine qm̃ ĩfirmꝰ ſum
ſana me DOMine qm̃ ꝯturbata ſũt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde:
ſed tu DOMINE vſquequo?
Conuertere DOMINE et eripe animã meã:
ſaluum me fac pꝛopter miſericoꝛdiam tuam.
Quoniam non eſt in moꝛte qui memoꝛ ſit tui:
in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboꝛaui in gemitu meo:
lauabo per ſingulas noctes lectum meum.
lachꝛimis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furoꝛe oculus meus:
inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatem:
qm̃ exaudiuit DOMINUS vocẽ fletꝰ mei.
Exaudiuit DOMINUS depꝛecationẽ meã.
DOMINUS oꝛationem meam ſuſcepit.
Erubeſcãt ⁊ ꝯturbentur vehemẽt oẽs inimici mei:
auertantur et erubeſcant valde velociter.

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ/ hũana depcatio. ¶ Cõciliatꝰ verſu octauo/ decio ⁊ vndecimo.

¶ Pſalmus Dauid. vij.

1 DOmine deus meus in te ſperaui:
ſaluũ m̃ fac ex oĩbꝰ pſeq̃ntibꝰ me ⁊ erue me
2 Ne quando rapiat vt leo animam meam
dũ non eſt qui redimat neq; qui ſaluũ faciat.
3 Domine deus meus ſi feci iſtud:
ſi eſt iniquitas in manibus meis
4 Si reddidi retribuentibus michi mala:
decidã ergo ab inimicis meis inanis.
5 Perſequatur ergo inimicus animã meã:
et cõpꝛæhẽdat ⁊ cõculcet in terram vitam meã:
et gloꝛiã meã in puluerem deducat.
6 Exurge domine in ira tua:
et exaltare in finibus inimicoꝛũ meoꝛũ.
7 Et exurge dñe deꝰ meꝰ in pꝛæcepto qd mãdaſti:
et cõgregatio populoꝛum circundabit te.

¶ Pſalmus dauidi. vij.

DOMINE DEUS meꝰ in te ſperaui: Eloha
ſaluũ m̃ fac ex oĩbꝰ pſeq̃ntibꝰ m̃ ⁊ libera m̃
Ne quando rapiat vt leo aĩam meam:
dũ nõ eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat.
DOMINE DEUS meus ſi feci iſtud: Eloha
ſi eſt iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus michi mala:
decidã merito ab inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus aĩam meã:
et cõpꝛæhẽdat ⁊ cõculcet in terra vitam meam
et gloꝛiã meam in puluerẽ deducat.
Exurge DOMINE in ira tua:
et exaltare in finibus inimicoꝛum meoꝛum.
Et exurge — dñe deꝰ meꝰ ĩ pͤcepto qd mãdaſti: et ſynagoga populoꝛũ circundabit te.



Ayuntamiento de Madrid

**CONCIL.**

Et propter hanc in altū regredere:
DOMINVS iudicabit populos.
Iudica me DOMINE ſcd'm iuſtitiam meā:
et ſecundū innocentiā meā ſuper me.
Conſumet̄ nequitia peccatorū et diriges iuſtū:
Elohim ſcrutans corda et renes DEVS iuſtus
Elohim. Adiutoriū meū a DOMINO:
qui ſaluos facit rectos corde.
Elohim. DEVS iudex iuſtus fortis et patiens:
nunquid iraſcitur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit:
arcū ſuū tetendit et parauit illū.
Et in eo parauit vaſa mortis:
ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniuſtitiā et concepit dolorem:
et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum:
et incidit in foueam quā fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius:
et in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet.
Confitebor DOMINO ſcd'm iuſtitiam eius:
Elion. et pſallā noī DOMINI ALTISSIMI

**VET.**

Et propter hanc in altum regredere: 8
* dominus iudicat populos.
Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam: 9
et ſecundū innocentiā meā ſuper me.
Conſumet̄ aūt nequitia pctōꝝ et dirige iuſtum: 10
* ſcrutans corda et renes deus.
* Iuſtum auxilium meum a domino: 11
qui ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis et longanimis 12
non iram adducens per ſingulos dies.
Niſi conuertimini gladium ſuum vibrabit: 13
arcū ſuū tetendit et parauit illum.
Et in ipſo parauit vaſa mortis: 14
ſagittas ſuas ardentibus operatus eſt.
Ecce parturiuit iniuſtitiā/concepit dolorē: 15
et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit illum: 16
incidet in foueam quam fecit.
Conuertetur labor eius in caput eius: 17
et iniquitas eius in verticē eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: 18
et pſallam nomini domini altiſſimi.

ARGVMENTVM. Pſalmꝰ de aſcēſiōe dn̄i/laude ei facta a pueris hebræoꝝ/inanitiōe eiꝰ rōe aſſūpte humanæ infirmitatis/gloꝛificatiōe et poteſtate ei ſup oīa a prē data. ¶ Cōcilatꝰ vſu ſexto.

**CONCIL.**

¶ Pſalmus Dauidi. viij.

Adon. DOMINE DOMINVS noſter:
q̄ admirabile eſt nomē tuū i vniuerſa tra.
Quoniā eleuata eſt magnificentia tua:
ſuper cælos.
Ex ore infantiū et lactentiū perfeciſti laudem:
propter inimicos tuos:
vt deſtruas inimicum et vltorem.
Quoniā videbo cælos tuos opa digitorū tuoꝝ:
lunam et ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo q̄ memor es eius:
aut filius hominis quoniam viſitas eum?
Elohim. Minuiſti eū paulominus a DEO:
gloria et honore coronaſti eum:
et conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius:
oues et boues vniuerſas: inſup et pecora cāpi.
Volucres cæli et piſces maris:
qui perambulant ſemitas maris.
Adon. DOMINE DOMINVS noſter:
q̄ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra.

**VET.**

¶ Pſalmus Dauid. viij.

Domine dominus noſter: 1
q̄ admirabile ē nomē tuū i vniuerſa tra
Quoniam eleuata ē magnificētia tua: 2
ſuper cælos.
Ex ore infantium et lactentiū perfeciſti laudē: 3
propter inimicos tuos:
vt deſtruas inimicum et defenſorem.
Quoniā videbo cælos opera digitorum tuorū. 4
lunam et ſtellas quas tu fundaſti.
Quid eſt homo quia memor es eius: 5
aut filius hominis quoniam tu viſitas eum?
* Minuiſti eum paulominus ab angelis: 6
gloria et honore coronaſti eum:
et conſtituiſti eū ſuper oīa opera manuū tuarū.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: 7
oues et boues vniuerſas: inſup et pecora cāpi.
Volucres cæli et piſces maris: 8
qui perambulant ſemitas maris.
Domine dominus noſter: 9
q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra.

ARGVMENTVM. Pſalmꝰ/gratiaꝝ actio de bn̄ficijs a Chriſto dn̄o datis/de iudicio et condemnatione principis tenebrarū et complicum eius/abolitione nominis gentiū/Chriſtianiſſimi nomine ſuſcepto/perſecutionibus eccleſie aduerſariorum tyrannide/et tandem pauperum afflictorum et imitatorū Chriſti exauditione. ¶ Concilatꝰ verſu tertio/viceſimotertio/viceſimonono/triceſimo/triceſiſecūdo/triceſimotertio/et quadrageſimoſecundo. ¶ Aduerte. partim preter id quod in annotationibꝰ poſitū eſt et partē ex annotationibꝰ 32 verſū ad tranſlationem hebraicā adaptatum eſſe.

**CONCIL.**

¶ Pſalmus Dauidi. ix.

CONfitebor tibi DOMINE i toto corde meo
narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor et exultabo in te:
Elion. pſallam nomini tuo ALTISSIME.

**VET.**

¶ Pſalmus dauid. ix.

COnfitebor tibi dn̄e in toto corde meo: 1
narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor et exultabo in te. 2
Pſallam nomini tuo altiſſime.

Ayuntamiento de Madrid

3 In conuertendo inimicũ meũ retrorſum:
infirmabuntur et peribunt a facie tua.
4 Quoniã feciſti iudiciũ meum et cauſam meam:
ſediſti ſup̃ thronũ qui iudicas æquitatem
5 Increpaſti gentes et perijt impius:
nomẽ eoꝝ deleſti in ſæculũ et ĩ ſæculũ ſæculi.
6 Inimici defecerunt framee in finem:
et ciuitates deſtruxiſti.
7 Perijt memoria eorum cum ſtrepitu:
et dominus inæternum permanet.
8 Parauit in iudicio ſedem ſuam/
et ipſe iudicabit orbem terrarum ĩ æquitate:
iudicabit populos cum iuſtitia.
9 Et factus eſt dñs refugium pauperi:
adiutor in opoꝛtunitatibus in tribulatione.
10 Et ſperent in te oẽs qui cognoſcunt nomen tuũ:
quoniã non dereliquiſti quærẽtes te domine
11 Pſallite domino qui habitat in ſion:
annunciate inter gentes mirabilia eius.
12 Qm̃ requirẽs ſanguinẽ eoꝝ memoratus eſt:
non eſt oblitus clamorem pauperum.
13 Miſerere mei domine:
vide humilitatem meam ab inimicis meis.
14 Qui exaltas me de portis mortis:
vt ãnũciẽ vniuerſas laudes tuas ĩ port/ filie ſiõ.
15 Exultabo ſuper ſalutare tuum:
infixe ſunt gentes in corruptione quã fecerunt.
16 In muſcipula iſta quã occultauerunt.
comprehenſus eſt pes eorum.
17 Cognoſcetur dominus iudicia faciens:
in opib⁹ manuũ ſuarũ appræhenſus eſt pctõr.
18 Conuertantur peccatores in infernum:
oẽs gentes quæ obliuiſcuntur deum.
19 Quia nõ in finẽ obliuio erit pauperis:
ſed patiẽtia pauperũ non periet in æternum.
20 Exurge dñe non præualeat homo:
iudicentur gentes in conſpectu tuo.
21 Cõſtitue domine legiſlatorem ſuper eos:
vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.
22 Vt quid domine diſceſſiſti longe:
deſpicis ĩ oportunitatibus in tribulationib⁹.
23 Dũ ſuperbit impi⁹ accenditur pauper:
cõprehẽdũtur ĩ cogitatiõib⁹ ſuis qb⁹ cogitãt. *
24 Quoniã laudat peccator in deſiderijs aĩe ſue:
et qui iniqua gerit benedicitur.
25 Irritauit dominum peccator:
ſcd̃m multitudinẽ iræ ſuæ non exquiret.
26 Non eſt deus in conſpectu eius:
contaminantur vie eius in omni tempore.
27 Auferuntur iudicia tua a facie eius:
et omniũ inimicoꝝ ſuoꝝ dominabitur.
28 Dixit eni in corde ſuo:
nõ mouebor de gñatione ĩ gñationẽ ſine malo. *
29 Cui⁹ maledictõe os plenũ ẽ ⁊ amaritudine ⁊ *
dolo: ſub lingua eius labor et dolor.
30 Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis:

* Cum cõuerteris inimicos meos retrorſum:
infirmabuntur et peribunt a facie tua.
Quoniã feciſti iudicium meum et cauſam meã:
ſediſti ſuper thronũ qui iudicas iuſtitiam.
Increpaſti gentes et perijt impius:
nomẽ coꝝ deleſti in æternũ ⁊ ĩ ſæculũ ſæculi.
Inimici defecerunt framee in finem:
et ciuitates eorum deſtruxiſti.
Perijt memoria eorum cum ſonitu.
et DOMINUS in æternum permanet.
Parauit in iudicio thronum ſuum
et ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate:
iudicabit populos in iuſtitia.
Et fact⁹ eſt DOMINUS refugiũ pauperi:
adiutor in opoꝛtunitatibus in tribulatione.
Et ſperẽt in te qui nouerunt nomen tuum:
qm̃ nõ dereliqſti quærẽtes te DOMINE.
Pſallite DOMINO qui habitat in ſion:
annunciate inter gentes ſtudia eius.
Qm̃ requirẽs ſanguinẽ eorum recordatus eſt:
non eſt oblitus clamorem meum.
Miſerere mei DOMINE:
vide humilitatem meã de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis:
vt ãnũciẽ oẽs laudatões tuas ĩ portis filiæ ſiõ.
Exultabo in SALUTARI tuo: Jeſua.
infixe ſunt gentes in interitu quẽ fecerunt.
In laqueo iſto quẽ abſconderunt:
comprehenſus eſt pes eorum.
Cognoſcetur DOMINUS iudicia faciens:
in operib⁹ manuũ ſuaꝝ cõpræhenſus eſt pctõr.
Conuertantur peccatores in infernum:
omnes gentes quæ obliuiſcuntur DEUM. Elohim.
Qm̃ non in finem obliuio erit pauperis:
patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge DOMINE nõ conſortetur homo:
iudicentur gentes in conſpectu tuo.
Conſtitue DOMINE legiſlatorẽ ſuper eos:
vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.
Vt quid DOMINE receſſiſti longe:
deſpicis in oportunitatibus in tribulatione.
Dum ſuperbit impius incenditur pauper:
cõprehẽdunẽ in conſilijs quæ cogitant.
Qm̃ laudatur peccator ĩ deſiderijs animæ ſuæ:
et iniquus benedicitur.
Exacerbauit DOMINUM peccator:
ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.
Non eſt DEUS in conſpectu eius: Elohim.
inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius:
omnium inimicorum ſuorum dominabitur.
Dixit enim in corde ſuo/non mouebor:
* in generatione ⁊ generatione ero ſine malo.
* Cui⁹ maledictiõe os plenũ ẽ ⁊ amaritudĩe et dolo
ſub lingua eius labor et dolor.
Sedet in inſidijs cum diuitibus:



Ayuntamiento de Madrid

vt in occultis interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt:
inſidiat̃ ĩ abſcõdito quaſi leo in ſpelunca ſua.
Inſidiatur vt rapiat pauperem:
rapiet pauperẽ dũ attrahet eũ in laqueũ ſuũ.
Humiliabit eum/inclinabit et cadet:
cum dominatus fuerit pauperum.
El. Dixit eni in corde ſuo oblitus eſt DEUS:
auertit faciem ſuam ne videat in finem.
El. Exurge DOMine DEUS ꝛ exaltet̃ man⁹ tua:
nec obliuiſcaris pauperum.
Elohim. Propter q̃d irritauit impius DEUM:
dixit enim in corde ſuo non requiret.
Uides qm̃ tu laborem ꝛ dolorẽ cõſideras:
vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper:
orphano tu eris adiutor.
Contere brachiũ peccatoris et maligni:
quæretur peccatũ illius et non inuenietur.
DOMINUS regnabit ĩ æternũ ꝛ ĩ ſæculũ ſclĩ:
peribitis gentes de terra illius.
Deſideriũ paupũ exaudiuit DOMINUS:
præparationẽ cordis eoꝝ audiuit auris tua.
Ut iudices pupillo et humili:
vt nõ apponat vltra magnificare ſe hõ ſup t̃rã.

* vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: 31
inſidiatur in occulto velut leo in cubili ſuo.
Inſidiatur vt rapiat innocentem: 32
* rapere pauperem dum attrahit eum.
* In muſcipula ſua humiliabit eum: 33
* inclinabit ꝛ cadet cũ dominabit̃ pauperum.
Dixit eni in corde ſuo oblitus eſt deus: 34
auertit faciẽ ſuã ne videat vſq₃ in finem.
Exurge dñe deus et exaltetur manus tua: 35
nec obliuiſcaris pauperum in finem.
Propter quid irritauit impius deum: 36
dixit enim in corde ſuo non requiret.
Uides qm̃ tu laborẽ et irã conſideras: 37
vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: 38
pupillo tu eris adiutor.
Contere brachiũ peccatoris et maligni: 39
requiretur delictum eius nec inuenietur.
Dñs regnabit in æternũ et in ſæculũ ſæculi: 40
peribitis gentes de terra illius.
Deſideriũ pauperum exaudiuit dominus. 41
præparationẽ cordis eoꝝ exaudiuit auris tua.
* Iudicare pupillo et humili: 42
vt nõ apponat vltra magnificare ſe hõ ſup terrã.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ de ſolicitudine Chriſti dñi et de vltione gehenne aduerſarioꝝ ei⁹ ¶ Conciliatus verſu tertio ꝛ ſexto. Aduerte quarto verſu ad normã ſermonis noſtri ex hebræo etiã poſſe legi dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cælo throno ſuo.

¶ Ad victoriam Dauidi. x.
IN DOMino ꝯfido quõ dicit̃ aĩæ meæ:
trãſmigra in mõtem ſicut paſſer.
Qm̃ ecce peccatores intenderũt arcũ/
parauerunt ſagittas ſuas in pharetra:
vt ſagittent in obſcuro rectos corde.
Quoniã quæ perfeciſti deſtruxerunt:
iuſtus autem quid fecit?
DOMINUS in templo ſancto ſuo:
DOMINUS in cælo ſedes eius.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt:
palpebræ eius interrogant filios hominum.
DOMINUS interrogat iuſtum:
impiũ aũt et diligẽtẽ iniquitatẽ odit aĩa ei⁹.
Pluet ſuper peccatores laqueos:
ignis/ſulphur ꝛ ſpũs ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ.
Qm̃ iuſt⁹ DOMINUS et iuſtitias dilexit:
æquitatem vidit vultus eius.

¶ Pſalmus dauid. x.
IN dño cõfido quomodo dicitis aĩæ meæ: 1
transmigra in montem ſicut paſſer.
Qm̃ ecce peccatores tetenderũt arcum/ 2
parauerunt ſagittas ſuas in pharetra:
vt ſagittent in obſcura luna rectos corde.
* Quoniam quẽ perfeciſti deſtruxerunt: 3
iuſtus autem quid fecit?
Dominus in templo ſancto ſuo: 4
dominus in cælo ſedes eius.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: 5
palpebræ eius interrogant filios hominum.
* Dominus interrogat iuſtum et impium: 6
qui aũt diligit iniq̃tatẽ odit animam ſuam.
Pluit ſuper peccatores laqueos: 7
ignis ꝛ ſulphur ꝛ ſp̃s ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ.
Quoniã iuſtus dñs et iuſtitias dilexit: 8
æquitatem vidit facies eius.

ARGUMENTUM. Pſalmus/pioꝝ ad deum cõfugium malitia carnaliũ cõpleta. Remediũ per deum Chriſto domino ſalutari miſſo/et liberatio per eum. ¶ Conciliatus verſu ſeptimo.

¶ Canticum Dauidi. xi.
SAluũ me fac DOMine qm̃ defecit ſctũs:
qm̃ diminutæ ſũt veritates a filijs hoim.
Uana locuti ſũt vnuſq̃ſq₃ ad ꝓximũ ſuũ:
labia doloſa in corde ꝛ corde locuti ſunt.
Diſꝑdat DOMINUS vniuerſa labia doloſa:
et linguam maniloquam.
Qui dixerunt linguã noſtrã magnificabimus/

¶ Canticum Dauid. xi.
SAluũ me fac dñe qm̃ defecit ſanctus: 1
qm̃ diminutæ ſũt veritates a filijs hoim.
Uana locuti ſũt vnuſq̃ſq₃ ad ꝓximũ ſuũ: 2
labia doloſa in corde et corde locuti ſunt.
Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa: 3
linguam maniloquam.
Qui dixerũt linguã noſtram magnificabimus: 4

Ayuntamiento de Madrid

labia noſtra apud nos ſunt:
quis noſter dominus eſt?
5 Propter miſeriam inopum ⁊ gemitum pauperū:
nunc exurgam dicit dominus.
6 Ponam in ſalutari:
fiducialiter agam in eo.
7 Eloquia domini eloquia caſta:
argētū igne examinatū terre/ purgatū ſeptulū. *
8 Tu dn̄e ſeruabis nos et cuſtodies nos:
a generatione hac in eternum.
9 In circuitu impij ambulant:
ſecūdū altitudinē tuā multiplicaſti filios hoīm.

labia noſtra a nobis ſunt:
quis noſter DOMINUS eſt? Adon.
Propter miſeriā inopū ⁊ gemitū pauperum:
nunc exurgam dicit DOMINUS. יי
Ponam in SALUTARI: Jeſua
fiducialiter agam in eo.
Eloquia DOMINI eloquia caſta: יי
argētū igne exaīatū ꝓbatū t̄ra purgatū ſeptuplū
Tu DOMINE ſeruabis nos ⁊ cuſtodies nos: יי
a generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulant:
ſecūdū altitudinē tuā multiplicaſti filios hoīm.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ ſpiritualis deprecatio pro populo hebraico vt reſipiſcat ⁊ exultet in Meſiah ſalutari ſuo. ¶ Conciliatus verſu primo.

¶ Pſalmus Dauid. xij

1 Uſquequo dn̄e obliuiſceris me in finem:
quouſq̄ auertis faciem tuam a me. *
2 Quādiu ponam conſilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
3 Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me:
reſpice et exaudi me domine deus meus.
4 Illumīa ocl'os meos ne vnq̄ obdormiā ī morte:
ne quādo dicat inimic⁹ me⁹ ꝓualui aduerſ⁹ eū.
5 Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero:
ego autem in tua miſericordia ſperaui.
6 Exultabit cor meum in ſalutari tuo:
cantabo domino qui bona tribuit michi:
et pſallam nomini domini altiſſimi.

¶ Pſalmus Dauidi. xij.

Uſq̄q̄ DOMine obliuiſceris me ī finē: יי
vſq̄quo auertes faciem tuam a me.
Quādiu ponam cōſilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me:
reſpice ⁊ exaudi me DOMINE DEus me⁹. יי Eloha
Illumīa ocl'os meos ne vnq̄ obdormiā ī morte:
ne quādo dicat inimicus preualui aduerſus eū.
Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero:
ego autem in miſericordia tua ſperaui.
Exultabit cor meum in SALUTARI tuo: Jeſua.
cantabo DOMINO qui bona tribuit michi: יי
et pſallam nomini domini altiſſimi.

ARGUMENTUM. Pſalmus de populo inſipienti et dato ī reprobū ſenſū q̄ tēpus viſitationis ſuæ non agnouerit/ ⁊ doctrinā pacis reſpuerit/ negaueritq̄ ipſū eſſe deū imo ⁊ patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ ſanctum. et de vocatione eius ad veri cognitionem in fine temporum. ¶ Conciliatus verſu decimo.

¶ Pſalmus Dauid. xiij.

1 Dixit imprudens in corde ſuo.
non eſt deus.
2 Corrupti ſ̄t ⁊ abhoīabiles facti ſ̄t ī affectiōib⁹
ſuis: non eſt q̄ faciat bonū/ non eſt vſq̄ ad vnum.
3 Dn̄s de celo ꝓſpexit ſup filios hominum:
vt videat ſi eſt intelligēs aut requirens deū.
4 Oēs declinauerunt/ ſimul inutiles facti ſunt:
non eſt qui faciat bonum/ non eſt vſq̄ ad vnum.
5 Sepulcrum patens eſt guttur eorum:
linguis ſuis doloſe agebant:
venenum aſpidum ſub labijs eorum.
6 Quorū os maledictione ⁊ amaritudīe plenū eſt:
veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinem.
7 Contritio ⁊ infœlicitas in vijs eorum/
et viam pacis non cognouerunt:
non eſt timor dei ante oculos eorum.
8 Nonne cognoſcent oēs q̄ operant̄ iniquitatem:
qui deuorant populum meū ſicut cibū panis?
9 Dominū non inuocauerunt:
illic trepidauerunt timore/ vbi non erat timor.
10 Quoniā dn̄s in generatione iuſta eſt: *
cōſiliū inopis cōfudiſtis qm̄ dn̄s ſpes eius eſt.
11 Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael?
cū auerterit dn̄s captiuitatem plebis ſuæ:

¶ Pſalmus Dauidi. xiij.

Dixit inſipiens in corde ſuo:
non eſt DEUS. Elohim.
Corrupti ſ̄t ⁊ abhoīabiles fcti ſ̄t ī ſtudijs
ſuis: nō ē q̄ faciat bonū/ nō ē vſq̄ ad vnū.
DOMINUS de cælo ꝓſpexit ſup filios hoīm יי
vt videat ſi eſt ītelligēs aut req̄rens DEUM. Elohim.
Oēs declinauerūt/ ſimul inutiles facti ſūt:
non eſt qui faciat bonum/ nō eſt vſq̄ ad vnum.
Sepulcrum patens eſt guttur eorum:
linguis ſuis doloſe agebant:
venenum aſpidum ſub labijs eorum.
Quorū os maledictione ⁊ amaritudīe plenū eſt:
veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinem
Contritio et infœlicitas in vijs eorum.
et viam pacis non cognouerunt:
non eſt timor dei ante oculos eorum.
Nōne cognoſcēt oēs qui operant̄ iniquitatem:
qui deuorant plebē meā ſicut eſcā panis?
DOMINUM non inuocauerunt: יי
illic trepidauerūt timore/ vbi nō erat timor.
Quoniam DEUS in generatione iuſta eſt: Elohim.
ꝯſiliū īopis ꝯfudiſtis qm̄ DOMinus ſpes eī⁹ ē. יי
Quis dabit ex ſion SALUTARE iſrael? Jeſua.
cū auerterit DOMin⁹ captiuitatē plebis ſuæ: יי

Ayuntamiento de Madrid

exultabit iacob et letabitur iſraẹl.

exultabit iacob et letabitur iſrael.

ARGVMENTVM. Pſalmus de conuerſatione Chriſti domini/ et quis eum imitans ad eundem conſcendet in regnum cælorum.

¶ Pſalmus Dauidi. xiiii.

DOMINE q̃s habitabit ĩ tabernaclo tuo: aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula:
⁊ operatur iuſtitiam.
Qui loquitur veritatem in corde ſuo.
qui non egit dolum in lingua ſua.
Nec fecit proximo ſuo malum:
⁊ opprobriũ nõ accepit aduerſ⁹ proximos ſuos
Ad nichilũ deduct⁹ eſt in cõſpectu ei⁹ malign⁹:
timentes aũt DOMINVM glorificat.
Qui iurat proximo ſuo et non decipit:
qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram:
et munera ſuper innocentem non accepit.
Qui facit hæc:
non mouebitur in æternum

¶ Pſalmus Dauid xiiii.

Domine q̃s pegrinabit ĩ tabernaculo tuo 1
et quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula: 2
⁊ operatur iuſtitiam.
Qui loquitur veritatem in corde ſuo: 3
qui non egit dolum in lingua ſua.
Nec fecit proximo ſuo malum: 4
⁊ opprobriũ non accepit aduerſ⁹ p̃ximos ſuos
Ad nichilũ deductus eſt ĩ cõſpectu ei⁹ malign⁹: 5
timentes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo ſuo et non decipit/ 6
qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram:
⁊ munera ſuper innocentes non accepit.
Qui facit hæc: 7
non commouebitur in æternum

ARGVMENTVM. Pſalmus de Chriſto precante et faciente ſemper voluntatem patris / patre eum mirificante/ vocatione gẽtium poſt multiplicatũ idololatriæ cultum/ Chriſti hereditate/ reuocatione eius ab inferis/ ⁊ incorrupti corporis reſumptione ⁊ ſempiterna ĩ dextera diuinæ virtutis/ eius clarificatione. ¶ Conciliatus verſu primo.

¶ Pſalmus Dauidi. xv.

El. CONſerua me DOMINE q̃m ſpaui i te: dixi DOMINO DEus meus es tu: q̃m bonum michi non eſt preter te. *
Adonai.
Sanctis qui ſunt in terra eius:
mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum:
poſtea accelerauerunt.
Nõ cõgregabo cõuenticula eoꝝ de ſanguinib⁹:
nec memor ero noĩm eoꝝ per labia mea.
DOMinus pars hereditatĩ meæ ⁊ calicĩ mei:
tu es qui reſtitues hereditatem meam michi.
Funes ceciderunt michi in preclaris:
etenim hereditas mea preclara eſt michi.
Bñdicã DOMINVM q̃ tribuit mihi itellectũ
inſup ⁊ vſq; ad noctẽ icrepuerũt me renes mei.
Prouidebã DOMINVM ĩ ↄſpectu meo ſẽp
quoniam a dextris eſt michi ne commouear.
Propter hoc letatum eſt cor meum:
et exultauit lingua mea:
inſuper et caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniã non derelinques aĩam meam in inferno
nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Notas michi feciſti vias vitæ:
adimplebis me letitia cum vultu tuo:
delectationes in dextera tua vſq; in finem.

¶ Pſalmus Dauid. xv.

COnſerua me domine q̃m in te ſperaui: 1
dixi domino deus meus es tu:
quoniam bonorum meorum nõ eges.
Sanctis qui ſunt in terra eius: 2
mirificauit omnes voluntates meas in illis.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: 3
poſtea accelerauerunt.
Nõ cõgregabo cõuẽticula eoꝝ de ſanguinibus: 4
nec memor ero nominũ eoꝝ per labia mea.
Dominus pars hereditatis meæ ⁊ calicis mei: 5
tu es qui reſtitues michi hereditatẽ meam.
Funes ceciderunt michi in preclaris: 6
etenim hereditas mea preclara eſt michi.
Benedicam dñm qui michi tribuit intellectum: 7
inſup ⁊ vſq; ad noctẽ emẽdauerũt me renes mei.
Prouidebã dñm in conſpectu meo ſemper: 8
quoniam a dextris eſt michi ne commouear.
Propter hoc iocundatum eſt cor meũ: 9
et exultauit lingua mea:
inſuper et caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniam non dereliques aĩam meã in inferno: 10
neq; dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ.
Notas michi feciſti vias vitæ: 11
adimplebis me letitia cum vultu tuo:
delectationes in dextera tua vſq; in finem.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ oratio pii populi perſecutionibus et afflictionibus preſſi faciẽ dei et Chriſti eius videre deſiderãtis. ¶ Conciliatus verſu vndecimo et quartodecimo.

¶ Oratio Dauidi. xvi.

EXaudi DOMINE iuſtitiam meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam:
non in labiis doloſis.

¶ Pſalmus Dauid. xvi.

EXaudi domine iuſtitiam meam 1
intende deprecationi mee.
Auribus percipe orationem meam: 2
non in labiis doloſis.

Ayuntamiento de Madrid

**Vet.**

5 A vultu tuo iudicium meum prodeat:
oculi mei videant æquitatem.
4 Probaſti cor meum et viſitaſti nocte:
igne me examiaſti ⁊ nõ eſt iuẽta i me iniqtas.
5 Ut non loquatur os meũ opera hominum:
ppt̃ ṽba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras
6 Ad perficiendos greſſus meos in ſemitis tuis:
vt non moueantur veſtigia mea.
7 Ego clamaui quoniam exaudiſti me deus:
inclina aurẽ tuã michi ⁊ exaudi verba mea.
8 Mirifica miſericordias tuas:
qui ſaluos facis ſperantes in te.
9 A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me dñe:
vt pupillam oculi.
10 In tegmine alarum tuarum protege me:
a facie impiorum qui me afflixerunt.
11 Inimici mei animã meam circundederunt:
adipem ſuum concluſerunt:
os eorum locutum eſt ſuperbiam.
12 Proiicientes me nũc circũdederunt me:
oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terram.
13 Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædã:
et ſicut catulus leonis habitans in occultis.
14 Exurge dñe præueni eos et ſubuerte eos:
erue animam meam ab impiis:
frameã tuã ab inimicis manus tue
15 Dñe perdens de terra diſpertire eos i vita eorũ:
16 ⁊ de abſconditis tuis adipletus eſt venter eorũ.
Saturati ſunt porcina:
et reliquerũt reliquias paruulis ſuis.
17 Ego aũt in tua iuſticia apparebo in cõſpectu tuo:
ſatiabor dũ manifeſtabitur gloria tua.

**Concil.**

De vultu tuo iudicium meum prodeat:
oculi tui videant æquitates.
Probaſti cor meum et viſitaſti nocte:
igne me examinaſti ⁊ nõ eſt inuẽta i me iniqtas.
Ut nõ loquatur os meũ opera hominum:
ppt̃ ṽba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras
Perfice greſſus meos in ſemitis tuis:
vt non moueantur veſtigia mea.
Ego clamaui qm̃ exaudiſti me DEUS: El
inclina aurẽ tuã michi ⁊ exaudi verba mea.
Mirifica miſericordias tuas:
qui ſaluos facis ſperantes in te.
A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me:
vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum protege me:
a facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animã meã circundederũt.
* adipe ſuo concluſerunt:
os eorum locutum eſt ſuperbiam.
Proiicientes me nunc circundederunt me:
oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædã:
et ſicut catulus leonis habitans in abditis.
* Exurge DOMINE pueni eos ⁊ ſupplãta eos
* eripe animam meam ab impio framea tua:
ab inimicis manus tue.
DOMINE a pauci ð tra diuide eos i vita eorum
de abſconditis tuis adimpletus eſt vẽter eorũ.
Saturati ſunt filiis:
et dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis
Ego aũt in iuſticia apparebo cõſpectui tuo:
ſatiabor cum apparuerit gloria tua

ARGUMENTUM. Pſalmus de chriſto dño secũdũ infirmitatẽ carnis aſſũpte opẽ a pr̃e ⁊ tota diuinitate poſcente: ſignis in paſſione: ereptione ei⁹ ab vniuerſis malis: aſſũpta fortitudĩe ad debellãdos omnes aduerſarios eius ⁊ cõtra de ideficiẽti miſeratiõe i ſeruos ei⁹. ¶ Cõciliat⁹ verſu nono/ quintodecio/ viceſiotertio/ viceſimoſexto/ viceſimonono/ quadrageſimoquarto/ quadrageſioquito ⁊ quinquageſimoquarto. ¶ Et aduerte triceſimoquito verſu iterpretes vocabulũ SUR ṽtiſſe deũ Hieronymũ aũt fortẽ. Sz verſu quiquageſio tã Hieronymus q̃ iterp̃tes verterũt deũ. ¶ Quiquageſimoquinto verſu non pro primo ⁊ typico ſz pro ſcd̃o ⁊ vero Dauid/ de quo Hieremias. ſeruient dño deo ſuo ⁊ dauid regi ſuo quẽ ſuſcitabo eis. Et Ezechiel: non erunt vltra due gẽtes nec diuident amplius in duo regna/ neq3 polluent vltra in ydolis ſuis. ⁊ ero eis deus ⁊ ſeruus me⁹ Dauid rex ſup eos ⁊ paſtor vnus erit omnium eorum.

**Vet.**

¶ Pſalmus dauid xvii.

1 2 Diligã te dñe fortitudo mea:
dominus firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ
et liberator meus
2 Deus meus adiutor meus:
et ſperabo in eum.
3 Protector meus ⁊ cornu ſalutis mee:
⁊ redemptor meus.
4 Laudans inuocabo dñm:
et ab inimicis meis ſaluus ero.
5 Circundederunt me dolores mortis:
et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
6 Dolores inferni circundederunt me:
præuenerunt me laquei mortis.

**Concil.**

¶ Seruo domini dauidi xvii.

2 Diligã te DOMINE fortitudo mea:
DO⁹ firmamẽtũ meũ ⁊ refugium meũ:
et liberator meus
DEUS meus adiutor meus: El
⁊ ſperabo in eum
Protector meus et cornu ſalutis meæ:
et ſuſceptor meus
Laudans inuocabo DOMINUM:
⁊ ab inimicis meis ſaluus ero
Circundederunt me dolores mortis:
et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me:
præoccupauerunt me laquei mortis.

Ayuntamiento de Madrid

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| ¶ | In tribulatione mea īuocaui DOMINUM: | Et in preſſura mea inuocaui dominum: | 7 |
| Eloha. | et ad DEUM meum clamaui. | et ad deum meum clamaui. | |
| | Et exaudiuit de tēplo ſctō ſuo vocē meā: | Et exaudiuit de tēplo ſctō ſuo vocē meā: | 8 |
| | et clamor meꝰ ī ꝯſpectu eiꝰ ītroiuit ī aures eiꝰ. | et clamor meꝰ ī cōſpectu eiꝰ ītroiuit ī aures eiꝰ. | |
| | Commota eſt et contremuit terra: | Et commota eſt et contremuit terra: | 9 |
| | fundamēta mōtiū cōturbata ſunt ⁊ cōmota ſūt: | et fūdamēta mōtiū ꝯturbata ſūt ⁊ cōmota ſunt: | |
| | quoniam iratus eſt. | * quoniam iratus eſt eis. | |
| | Aſcēdit fumꝰ ī ira eiꝰ et ignis a facie eiꝰ exarſit: | Aſcēdit fumꝰ ī ira eiꝰ ⁊ ignis a facie eiꝰ exardeſcit | 01 |
| | carbones ſucce͂ſi ſunt ab eo. | carbones ſucce͂ſi ſunt ab eo. | |
| | Inclinauit cælos et deſcendit: | Et inclinauit cælos et deſcendit: | 11 |
| | et caligo ſub pedibus eius. | et caligo ſub pedibus eius. | |
| | Et aſcendit ſuper cherubim et volauit: | Et aſcendit ſuper cherubim et volauit: | 12 |
| | volauit ſuper pennas ventorum. | volauit ſuper pennas ventorum. | |
| | Et poſuit tenebras latibulū ſuū ī circuitu eiꝰ: | Et poſuit tenebras latibulū ſuū in circuitu eius: | 13 |
| | tabernaculū eiꝰ tenebroſa aqua ī nubibꝰ aeris. | tabernaculū eiꝰ tenebroſa aqua ī nubibꝰ aeris. | |
| | Præ fulgore ī cōſpectu eiꝰ nubes trāſierūt: | Præ fulgore ī cōſpectu eiꝰ nubes ipſiꝰ trāſierūt: | 14 |
| | grando et carbones ignis. | grando et carbones ignis. | |
| ¶ | Et intonuit de cælo DOMINUS | Et intonuit de cælo dominus/ | 15 |
| Elion. | et ALTISSIMUS dedit vocem ſuā: | et altiſſimus dedit vocem ſuam: | |
| | grandinem et carbones ignis. | * | |
| | Et miſit ſagittas ſuas et diſſipauit eos: | Et emiſit ſagittas ſuas et diſperſit eos: | 16 |
| | fulgura multiplicauit et conturbauit eos. | et coruſcatiōes multiplicauit ⁊ cōturbauit eos. | |
| | Et apparuerunt fontes aquarum: | Et apparuerunt fontes aquarum: | 17 |
| | et reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. | et reuelata ſunt fundamenta orbis terraꝝ. | |
| ¶ | Ab increpatiōe tua DOMINE: | Ab increpatione tua domine: | 18 |
| | ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ. | ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ. | |
| | Miſit de ſummo et accepit me: | Miſit e ſummo et accepit me: | 19 |
| | et aſſumpſit me de aquis multis. | et aſſumpſit me de multitudine aquarum. | |
| | Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis | Eruit me de inimicis meis fortiſſimis: | 20 |
| | et ab iis qui oderunt me: | et ab iis qui oderunt me: | |
| | quoniam confortati ſunt ſuper me. | quoniam confortati ſunt ſuper me. | |
| | Præuenerunt me in die afflictionis meæ: | Præuenerunt me in die afflictionis meæ: | 21 |
| ¶ | et factꝰ eſt DOMINUS ꝓtector meꝰ. | et factꝰ eſt dn̄s firmamentū meum. | |
| | Et eduxit me in latitudinem: | Et eduxit me in latitudinem: | 22 |
| | ſaluum me fecit quoniam voluit me. | eruit me quoniam voluit me. | |
| ¶ | Et retribuit michi DOMInꝰ ſcđꝫ iuſtitiā meā: | * Et retribuet michi dn̄s ſcđm iuſtitiam meam: | 23 |
| | et ſecūdū puritatē manuū meaꝝ retribuit michi | et ſcđm puritatē manuū mearū retribuet michi. | |
| ¶ | Quia cuſtodiui vias DOMINI | Quia cuſtodiui vias domini: | 24 |
| Eloha. | nec impie geſſi a DEO meo. | nec impie geſſi a deo meo | |
| | Qm̄ omnia iudicia eius in conſpectu meo: | Qm̄ oīa iudicia eiꝰ ī cōſpectu meo ſunt ſemꝑ: | 25 |
| | et iuſtitias eius non repuli a me. | et iuſtitias eius non repuli a me. | |
| | Et fui immaculatus cum eo: | * Et ero immaculatus cum eo: | 26 |
| | et obſeruaui me ab iniquitate mea. | et obſeruabo me ab iniquitate mea. | |
| ¶ | Et retribuit michi DOMInꝰ ſcđꝫ iuſtitiā meā | Et retribuet michi dn̄s ſcđm iuſtitiā meam: | 27 |
| | ⁊ ſcđꝫ puritatē manuū meaꝝ ī ꝯſpectu ocloꝝ eiꝰ | ⁊ ſcđꝫ puritatē manuū meaꝝ ī ꝯſpectu ocloꝝ eiꝰ | |
| | Cum ſancto ſanctus eris: | Cum ſancto ſanctus eris: | 28 |
| | et cum viro innocente innocens eris. | et cum viro innocente innocens eris. | |
| | Et cum electo eliges: | * Et cum electo electus eris: | 29 |
| | et cum peruerſo peruertes. | * et cum peruerſo peruerſus eris. | |
| | Qm̄ tu populum humilē ſaluum facies: | Qm̄ tu populum humilē ſaluum facies: | 30 |
| | et oculos ſuperborum humiliabis. | et oculos ſuperborum humiliabis. | |
| ¶ | Qm̄ tu illuminas lucernā meā DOMINE | Qm̄ tu illuminabis lucernā meam domine: | 31 |
| Eloha. | DEUS meus illumina tenebras meas: | deus meus illumina tenebras meas. | 32 |
| | Quoniam in te eripiar a tentatione: | Quoniam a te eruar a tentatione: | |
| Eloha. | et in DEO meo trāſgrediar murum. | et in deo meo tranſgrediar murum. | 33 |
| El | DEUS meus impolluta via eius: | Deus meus immaculata via eius: | |

Ayuntamiento de Madrid

eloquia domini igne examinata:
protector eſt omnium ſperantium in ſe.
34 Quoniam quis deus præter dominum:
aut quid deus preter deum noſtrum?
35 Deus qui præcinxit me virtute:
et poſuit immaculatam viam meam.
36 Qui perfecit pedes meos tanꝗ cerui:
et ſuper excelſa ſtatuet me.
37 Qui docet manus meas ad prælium:
et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.
38 Et dediſti michi protectionem ſalutis tuæ:
et dextera tua ſuſcepit me.
39 Et diſciplina tua me direxit in finem:
et diſciplina tua ipſa me docebit.
40 Dilataſti greſſus meos ſubter me:
et non ſunt infirmata veſtigia mea.
41 Perſequar inimicos meos ⁊ cõprehendã illos
et non conuertar donec deficiant.
42 Confringam illos nec poterunt ſtare:
cadent ſubtus pedes meos.
43 Et præcinxiſti me virtute ad bellum:
ſupplantaſti inſurgentes in me ſubter me.
44 Et inimicos meos dediſti michi dorſum:
et odio habentes me diſperdidiſti.
45 Clamauerũt nec erat q̃ ſaluos faceret ad dñm:
nec exaudiuit eos.
46 Et cõminuã illos vt puluerem ante faciẽ venti:
vt lutum platearum delebo eos.
47 Erues me de contradictionibus populi:
conſtitues me in caput gentium.
48 Populus quẽ non cognoui ſeruiuit michi:
in auditu auris obediuit michi.
49 Filij alieni mentiti ſunt michi:
filij alieni inueterauerunt:
et claudicauerunt a ſemitis ſuis.
50 Viuit dominus ⁊ benedictus deus meus:
et exaltetur deus ſalutis mee.
51 Deus qui das vindictas michi/
et ſubdis populos ſub me:
liberator meus de inimicis meis iracundis.
52 Ab inſurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me.
53 Propterea confitebor tibi in gentibus dñe:
et nomini tuo pſallam.
54 Magnificans ſalutes regis ipſius:
et faciens miſericordiam chriſto ſuo dauid:
et ſemini eius vſq; in ſæculum.

eloquia DOMINI igne examinata:
protector eſt omnium ſperantium in ſe.
Q̃m q̃s DEVS præter DOMINVM: Elohim
aut q̃s DEVS præter DEVM noſtrum? Sur Elohe
DEVS qui præcinxit me virtute: El.
et poſuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanꝗ ceruorum:
* et ſuper excelſa ſtatuit me.
Qui docet manus meas ad prælium:
et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.
Et dediſti michi protectionem ſalutis tuæ:
et dextera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua correxit me in finem:
et diſciplina tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me:
et non ſunt infirmata veſtigia mea.
Perſequar inimicos meos ⁊ cõprehẽdã illos
et non conuertar donec deficiant.
Confringam illos nec poterunt ſtare:
cadent ſubtus pedes meos.
Et præcinxiſti me virtute ad bellum:
et ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
* Et inimicorum meorum dediſti michi dorſum:
et odientes me diſperdidiſti.
* Clamabũt nec erit q̃ ſaluos faciat ad DOMInũ
nec exaudiet eos.
Et cõminuam eos vt puluerem ante faciẽ vẽti:
vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi:
conſtitues me in caput gentium.
Populus quem non cognoui ſeruiuit michi:
in auditu auris obediuit michi.
Filij alieni mentiti ſunt michi:
filij alieni inueterati ſunt:
et claudicauerunt a ſemitis ſuis.
Viuit DOMINVS ⁊ bñdict⁹ DEVS me⁹: Sur
et exaltetur DEVS ſalutis mee. Elohe.
DEVS qui das vindictas michi/ El.
et ſubdis populos ſub me:
liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab inſurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me.
Propterea ↄfitebor tibi ĩ natiõib⁹ DOMINE:
et nomini tuo pſalmum dicam.
* Magnificanti ſalutes regis eius:
et facienti m̃iam CHRISTO ſuo dauid: Meſiah.
et ſemini eius vſq; in ſæculum.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de cæleſti manifeſtatione aduẽtus Chriſti domini per angelos et ſtellam/noua lege annunciatione eius per vniuerſam terram/apoſtolis/conuerſatione Chriſti in terris/aſcenſione/de diuini ignis et ſpiritus ſancti diffuſione/nouæ legis puritate/eius obſeruatione et premiatione. ¶Conciliatus verſu tertio.

¶Pſalmus dauid. xviii.
1 Celi enarrant gloriam dei:
et opera manuũ ei⁹ annũciat firmamẽtũ.
2 Dies diei eructat verbum:
et nox nocti annũciat ſcientiam.

¶Pſalmus dauidi. xviii.
Celi enarrant gloriam DEI: El.
et op̃a manuũ ei⁹ annũciat firmamẽtũ.
Dies diei eructat verbum:
et nox nocti indicat ſcientiam.

Ayuntamiento de Madrid

Non ſunt loquelæ neq; ſermones:
a quibus non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum:
et in fines orbis terræ verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum:
et ipſe tanq̃ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam:
a ſummo cælo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq; ad ſummum eius:
nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
¶ Lex DOMINI imaculata cõuertẽs aĩas:
¶ teſtimoniũ DOMini fidele ſapiẽtiã pſtãs puulis
¶ Iuſtitiæ DOMINI rectæ letificantes corda:
¶ præceptũ DOMini lucidũ illuminãs oclos.
¶ Timor DOMINI ſctũs pmanet i ſclm ſcli:
¶ iudicia DOMINI vera iuſtificata i ſemetipſa.
Deſiderabilia ſup aur; ʒ lapidẽ pcioſũ multũ:
et dulciora ſuper mel et fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea:
in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta qs itelligit? ab occltis meis mũda me:
et ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei nõ fuerint dñati tunc imaculatus ero:
et emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei:
et meditatio cordis mei i cõſpectu tuo ſemp.
¶ DOMINE adiutor meus:
et redemptor meus.

Non ſunt loquele neq; ſermones: 3
* quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum: 4
et in fines orbis terræ verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum: 5
et ipſe tanq̃ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: 6
a ſummo cælo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq; ad ſummũ eius: 7
nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex dñi immaculata conuertens animas: 8
teſtimoniũ dñi fidele ſapiẽtiã pſtans paruulis.
Iuſtitie domini recte letificantes corda: 9
præceptum dñi lucidũ illuminans oculos.
Timor dñi caſtus permanens i ſæculũ ſæculi: 10
iudicia dñi vera iuſtificata in idipſum.
Deſiderabilia ſup aur; ʒ lapidẽ pcioſũ multum: 11
et dulciora ſuper mel et fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: 12
in cuſtodiendo illa retributio multa.
Delicta qs itelligit? ab occltĳ meis mũda me dñe 13
et ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dñati tunc imaculatus ero: 14
et emundabor a delicto magno.
Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei: 15
et meditatio cordis mei i cõſpectu tuo ſemp.
Domine adiutor meus: 16
et redemptor meus.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / optatio q̃ Chriſto cũcta forent proſpera / q̃ a deo oẽs petitiones ei⁹ exaudirent / ʒ tãdẽ ei⁹ inuocatio ¶ Cõciliat⁹ verſu decio. Et aduerte illic vocabulo MELECH regẽ ſignificante additam particulã HA nichil argumento eſſe regem obliqui eſſe caſus et ideo dicendũ eſſe regem. nam ʒ in principio pſalmorũ ſic additur vocabulo IS id eſt vir / ʒ dicitur HAIS et exponitur vir. Et paulus etiam hebreus manifeſte oſtendit non eſſe articulum obliqui.

¶ Pſalmus dauidi. xix.

¶ EXaudiat te DOMinus i die tribulatiõis:
Elohe. protegat te nomen dei Iaacob.
Mittat tibi auxilium de ſancto:
et de ſion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui:
et holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum:
et omne conſilium tuum confirmet.
Ieſua. Exultabimur in SALUTARI tuo:
Elohe. et in noie DEI noſtri magnificabimur.
¶ Impleat DOMINUS oẽs petitiones tuas:
¶ nũc cognoui qm ſaluũ fecit DO⁹ CHRISTũ ſuũ.
Meſiach. Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo:
in potentatibus ſalus dexteræ eius.
Hi in curribus et hi in equis:
¶ nos aũt i noie DOMini DEI nrĩ iuocabim⁹.
Elohe. Ipſi obligati ſunt et ceciderunt:
nos autem ſurreximus et erecti ſumus.
¶ DOMINE ſaluũ fac / rex exaudi nos:
in die qua inuocauerimus te.

¶ Pſalmus Dauid. xix.

EXaudiat te dñs in die tribulationis: 1
protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de ſancto: 2
et de ſion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui: 3
et holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum: 4
et omne conſilium tuum compleat.
Exultabimus in ſalutari tuo: 5
et in nomine dñi dei noſtri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones tuas: 6
nunc cognoui qm̃ ſaluũ fecit dñs chriſtũ ſuũ. 7
Exaudiet illum de celo ſancto ſuo:
in potentatibus ſalus dexteræ eius.
Hi in curribus et hi in equis: 8
nos aũt in noie dñi dei noſtri exultabimus.
Ipſi obligati ſunt et ceciderunt: 9
nos vero ſurreximus et erecti ſumus.
* Domine ſaluum fac regem: 10
et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

ARGUMENTUM. Pſalmus de exauditione Chriſti / et benedictione eius et gloria in annoꝝ æternitate / benedictionis ab eo conſecutione / et aduerſariorum eius confuſione.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Pſalmus dauid xx.

1 DOmine in virtute tua lætabitur rex:
et ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter.
2 Deſiderium animæ eius dediſti ei:
et voluntate labiorũ eius non fraudaſti eum.
3 Qm̃ præueniſti eũ in bñdictiõibꝰ dulcedinis:
poſuiſti in capite eius coronã de lapide p̃cioſo.
4 Vitam petijt et dediſti ei:
lõgitudinẽ dierũ in ſæculũ ꝛ in ſæculũ ſæculi:
5 Magna eſt gloria eius in ſalute tua:
gloriam et magnũ decorẽ impones ſuper eum.
6 Quoniã dabis ei benedictionẽ in ſæculũ ſæculi.
lætificabis eũ in gaudio cum vultu tuo.
7 Quoniam rex ſperat in domino:
et in altiſſimi miſericordia non cõmouebitur.
8 Inueniatur manus tua oĩbus inimicis tuis:
dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
9 Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultꝰ tui:
dominus in ira ſua conturbabit eos:
et deuorabit eos ignis.
10 Fructum illorum de terra perdes:
et ſemen eorum a filijs hominũ.
11 Quoniam declinauerunt in te mala:
cogitauerũt cõſiliũ quod nõ potuerũt ſtabilire.
12 Quoniam pones eos dorſum:
in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
13 Exaltare domine in virtute tua:
cantabimus et pſallemus virtutes tuas.

¶ Pſalmus dauidi. xx.

DOMINE in virtute tua letabitur rex:
ꝛ ſup SAlutare tuũ exultabit vehemẽt Jeſua.
Deſiderium cordis eius tribuiſti ei:
voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Qm̃ p̃ueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis
poſuiſti in capite eius coronã de lapide p̃cioſo:
Vitam petijt a te et tribuiſti ei:
longitudinẽ dierũ in ſæculũ ꝛ ĩ ſæculũ ſæculi.
Magna eſt gloria eius in SALVTARI tuo: Jeſua.
gloriam et magnũ decorẽ impones ſuper eum.
Qm̃ dabis eum ĩ benedictionẽ ĩ ſæculũ ſæculi:
lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex ſperat in DOMINO:
et in mĩa ALTISSIMI non cõmouebit. Elion
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt.
Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultꝰ tui:
DOMINVS in ira ſua conturbabit eos:
et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes:
et ſemen eorum a filijs hominũ.
Quoniam declinauerunt in te mala:
cogitauerunt cõſiliã quæ nõ potuerũt ſtabilire
Quoniam pones eos dorſum:
in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare DOMINE in virtute tua:
cantabimus et pſallemus virtutes tuas.

ARGVMENTVM. Pſalmus oratio domini ad patrem et diuinitatẽ in paſſione myſteria paſſionis continẽs / exhortatio ad laudẽ diuinorũ / de cibo vitã æternã preſtante pauperibus in memoriam paſſionis eius ordinato / vero cultu dei per vniuerſum orbem recipiendo / et noua iuſtitiæ lege et nouo populo. ¶ Conciliatus verſu primo / ſecundo et triceſimo tertio. ¶ Dominꝰ in fine pſalmi obelo iugulari debet etiam in tralatione hebraica hieronymi.

¶ Pſalmus dauid. xxi.

1 DEus deus meus reſpice in me / *
quare me dereliquiſti:
longe a ſalute mea verba delictorũ meorũ.
2 Deus meꝰ clamabo ad te per diẽ ꝛ nõ exaudies
et nocte non ad inſipientiam michi.
3 Tu autem in ſancto habitas:
laus iſrael.
4 In te ſperauerunt patres noſtri:
ſperauerunt et liberaſti eos.
5 Ad te clamauerunt et ſalui facti ſunt:
in te ſperauerunt et non ſunt confuſi.
6 Ego autem ſum vermis et non homo:
opprobrium hominũ et abiectio plebis.
7 Omnes qui conſpiciebãt me ſubſannabant me:
locuti ſunt labijs et mouerunt caput.
8 Sperauit in domino eruat eum:
ſaluum faciat eum quoniam vult eum.
9 Qm̃ tu es qui extraxiſti me de vẽtre ſpes mea:
ab vberibꝰ m̃ris meæ ĩ te cõfirmatꝰ ſũ ex vtero.
10 De ventre matris meæ deus meus es tu:
ne diſceſſeris a me.
11 Quoniam tribulatio iuxta eſt:
quia non eſt qui adiuuet.

¶ Pſalmus dauidi. xxi.

DEVS meꝰ DEꝰ meꝰ respice ĩ me. El El
quare me dereliquiſti:
lõge a ſalute mea verba delictoꝝ meoꝝ.
DEVS meus clamabo per diẽ ꝛ nõ exaudies: Eloha.
* et noctem et non ad inſipientiã michi.
Tu autem in ſancto habitas:
laus iſrael.
In te ſperauerunt patres noſtri:
ſperauerunt et liberaſti eos.
Ad te clamauerunt et ſalui facti ſunt:
in te ſperauerunt et non ſunt confuſi.
Ego autem ſum vermis et non homo:
opprobrium hominũ et abiectio plebis.
Omnes videntes me deriſerunt me:
locuti ſunt labijs et mouerunt caput.
Sperauit in DOMINO eripiat eum:
ſaluum faciat eum quoniam vult eum.
Qm̃ tu es qui extraxiſti me de ventre ſpes mea:
ab vueribꝰ matris meę ĩ te ꝓiectꝰ ſum ex vtero
De ventre matris meæ DEVS meus es tu: El
ne diſceſſeris a me.
Quoniam tribulatio proxima eſt:
quoniam non eſt qui adiuuet.

Ayuntamiento de Madrid

Circundederunt me vituli multi:
tauri pingues obſederunt me.
Aperuerunt ſuper me os ſuum:
ſicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum:
et diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tanꝗ cæra liqueſcens:
in medio ventris mei.
Aruit tanꝗ teſta virtus mea:
et lingua mea adheſit faucibus meis:
et in puluerem mortis deduxiſti me.
Quoniam circundederunt me canes multi:
concilium malignantium obſedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos:
dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Ipſi vero conſiderauerunt et inſpexerunt me:
diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:
et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
Tu autē DOMINE ne elōgaueris auxiliū tuū a me:
ad defenſionem meam conſpice.
Erue a framea — deus .. animam meam:
et de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis:
et a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis:
in medio eccleſiæ laudabo te.
Qui timetis DOMINUM laudate eum:
vniuerſum ſemen Iaacob glorificate eum.
Timeat eum omne ſemen Iſrael:
qm̄ nō ſpreuit neqꝫ deſpexit depcationē paupis.
Nec auertit faciem ſuam a me:
et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccleſia magna:
vota mea reddam in conſpectu timentiū eum.
Edent pauperes et ſaturabuntur:
et laudabunt DOMINUM q̄ requirūt eū:
viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.
Reminiſcentur ⁊ cōuertent ad DOMINUM
vniuerſi fines terræ.
Et adorabunt in conſpectu eius:
vniuerſæ familiæ gentium.
Quoniam DOMINI eſt regnum:
et ipſe dominabitur gentium.
Manducauerūt et adorauerūt oēs pingues træ
in cōſpectu eius cadēt oēs q̄ deſcendūt i terrā.
Et anima mea non viuet:
et ſemen meum ſeruiet ipſi.
Annūciabitur DOMINO generatio ventura
et annunciabunt cæli iuſtitiam eius:
populo qui naſcetur quē fecit — dominus. ..

Circundederunt me vituli multi:
tauri pingues obſederunt me.
Aperuerunt in me os ſuum:
ſicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum:
diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum ſicut cæra liqueſcens:
in medio ventris mei.
Exaruit velut teſta virtus mea:
et lingua mea adheſit faucibus meis:
et in puluerem mortis deduxiſti me.
Quoniam circundederunt me canes multi:
concilium malignantium circundedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos:
dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Ipſi vero conſiderauerunt et conſpexerunt me:
diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:
et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
Tu autē dn̄e ne longe facias auxiliū tuū a me:
ad defenſionem meam conſpice.
Erue a framea animā meam:
et de manu canis vnicam meam.
Saluum me fac de ore leonis:
et a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis:
in medio eccleſiæ cantabo te.
Qui timetis dominum laudate eum:
vniuerſum ſemen iacob magnificate eum.
Timeat eum omne ſemen iſrael:
qm̄ nō ſpreuit neqꝫ deſpexit depcationē paupis.
Neqꝫ auertit faciem ſuam a me:
et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccleſia magna:
confitebor tibi coram timentibus eum.
Edent pauperes ⁊ ſaturabuntur ⁊ laudabunt:
dominum qui requirunt eum:
viuent corda eorū in ſæculū ſæculi.
Commemorabuntur ⁊ conuertentur ad dominū:
vniuerſi fines terræ.
Et adorabunt in conſpectu eius:
vniuerſæ patriæ gentium.
Quoniam domini eſt regnum:
et ipſe dominabitur gentium.
Manducauerūt ⁊ adorauerūt oēs diuites terræ
i cōſpectu ei⁹ pcidēt vniuerſi q̄ deſcēdūt i trā.
* Et anima mea ipſi viuet:
et ſemen meum ſeruiet ipſi.
Annunciabitur domino generatio ventura.
et annunciabunt cæli iuſtitiam eius:
populo qui naſcetur quem fecit dominus.

ARGVMENTVM. Pſalmus/recognitio beneficiorū Chriſti et trini dei qꝫ hec beneficia miſericordiam et vitam largiuntur æternam.

¶ Pſalmus dauidi xxij.
DOMINUS regit me et nichil mihi deerit:
in loco paſcuæ ibi me collocauit.
Super aquā refectionis educauit me:

¶ Pſalmus dauid. xxij.
Dominus paſcit me et nichil michi deerit:
in loco paſcuæ ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me:

Ayuntamiento de Madrid

**Vet.**

animam meam conuertit.
3 Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ:
propter nomen ſuum.
4 Nã et ſi ambulauero in medio vmbræ mortis:
non timebo mala qm̃ tu mecum es.
5 Virga tua et baculus tuus:
ipſa me conſolata ſunt.
6 Paraſti in conſpectu meo menſam:
aduerſus eos qui tribulant me.
7 Impinguaſti in oleo caput meum:
et poculum meum inebrians q̃ ꝓclarũ eſt?
8 Et miſericordia tua ſubſequetur me:
omnibus diebus vitæ meæ.
9 Vt inhabitem in domo domini:
in longitudinem dierum.

**Concil.**

animam meam conuertit.
Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ:
propter nomen ſuum.
Nam & ſi ambulauero ĩ medio vmbræ mortis:
non timebo mala qm̃ tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus:
ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti in conſpectu meo menſam:
aduerſus eos qui tribulant me.
Impinguaſti in oleo caput meum:
et calix meus inebrians q̃ ꝓclarus eſt?
Et miſericordia tua ſubſequetur me:
omnibus diebus vitæ meæ.
Et vt inhabitem in domo DOMINI:
in longitudinem dierum.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de fundamento ſalutis terrenorum in baptiſmalibus vndis/& de myſterio aſcenſionis Chriſti domini regis gloriæ et domini exercituum ad dexteram patris. ¶ Aduerte ſexto verſu. ſolum in hebræo haberi PHANEICA Iaacob faciem tuã Iacob. vbi intellige faciem illam non eam qua Iaacob ipſe videatur ſed eam quam Iaacob vidit cum dixit: vidi dominum facie ad faciem et ſalua facta eſt anima mea. quod vt apertius innuerent verterunt faciẽ dei Iacob et ſi hic expreſſe nomen dei non habeatur qui pſalmo. 19. verſu primo Elohe: pſalmo. 31. verſu ſecundo et quinto nomine DABIR exprimitur.

**Vet.**

¶ Pſalmus Dauid. xxiij.
1 Domini eſt terra et plenitudo eius:
orbis terrarũ & vniuerſi q̃ habitãt ĩ ea.
2 Ipſe ſuper maria fundauit eam:
et ſuper flumina præparauit eam.
3 Quis aſcendet in montem domini:
aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
4 Innocens manibus et mundo corde:
qui non accepit in vano animam ſuam:
et non iurauit proximo ſuo in dolo.
5 Hic accipiet benedictionem a domino:
et miſericordiam a deo ſalutari ſuo.
6 Hec eſt generatio quærentium dominũ:
quærentium faciem dei iacob.
7 Tollite portas principes veſtras/
et eleuamini portæ æternales:
et introibit rex gloriæ.
8 Quis eſt iſte rex gloriæ?
dominus fortis et potens:
dominus potens in prælio.
9 Tollite portas principes veſtras/
et eleuamini portæ æternales:
et introibit rex gloriæ.
10 Quis eſt iſte rex gloriæ?
dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

**Concil.**

¶ Pſalmus Dauidi. xxiij.
DOMINI eſt terra & plenitudo eius:
orbis terrarũ & vniuerſi q̃ habitãt ĩ eo.
Quia ipſe ſup maria fundauit eum:
et ſuper flumina præparauit eum.
Quis aſcendet in montem DOMINI:
aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus et mundo corde:
qui non accepit in vano animam ſuam:
nec iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionem a DOMINO:
et miſericordiam a DEO ſalutari ſuo. Elohe.
Hec eſt generatio quærentium eum:
quærentium faciem dei Iaacob. Selah.
Attollite portas principes veſtras:
et eleuamini portæ æternales:
et introibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ?
DOMINVS fortis et potens:
DOMINVS potens in prælio.
Attollite portas principes veſtras:
et eleuamini portæ æternales:
et introibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ?
DOMINꝰ VIRTVTVM ipſe ẽ rex gloriæ. Sebaoth

ARGVMENTVM. oratio fidelium benignam dei naturam agnoſcentium et in aduerſis opem eius poſcentium. ¶ Conciliatus verſu duodecimo et viceſimo ſecundo.

**Vet.**

¶ Pſalmus Dauid. xxiiij.
1 AD te domine leuaui animam meam:
2 deus meꝰ in te cõfido nõ erubeſcã.
Neq̃ irrideãt me inimici mei:
etenim vniuerſi qui te expectãt nõ cõfundent.
3 Confundantur iniq̃ agentes:
vana.

**Concil.**

¶ Pſalmus Dauidi. xxiiij.
AD te DOMINE leuaui animã meã:
DEVS meꝰ ĩ te cõfido nõ erubeſcã: Eloha.
Neq̃ irrideant me inimici mei:
etenim vniuerſi qui ſuſtinẽt te nõ cõfundẽtur.
Confundantur omnes iniqua agentes:
ſuperuacue.



Ayuntamiento de Madrid

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| | Vias tuas DOMINE demonſtra michi: | Vias tuas domine notas fac michi: | 4 |
| | et ſemitas tuas edoce me. | et ſemitas tuas edoce me. | |
| | Dirige me in veritate tua et doce me: | Dirige me in veritate tua doce me: | 5 |
| Elohe. | quia tu es DEUS ſaluator meus: | quoniam tu es deus ſalutaris meus: | |
| | et te ſuſtinui tota die. | et te ſuſtinui tota die. | |
| | Reminiſcere miſerationũ tuarũ DOMINE: | Reminiſcere miſerationum tuarum domine: | 6 |
| | et miſericordiarum tuarũ quia a ſæculo ſunt. * | et quia miſericordie tuæ a ſæculo ſunt. | |
| | Delicta iuuentutis meæ: | Delicta iuuentutis meæ et ignorantiæ meæ: | 7 |
| | et ignorantias meas ne memineris. | ne memineris. | |
| | Secundũ miſericordiã tuã memento mei tu: | * Secundũ miſericordiã tuã memor mei eſto deꝰ: | 8 |
| | propter bonitatem tuam DOMINE. | propter bonitatem tuam domine. | |
| | Dulcis et rectus DOMINUS: | Dulcis et rectus dominus: | 9 |
| | propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via. | propter hoc legem ſtatuit deliquẽtibus in via. | |
| | Diriget manſuetos in iudicio: | Diriget mites in iudicio: | 10 |
| | docebit mites vias ſuas. | docebit manſuetos vias ſuas. | |
| | Vniuerſæ viæ DOMINI mia et veritas: | Vniuerſæ viæ dñi miſericordia et veritas: | 11 |
| | requirẽtibus teſtamentũ eiꝰ ⁊ teſtimonia eius. | requirẽtibꝰ teſtamentũ eius ⁊ teſtimonia eius. | |
| | Propt̃ nomẽ tuũ DOMine ꝓpiciare pcõ meo: * | Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpiciaberis pctõ meo: | 12 |
| | multum eſt enim. | multum eſt enim. | |
| | Quis eſt homo qui timet DOMINUM? | Quis eſt homo qui timeat dominum? | 13 |
| | legem ſtatuit ei in via quam elegit. | legem ſtatuit ei in via quam elegit. | |
| | Anima eius in bonis demorabitur: | Anima eius in bonis demorabitur: | 14 |
| | et ſemen eius hereditabit terram. | et ſemen eius hereditate poſſidebit terram. | |
| | Firmamentũ eſt DOMINUS timẽtibꝰ eum: | Firmamentum eſt dominus timentibus eum: | 15 |
| | et teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. | et teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. | |
| | Oculi mei ſemper ad DOMINUM: | Oculi mei ſemper ad dominum: | 16 |
| | quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. | quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. | |
| | Reſpice in me et miſerere mei: | Reſpice in me et miſerere mei: | 17 |
| | quia vnicus et pauper ſum ego. | quoniam vnicus et pauper ſum ego. | |
| | Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: | Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: | 18 |
| | de neceſſitatibus meis erue me. | de neceſſitatibus meis educ me. | |
| | Vide humilitatem meam et laborem meum: | Vide humilitatem meam et laborem meum: | 19 |
| | et dimitte vniuerſa delicta mea. | et remitte omnia peccata mea. | |
| | Reſpice inimicos meos qm̃ multiplicati ſunt: | Reſpice inimicos meos quoniã multiplicati ſũt: | 20 |
| | et odio iniquo oderunt me. | et odio iniquo oderunt me. | |
| | Cuſtodi animam meã et erue me: | Cuſtodi animam meam et erue me: | 21 |
| | non erubeſcam quoniam ſperaui in te. | non confundar quoniam ſperaui in te. | |
| | Innocentes ⁊ recti adherebunt michi: * | Innocentes et recti adheſerunt michi: | 22 |
| | quia ſuſtinui te. | quoniam ſuſtinui te domine. | |
| Elohim. | Libera DEUS iſrael: | Redime deus iſrael: | 23 |
| | ex omnibus tribulationibus ſuis. | ex omnibus tribulationibus eius. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus/ de innocentia Chriſti domini/ eius in mundo couerſatione/ eiꝰ immolatione qua per proprium ſanguinem ſemel introiuit in ſancta æterna redẽptione inuenta/ dilectione ſanctarum animarum quæ templum et domus dei ſunt/ miſericordiæ adeptione/ ⁊ bñdictiõe dei triſagij in eccleſijs ſanctorum. ¶ Conciliatꝰ verſu ſexto. ¶ Aduerte primo verſu iudica me dñe: hic in tralatione hebraica Hieronymi habetur deus. Verum in omnibꝰ pſalterijs hebraicis vetuſtis et manu ſcriptis quæ tenere potui reperi magnum nomẽ dei יהוה. excepto vno quem Uuil. Raymundus mithridates manu ſua ſcripſerat i quo hoc in loco ſcriptũ erat El. ſed quia pſalterium illud michi parum fidele viſum eſt: malui notare vt in vetuſtioribus comperi ſigno magni nominis dei. Veriſimile tamen eſt in pſalterio Hieronymi aut El aut aliud ꝙ tetragrammaton nomen fuiſſe ſi vertit deus: alioqui dominus ꝙ̃ deus vertere maluiſſet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus dauidi. xxv. | ¶ Pſalmus dauid. xxv. | 1 |
| | IUdica me DOMINE | IUdica me domine | |
| | qm̃ ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum: | quoniã ego in innocẽtia mea ambulaui: | |
| | et in DOMINO ſperãs nõ infirmabor. | et in dño ſperans non infirmabor. | |

Ayuntamiento de Madrid

2 Proba me domine et tenta me:
vre renes meos et cor meum.
3 Q̄m̄ miſericordia tua ante oculos meos eſt:
et complacui in veritate tua.
4 Non ſedi cum concilio vanitatis:
et cum iniqua gerentibus non introibo.
5 Odio habui congregationem malignantium:
et cum impijs non ſedebo.
6 Lauabo inter innocentes manus meas:
et circundabo altare tuum domine.
7 Ut audiam vocem laudis tuæ:
et enarrem vniuerſa mirabilia tua.
8 Domine dilexi decorem domus tuæ:
et locum habitationis gloriæ tuæ.
9 Ne perdas cum impijs animam meam:
et cum viris ſanguinum vitam meam.
10 In quorum manibus iniquitates ſunt:
dextera eorum repleta eſt muneribus.
11 Ego autem in innocentia mea ambulaui:
redime me et miſerere mei.
12 Pes meus ſtetit in rectitudine:
in eccleſijs benedicam te domine.

Proba me DOMINE et tenta me:
vre renes meos et cor meum.
Q̄m̄ miſericordia tua ante oculos meos eſt:
et complacui in veritate tua.
Non ſedi cum concilio vanitatis:
et cum iniqua gerentibus non introibo.
Odiui eccleſiam malignantium:
et cum impijs non ſedebo.
* Lauabo in innocentia manus meas:
et circundabo altare tuum DOMINE.
Ut audiam vocem laudis:
et enarrem vniuerſa mirabilia tua.
DOMINE dilexi decorem domus tuæ:
et locum habitationis gloriæ tuæ.
Ne p̄das cū impijs — deus .. animā meam:
et cum viris ſanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates ſunt:
dextera eorum repleta eſt muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum:
redime me et miſerere mei.
Pes meus ſtetit in directo:
in eccleſijs benedicam te DOMINE.

ARGUMENTUM. Pſalmus de confidentia et ſecuritate Chriſti/ protectione eius a diuinitate/ immolatione eius/ inſurrectione falſorum teſtium in eum/ certa expectatione æternorum bonorū in terra viuentium. ¶ Conciliatus verſu octauo/ vndecimo et duodecimo. ¶ Aduerte decimo verſu in petra. tam Hieronymus q̄ interpretes hic Sur interpretati ſunt petra. quod pſalmo. 17. verſu 34. hi deum ille fortem et 50. tam hi q̄ ille deum.

¶ Pſalmus Dauid. xxvi.

1 Dominus illuminatio mea et ſalus mea:
quem timebo?
2 Dominus protector vitæ meæ.
a quo trepidabo?
3 Dum appropiant ſuper me nocentes:
vt edant carnes meas.
4 Qui tribulant me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt et ceciderunt.
5 Si conſiſtant aduerſum me caſtra:
non timebit cor meum.
6 Si inſurgat in me prælium:
in hoc ego ſperabo.
7 Unam petij a domino hanc requiram:
vt inhabitē in domo dn̄i oēs dies vitæ meæ:
8 Ut contempler delectationem domini:
et protegar a templo eius.
9 Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo:
in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
10 In petra exaltauit me:
⁊ nūc ecce exaltauit caput meū ſr īimicos meos.
11 Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius
hoſtiam iubilationis:
12 cantabo ⁊ pſallam domino.
Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te:
13 miſerere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meū quæſiui vultū tuū:
vultū tuū dn̄e requiram.

¶ Dauidi. xxvi.

DOMINUS illuſtatio mea ⁊ ſal⁹ mea:
quem timebo?
DOMINUS protector vitæ meæ:
a quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes:
vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt et ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra:
non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prælium:
in hoc ego ſperabo.
Unam petij a DOMINO hanc requiram:
vt ihbitē ī domo DOMini oīb⁹ dieb⁹ vitæ meæ
* Ut videam voluptatem DOMINI:
et viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo:
in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
* In petra exaltabit me:
et nūc exaltauit caput meū ſup īimicos meos.
* Circuibo ⁊ immolabo in tabernaculo eius
hoſtiam vociferationis:
cantabo et pſalmū dicam DOMINO.
* Exaudi DOMINE vocē meā q̄ clamo ad te:
miſerere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meū/ exquiſiuit te facies mea:
faciē tuā DOMINE requiram.



Ayuntamiento de Madrid

**CONCIL.**

Ne auertas faciem tuam a me:
ne declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto ne derelinquas me:
Elohe. neq; deſpicias me DEUS ſalutaris meus.
Qm̃ pater meꝰ ⁊ mater mea dereliquerũt me:
DOMINUS autem aſſumpſit me.
Legem pone michi DOMINE in via tua/
et dirige me in ſemita recta:
propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantiũ me:
quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui:
et mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona DOMINI:
in terra viuentium.
Expecta DOMINUM viriliter age
et cõfortet̃ cor tuũ: ⁊ ſuſtine DOMINUM.

**VET.**

Ne auertas vultum tuum a me: 14
ne declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto ne derelinquas me: 15
neq; deſpicias me deus ſalutaris meus.
Qm̃ pater meꝰ ⁊ mater mea dereliquerũt me: 16
dominus autem aſſumpſit me.
Legem michi conſtitue domine in via tua/ 17
et dirige me in ſemita recta:
propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: 18
quoniam inſurrexerunt michi teſtes iniqui:
et mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini: 19
in terra viuentium.
Suſtine dominum/ viriliter age: 20
et confortetur cor tuum et ſuſtine dominum.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ oratio Chriſti dñi ſcd̃m carnis diſpẽſationẽ ad patrẽ ⁊ tribypoſtaticã diuinitatẽ/ exauditio eiꝰ/ ⁊ deprecatio eius pro pplo fideli. ¶ Cõciliatꝰ verſu primo ⁊ ſexto

**CONCIL.**

¶ Dauidi. xxvij

AD te DOMINE clamabo/
El. DEUS meus ne ſileas a me:
nequando taceas a me
aſſimiler deſcendentibus in lacum. *
Exaudi DOMine vocẽ orõis mee dũ oro ad te:
dũ extollo manꝰ meas ad templũ ſanctũ tuũ.
Ne ſimul tradas me cum peccatoribus:
et cũ operantibus iniquitatẽ ne perdas me.
Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo:
mala autem in cordibus eorum.
Da illis ſecundum opera eorum:
et ſecundum næquitiã adinuentionũ ipſorum.
Secundũ opera manuũ eorum tribue illis:
redde rerributionem eorum ipſis.
Qm̃ non intellexerunt opera DOMINI:
et opera manuum eius: *
deſtrues illos et non edificabis eos.
Benedictus DOMINUS;
qm̃ exaudiuit vocẽ deprecationis meæ.
DOMINUS adiutor meus ⁊ ꝓtector meꝰ/
et in ipſo ſperauit cor meum:
et adiutus ſum.
Et refloruit caro mea:
et ex voluntate mea confitebor ei.
DOMINUS fortitudo plebis ſuæ:
Meſiah. et protector ſaluationũ CHRISTI ſui eſt.
Saluum fac populũ tuũ domine
et benedic hereditati tuæ:
Cōculcauerūt me inimici mei tota die:
Quoniā multi bellātes aduerſum me.
Ab altitudine diei timebo:
ego vero in te ſperabo.
In DEO laudabo ſermones in DEO ſperaui: Elohim.
non timebo quid faciat michi caro. Elohim.
* Tota die verba execrabātur:
aduerſū me oēs cogitatiōes eorū in malum.
Inhabitabunt z abſcondent:
ipſi calcaneum meum obſeruabunt.
* Expectauerunt animam meam
pro nichilo ſaluos facies illos:
in ira populos confringes.
DEVS vitam meam annunciaui tibi: Elohim.
poſuiſti lachrimas meas i conſpectu tuo
Sicut et in promiſſione tua:
tunc conuertentur inimici mei retrorſum.
In quacunq; die inuocauero te:
ecce cognoui quoniam DEVS meus es. Elohim.
In Deo laudabo vbū i Dñō laudabo ſermonē Elohim
in Deo ſperaui non timebo qd faciat michi hō: Elohim.
In me ſunt DEVS vota tua: Elohim.
reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuiſti animam meam de morte:
et pedes meos de lapſu.
vt placeam coram DEO in lumine viuentium. Elohim.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹/ oratio Chriſti dñi in paſſiōe/liberatiōe ei⁹ ex dormitione/ hoſtiū eius precipitatiōe/ matutina a ſōno mortis excitatiōe/ cōfeſſiōe z manifeſtatiōe diuinitatis i populis diuina miſeratiōe z veræ fidei ei⁹ multiplicatiōe/ ſupeminēti eius cælis z terræ gloriæ exaltatiōe

¶Pſalmus Dauid. lvj.
1 Miſerere mei deus miſerere mei:
quoniam in te confidit anima mea.
2 Et in vmbra alarum tuarum ſperabo:
donec tranſeat iniquitas.
3 Clamabo ad deum altiſſimum:
deum qui benefecit michi.
4 Miſit de cælo z ſaluum fecit me:
dedit in opprobrium conculcantes me.
5 Miſit de cælo miſericordiam ſuā z veritatē ſuā:
et eruit animā meā de medio catulorum leonū:
dormiui conturbatus.
6 Filij hominū denteseorū arma z ſagittæ:
et lingua eorum gladius acutus.
7 Exaltare ſuper cælos deus:
et in omni terra gloria tua.
8 Muſcipulam parauerunt pedibus meis:

¶Ad victoriam Dauidi. lvj.
Miſerere mei DEus miſerere mei: Elohim.
quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum ſperabo:
donec tranſeat iniquitas.
Clamabo ad DEum ALTISſimum: Elohim.
DEum qui benefecit michi. Elion.
Miſit de cælo z liberauit me. El
dedit in opprobrium conculcantes me. Selah.
Miſit DEus miſam ſuam z veritatem ſuam: Elohim.
et eripuit animā meā de medio catulorum leonū:
dormiui conturbatus.
Filij hominū dentes eorū arma z ſagittæ:
et lingua eorum gladius acutus.
Exaltare ſuper cælos DEus: Elohim.
et ſuper omnem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis:

Ayuntamiento de Madrid

et incuruauerũt animã meã.
Foderũt ante faciẽ meã foueã:
τ inciderunt in eam.
Elohim. Paratũ cor meũ DEus paratũ cor meũ:
cantabo τ pſalmum dicam.
Exurge gloria mea exurge pſalteriũ τ cithara.
exurgam diluculo.
Adonai. Confitebor tibi in populis DOMINE:
τ pſalmum dicam tibi in gentibus.
Qm̃ magnificata eſt vſq; ad cælos mia tua:
τ vſq; ad nubes veritas tua.
Elohim. Exaltare ſuper cælos DEus:
τ ſup omnem terrã gloria tua.

et incuruauerũt animã meã.
Foderũt ante faciẽ meã foueã: 9
τ ipſi inciderunt in eam.
Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: 10
cantabo τ pſallam.
Exurge glia mea exurge pſalteriũ τ cithara: 11
exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis dñe: 12
τ pſallam tibi in gentibus.
Quia magnificata eſt vſq; ad cælos mia tua: 13
τ vſq; ad nubes veritas tua.
Exaltare ſuper cælos deus: 14
τ ſup omnem terram gloria tua.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / exhortatio ĩ ſpũ quo carnales viri reſipiſcãt / alioq; intelligãt ſe ſẽſuros vltricẽ manũ dei τ acerbas ĩ morte ſecũda ſe daturos pœnas / ne vnq; ad lumẽ viuẽtiũ reſpiraturos: iuſtos autẽ ſup iuſto iudicio dei in eorũ pœnis lætaturos / τ oẽs cognoſcituros q; deus iuſt⁹ iudex eſt ſontes plectẽs τ ꝑmitans inſontes. ¶ Cõciliatus ꝟſu quarto / quĩto / nono τ vndecimo.

¶ Ad victoriam Dauidi. lvij.
SI vere vtiq; iuſtitiã loquimini:
recte iudicate filij hominũ.
Etenĩ in corde iniqtates opamini ĩ terra:
iniuſtitias manus veſtræ cõcinnãt.
Alienati ſũt peccatores a vulua:
errauerũt ab vtero / locuti ſunt falſa.
Furor illis ſcdm ſimilitudinẽ ſerpẽtis:
ſicut reguli ſurdi τ obturãtis aures ſuas.
Qui non exaudiet vocẽ incãtantiũ:
τ venefici incãtantis ſapienter.
Elohim. DEus cõteret dẽtes eorũ in ore ipſorũ:
molas leonum cõfringet DOMINus.
Ad nichilũ deuenient tanq; aqua decurrẽs:
intẽdit arcũ ſuũ donec infirmẽtur.
Sicut cæra quæ fluit auferentur:
ſupcecidit ignis τ non viderũt ſolẽ.
Priuſq; intelligãt ſpinæ veſtræ rhamnũ:
ſic viuẽtes ſic in ira abſorbebit eos.
Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictã:
manus ſuas lauabit in ſãguine pctõris.
Elohim. Et dicet homo vtiq; eſt fructus iuſto:
vtiq; eſt DEus iudicãs eos in terra.

¶ Pſalmus Dauid. lvij.
SI vere vtiq; iuſtitiã loquimini: 1
recta iudicate filij hominũ.
Et enĩ ĩ corde iĩqtates opamini in terra: 2
iniquitates manus veſtræ cõnectũt.
Alienati ſũt peccatores a vulua: 3
errauerũt a vẽtre / locuti ſũt falſa.
Indignatio eis ſcdm ſimilitudinẽ ſerpẽtis: 4
* ſicut aſpidis ſurde τ obturãtis aures ſuas.
* Quæ non exaudiet vocẽ incãtantiũ: 5
τ medicamẽti meditati a ſapiente.
Deus ꝯtriuit dẽtes eorũ in ore ipſorũ: 6
molas leonũ ꝯfringit dominus.
Spernẽtur tanq; aqua decurrẽs: 7
intẽdit arcũ ſuũ donec infirmẽtur.
Sicut cæra liquefacta auferẽtur: 8
ſupcecidit ignis τ non viderũt ſolẽ.
* Priuſq; ꝓducat ſpinas veſtras rhãnus: 9
* tanq; viuẽtes tanq; in ira ꝓbibit eos.
Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictã: 10
manus ſuas lauabit in ſãguine pctõris.
* Et dicet homo ſi ergo eſt fructus iuſto: 11
ergo eſt deus iudicãs eos in terra.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / oratio Chriſti dñi ad patrẽ τ diuinitatẽ pro ſua liberatiõe de manibus peccatorũ τ hoſtiũ fortiũ / ꝙ non ſuo peccato / ſua culpa illa patiatur qui peccatum non fecit et qui curſum vitæ ſuæ inſons ꝑegit / inuocatio diuinæ iuſtitiæ in ipſos τ ꝑtinaces / miſeratio diuina in eũ / ꝙ hebræi inimici eius nõ omnino ad finẽ ſæculi delẽdi ſed diſpẽdendi in omnes gentes quia regẽ gloriæ negauerũt τ morte turpiſſima crucis ſupplicio affecerũt eũ. ꝙ ĩ fine ſæculi ad deum τ ad ꝑſitendum Meſiah quem negauerunt reuerſuri ſunt / interim fideles fortes in fide et robuſti dei miſericordiam laudabunt qui eis donando vitam ſaluum fecit Chriſtum ſuum. ¶ Conciliatus verſu octauo / decimo / quintodecimo τ ſeptimodecimo.

¶ Ad victoriam Dauidi. lviij.
Eloha. ERipe me de inimicis meis DEus meus:
τ ab inſurgẽtibus in me libera me.
Eripe me de operãtibus iniquitatẽ:
τ de viris ſãguinũ ſalua me.
Quia ecce ceperunt animã meã:
irruerunt in me fortes.
Neq; iniquitas mea neq; peccatũ meũ DñE:
ſine iniquitate cucurri τ direxi.

¶ Pſalmus Dauid. lviij.
ERue me de inimicis meis deus meus: 1
τ ab inſurgẽtibus ſup me redime me.
Erue me de operãtibus iniquitatẽ: 2
τ de viris ſãguinũ ſaluũ me fac.
Quia ecce venati animã meã: 3
irruerunt ſuper me fortes.
Neq; iniquitas mea neq; peccatũ meũ dñe: 4
ſine iniquitate cucurri τ dirigebar.

Ayuntamiento de Madrid

5 Exurge in occurſũ michi et vide:
et tu domine deus virtutum deus iſrael.
6 Intende ad viſitandũ omnes gentes:
non miſerearis omniũ qui operãtur iniquitatẽ.
7 Cõuertẽt ad veſperũ ꝛ famẽ patient vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
8 Ecce ipſi loquẽt ĩ ore ſuo ꝛ gladiꝰ ĩ labijs eorũ:
quoniam quis audiuit.
9 Et tu domine deridebis eos:
pro nichilo habebis omnes gentes.
10 Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam:
quia deus ſuſceptor meus es:
deus meus miſericordia eius præueniet me.
11 Deꝰ meꝰ demõſtrauit michi ĩ inimicis meis ne
occideris eos: neq̃ obliuiſcant legis tuæ.
12 Diſperge eos in virtute tua:
et deduc eos protector meus domine.
13 Delicta oris eorũ ſermones labiorũ eorũ:
et cõprehendantur in ſuperbia ſua.
14 Et ex maledicto ꝛ mendacio annunciabũtur cõ-
ſumationes: in ira cõſumationis ꝛ non erunt.
15 Et ſcient quia deus dominabitur iacob:
et finium terræ.
16 Cõuertent ad veſperã ꝛ famẽ patient vt canes:
et circuibũt ciuitatem.
17 Diſpergentur vt edant:
ſi autem non ſatiabuntur et murmurabunt.
18 Ego autem cantabo potentiã tuam:
et exultabo mane miſericordiã tuam.
19 Quia factus es ſuſceptor meus:
ꝛ refugiũ meũ in die tribulationis meæ.
20 Adiutor meus tibi pſallam.
qꝛ tu deꝰ ſuſceptor meꝰ es: deꝰ meus mĩa mea.

Exurge in occurſum meum et vide:
ꝛ tu DOMINE DEUS UIRTUTũ deus iſrael. ¶ Elohi.
Intende ad viſitandas omnes gentes: Sebaoth.
nõ miſerearis oĩbus qui operantur iniquitatẽ. Elohe.
Cõuertent ad veſperã ꝛ famẽ patient vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
* Ecce loquunt in ore ſuo ꝛ gladius in labijs eorũ:
quoniam quis audiuit.
Et tu DOMINE deridebis eos: ¶
ad nichilũ deduces omnes gentes.
Fortitudinẽ meã ad te cuſtodiam:
quia DEUS ſuſceptor meus es: Elohim.
* DEI mei miſericordia præueniet me. Elohe.
DEus oñdit mihi ĩr inimicos meos / ne occidas Elohim.
eos nequãdo obliuiſcantur populi mei.
Diſperge illos in virtute tua:
et depone eos protector meus DOMINE. Adonai.
* In delicto oris eorũ in ſermone labiorũ ipſorũ:
et comprehendantur in ſuperbia ſua.
Et de execratiõe ꝛ mẽdacio ãnũciabũt ĩ cõſuma
tione in ira conſumationis et non erunt.
* Et ſciant quia DEUS dñabitur Iaacob. Elohim.
et finium terræ.
Cõuertent ad veſperã ꝛ famẽ patient vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
Ipſi diſpergentur ad manducandũ:
* ſi vero non fuerint ſaturati murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane miſericordiã tuam.
Quia factus es ſuſceptor meus:
ꝛ refugiũ meũ in die tribulationis meæ.
Adiutor meus tibi pſallam.
qꝛ DEUS ſuſceptor meꝰ es DEꝰ meꝰ mĩa tua. Elohim.

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ / oratio fidelis ſynagoge / oraculũ dei de adiectiõe ad terrã ſactã: ꝛ q̃ non eſt ſalus in homine / ſed oĩs virtus ꝛ fortitudo a dño deo eſt. ¶ Conciliatus verſu vndecimo. Elohe.

¶ Pſalmus Dauid. lviiij.

1 Deus repuliſti nos ꝛ deſtruxiſti nos:
iratus es ꝛ miſertus es noſtri.
2 Cõmouiſti terram ꝛ cõturbaſti eã:
ſana contritiones eius quoniã mota eſt.
3 Oſtendiſti plebi tuæ dura:
potaſti nos vino ſtimulationis.
4 Dediſti metuentibus te ſignificationẽ:
vt fugiant a facie arcus.
5 Ut liberentur dilecti tui:
ſaluũ me fac dextera tua ꝛ exaudi me.
6 Deꝰ locutꝰ ẽ ĩ ſctõ ſuo / lætabor ꝛ diuidã ſichimã
ꝛ conuallem tabernaculorũ dimetiar.
7 Meus eſt galaad ꝛ meus eſt manaſſes:
ꝛ ephrem fortitudo capitis mei.
8 Iuda rex meus:
moab olla ſpei meæ.
9 In idumæã extendã calciamentũ meũ:
michi allophyli ſubditi ſunt.
10 Quis deducet me in ciuitatẽ circumſtantiæ.
quis deducet me vſq; in idumæã?

¶ Ad victoriam Dauidi. lviiij.

DEUS repuliſti nos ꝛ deſtruxiſti nos: Elohim.
iratus es ꝛ miſertus es nobis.
Commouiſti terrã ꝛ cõturbaſti eã:
ſana contritiones eius quia cõmota eſt.
Oſtendiſti populo tuo dura:
potaſti nos vino compunctionis.
Dediſti metuentibus te ſignificationẽ:
* vt fugerent a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui.
ſaluũ fac dextera tua ꝛ exaudi me.
DEꝰ locutꝰ ẽ in ſctõ / lætabor ꝛ ptibor ſichimã: Elohim.
ꝛ conuallẽ tabernaculorũ metibor.
Meus eſt galaad ꝛ meus eſt manaſſes:
ꝛ ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus:
moab olla ſpei meæ.
In idumæã extendã calciamentũ meũ:
michi alienigenæ ſubditi ſunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã?
qui deducet me vſq; in idumæã?

Ayuntamiento de Madrid

Elohim. Nonne tu DEUS qui repuliſti nos:
Elohim. ⁊ nõne egredieris DEUS ĩ virtutibꝰ nr̃is?
Da nobis auxiliũ de tribulatione:
quia vana ſalus hominis.
Elohim. In DEO faciemus virtutem:
⁊ ipſe ad nichilũ deducet tribulãtes nos.

Nonne tu deus qui repuliſti nos: 11
* ⁊ non egredieris deus in virtutibus noſtris?
Da nobis auxiliũ de tribulatione: 12
⁊ vana ſalus hominis.
In deo faciemus virtutem: 13
⁊ ipſe ad nichilũ deducet inimicos noſtros.

ARGUMENTUM. Pſalmus/oratio populi fidelis vbicũqꝫ gentiũ tribulati ad deũ trinũ ſuꝑ oĩa benedictum/ ꝙ exaltatus ſit in Chriſto dño / ꝙ habitacula dei expectet æterna quia illam here ditatem dat deus timentibus nomen ſuum/ ꝙ Chriſtus rex manet in æternum ante cõſpectum diui næ maieſtatis cuius miſericordiam ⁊ veritatẽ nullus poteſt effari/populus ſanctus quotidie pſal lit/quotidie deo immolat vota ſua ſacrificium laudis. ¶ Conciliatus verſu octauo.

¶ Ad victoriam Dauidi. lx.

Elohim. EXaudi DEUS deprecationẽ meã:
intende orationi meæ.
A finibus terre ad te clamaui:
dum anxiaretur cor meũ ĩ petra exaltaſti me.
Deduxiſti me quia factus es ſpes mea:
turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo ĩ tabernaculo tuo in ſæcula:
ꝓtegar in velamento alarũ tuarũ. Selah.
Elohim. Quoniã tu DEUS meus exaudiſti orõnẽ meã:
dediſti hereditatẽ timẽtibus nomen tuum.
Dies ſuper dies regis adiicies:
annos eiꝰ vſqꝫ in diẽ gñationis ⁊ gñationis.
Elohim. Permanet in æternũ in conſpectu DEI:
miam ⁊ veritatẽ eius quis requiret?
Sic pſalmũ dicã nomini tuo in ſæculũ ſæculi:
reddens vota mea de die in diem.

¶ Pſalmus Dauid. lx.

EXaudi deus deprecationẽ meã: 1
intende orationi meæ.
A finibus terræ ad te clamaui: 2
dum angeretur cor meũ in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me quia factus es ſpes mea: 3
turris fortitudinis a facie inimici.
Inquilinus ero ĩ tabernaculo tuo vſqꝫ ĩ ſæcula: 4
cooperiar in velamento alarũ tuarũ.
Quoniã tu deus exaudiſti orationẽ meã: 5
dediſti hereditatẽ timentibus nomen tuum.
Dies ſuper dies regis adiicies: 6
annos eius vſqꝫ in diẽ gñationis et gñationis.
Permanebit in æternũ in conſpectu dei: 7
miam ⁊ veritatẽ eius quis requiret ei?
Sic pſallã nomini tuo deus in ſæculũ ſæculi: 8
* vt reddã vota mea de die in diem.

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ/oratio fidelis ppl̃i ĩ preſſura ſe in deo ⁊ Chriſto ſalutari eiꝰ ꝯſolã tis/exhortatio vt oẽs natiões ãte eũ corda effũdãt/admonitio ad filios hoĩm ne in vanitatibꝰ ⁊ iniq̃ tatibꝰ ſuis cõfidant qꝛ deus vnicuiqꝫ reddet iuxta opera eius/bona bonis / pœnas ⁊ ſupplicia ma lis. ¶ Cõciliatus verſu tertio ⁊ ſeptimo. ¶ Aduerte ſecũdo verſu/ſexto ⁊ ſeptimo vocabulũ Sur ĩ terp̃tes vertũt deꝰ/Hieronymꝰ ſcđo verſu ſcutũ /ſexto fortitudo ⁊ ſeptĩo robur vbi pro cõciliatione poſuimꝰ fortitudo. At p̃cedẽtis pſalmi verſu ſcđo interp̃tes verterunt petra/Hieronymus fortis.

¶ Ad victoriam pſalmus Dauidi. lxi.

Elohim. NOnne DEO ſubiecta erit anima mea:
Jeſua. ab ipſo eni SALUTARE meum.
Sur. Nã ⁊ ipſe DEꝰ meꝰ ⁊ SALutaris meꝰ:
Jeſua. ſuſceptor meus non mouebor amplius.
Quouſqꝫ irruitis ĩ hoĩem ĩterficitis vniuerſi vos:
tanqꝫ paries inclinatꝰ ⁊ maceria depulſa.
Uerumtamẽ preciũ meũ cogitauerunt repellere:
cucurri in ſiti:
ore ſuo bñdicebãt ⁊ corde ſuo maledicebant.
Elohim. Uerũtamẽ DEO ſubiecta eſto anima mea:
quoniã ab ipſo patientia mea.
Sur Jeſua Q̃r ipſe DEUS meꝰ ⁊ SALUATOR meꝰ:
Elohim. adiutor meus non emigrabo.
Jeſua. In DEO SALUTARE meũ ⁊ glĩa mea:
Sur. fortitudo auxilii mei ⁊ ſpes mea in DEO eſt.
Elohim. Sperate in eo omnis congregatio populi:
effundite coram illo corda veſtra:
Elohim. DEUS adiutor nr̃ [illegible] in æternũ. Selah.
Uerũtamen vani filii hominũ:
mendaces filii hominum in ſtateris:
vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.
Nolite ſperare in iniquitate:

¶ Pſalmus Dauid. lxi.

NOnne deo ſubiicietur anima mea: 1
ab ipſo enim ſalutare meum.
Etenĩ ipſe eſt deꝰ meus ⁊ ſalutaris meꝰ: 2
ſuſceptor meus non mouebor amplius.
Quouſqꝫ apponitis ſuꝑ hoĩem ĩterficere oẽs: 3
* tanqꝫ parieti inclinatio ⁊ maceriæ impulſæ.
Uerũtamen honorẽ meũ cogitauerũt repellere: 4
cucurri in ſiti:
ore ſuo benedicebant ⁊ corde ſuo maledicebãt.
Uerũtamen deo ſubiicietur anima mea: 5
quoniã ab ipſo eſt patientia mea.
Quoniã ipſe eſt deus meus ⁊ ſalutaris meus: 6
ſuſceptor meus non emigrabo.
In deo ſalutare meũ ⁊ gloria mea: 7
* deus auxilii mei ⁊ ſpes mea in deo.
Sperate in eo omne conſiliũ plebis: 8
effundite coram illo corda veſtra:
deus adiutor noſter.
Uerũtamen vani filii hominum: 9
mendaces filii hominum in ſtateris:
vt decipiant ipſi de vanitate in vnum. 10
Nolite ſperare ſuper iniquitate:

Ayuntamiento de Madrid

et rapinam ne concupiſcatis:
diuitiæ ſi fluant ne apponatis cor.
11 Semel locutus eſt deus duo hæc audiui:
quoniam poteſtas dei eſt/ et tibi domine miſa:
quia tu reddes vnicuiq; ſecundũ opera ſua.

et rapinas nolite concupiſcere:
diuitæ ſi affluant nolite cor apponere.
Semel locutus eſt DEUS duo hæc audiui:
qr poteſtas DEI eſt/ ꝛ tibi DOMINE miſa:
quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua.

Elohim. Elohim. Adonai.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ de diuina cõtẽplatione Chriſti dñi in deſerto/ ꝙ ſpũales nequitiæ ad eũ tẽtãdũ quo eiꝰ aĩam diriperẽt fruſtra acceſſerit vt quæ peſſũdatæ ad inferiora terræ detur batæ ſint et gladio diuio ꝓ vulpiũ doloſitate ꝑcuſſæ. de ſpũali gaudio dñi ꝛ laude bonorum. ꝙ ora blaſphẽmi tẽtatoris et iniqua loquẽtis ſacris eloquijs obſtruxerit. ¶ Cõciliatꝰ verſu ſexto ꝛ ſeptio.

¶ Pſalmus Dauid. lxij.

1 DEus deus meus:
ad te de luce vigilo.
2 Sitiuit tibi anima mea:
ꝙ multipliciter tibi et caro mea.
3 In terra deſerta et ſine via et ſine aqua:
ſic in ſancto apparui tibi:
vt viderem potentiam tuam et gloriam tuam.
4 Quoniã melior eſt miſericordia tua ſuper vitas:
labia mea laudabunt te.
5 Sic benedicam te in vita mea:
et in nomine tuo leuabo manus meas.
6 Tanq; adipe et pinguedine repleatur aĩa mea: *
et labia exultationis laudabunt nomen tuum.
7 Sic memoratus ſum tui ſuper ſtratum meũ/ *
in diluculis meditabar in te:
quia factus es adiutor meus.
8 Et in velamento pennarũ tuarũ exultabo/ agglu
tinata eſt aĩa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.
9 Ipſi vero in vanũ quæſierũt animã meã/
introibunt in inferiora terræ:
tradẽtur ĩ manus gladij partes vulpiũ erũt.
10 Rex vero lætabitur in deo/
laudabitur omnis qui iurat in ipſo:
quoniã oppillatum eſt os loquentiũ iniqua.

¶ Pſalmus Dauidi. lxij.

DEUS DEUS meus:
ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea:
ꝙ multipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta inuia et inaquoſa:
ſic in ſancto apparui tibi:
vt viderem virtutem tuam et gloriam tuam.
Quonia melior eſt miſericordia tua ſuper vitas:
labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea:
et in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine replebitur aĩa mea:
et labijs exultationis laudabit os meum.
Memor fui tui ſuper ſtratum meum/
in matutinis meditabor in te:
quia fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo/
adheſit aĩa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua
Ipſi vero in vanũ quæſierũt animã meam/
introibunt in inferiora terræ:
tradentur in manus gladij partes vulpiũ erunt.
Rex vero lætabitur in DEO/
laudabuntur omnes qui iurant in eo:
quia obſtructũ eſt os loquentium iniqua.

Elohim. El. Elohim.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ oratio piorũ vt imunes fierẽt a peccato eorũ ꝗ cõſpiraturi erãt et malignaturi ĩ Chriſtũ dñm/ præuiſio quõ mala cõcilia inituri et linguas armaturi eſſent ad morti tradẽdũ innocentẽ Chriſtũ/ ꝙ ſubito ſagittaturi eſſẽt deũ/ ꝙ deũ nõ timerẽt/ ꝙ pertinaciter mortem ꝛ crucifixionẽ eius peterent/ ꝙ ſtuduerint depræhendere Chriſtũ regẽ benedictũ in peccato quia cum homo eſſet ſe faceret deũ/ ꝙ ſua ſcrutinia illis nichil profuerũt. nã Chriſtus dñs naſciturus erat homo/ cor eius profundũ ꝛ inſcrutabile/ et exaltandus deus/ ꝙ ſagittæ illæ in ipſos authores ſunt retorſæ/ ꝙ lingue eorum contra eos ipſos debiles factæ ſũt et infirmæ/ de turbatione et timore eorum qui eorum confuſionem videre/ et annunciatione mirabilium dei/ et intellectione operũ eius / ſpe in domino et exultatione iuſtorum. ¶ Conciliatus verſu ſecundo/ ſeptimo et nono.

¶ Pſalmus Dauid. lxiij.

1 EXaudi deus orationẽ meã cum deprecor:
a timore inimici erue animã meam.
2 Protexiſti me a cõuentu malignantiũ:
a multitudine operantium iniquitatem.
3 Quia exacuerũt tanq; gladiũ liguas ſuas:
intenderunt arcum rem amaram:
vt ſagittarent in abſcondito immaculatũ.
4 Repente ſagittabunt eũ ꝛ nõ timebũt:
obfirmauerunt ſibi ſermonem malignũ.
5 Narrauerunt vt abſconderent muſcipulas:
dixerunt quis videbit eas?
6 Perſcrutati ſunt iniquitatem:

¶ Pſalmus Dauidi. lxiij.

EXaudi DEUS orationẽ meã cũ depcor
a timore inimici eripe animã meã.
Protege me a conuentu malignantiũ:
a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerũt vt gladiũ linguas ſuas:
intenderunt arcum rem amaram:
vt ſagittent in occultis immaculatum.
Subito ſagittabunt eum et non timebunt:
firmauerunt ſibi ſermonem næquam.
Narrauerunt vt abſconderent laqueos:
dixerunt quis videbit eos?
Scrutati ſunt iniquitates:

Elohim

Ayuntamiento de Madrid

deſecerunt ſcrutantes ſcrutinio.
Accedet homo et cor altum:
Elohim. et exaltabitur DEUS.
Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum:
et infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati ſunt omnes qui videbant eos:
et timuerunt omnes homines.
Elohim. Et annunciauerunt opera DEI:
et facta eius intellexerunt.
Lætabit iuſtus ĩ DOMINO et ſpabit ĩ eo:
et laudabuntur omnes recti corde.

deſecerunt ſcrutantes ſcrutationes.
* Accedet homo ad cor altum: 7
et exaltabitur deus.
Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum: 8
infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati ſunt omnes qui videbant eos: 9
* et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei: 10
et facta eius intellexerunt.
Lætabitur iuſtus in dño et ſperabit in eum: 11
et laudabuntur omnes qui recti ſunt corde.

ARGUMENTUM. Pſalmus / ꝙ ĩ eccleſia Chriſti ĩeffabilẽ deũ laus pſerti ĩeffabilis et ĩ ſilẽtio mẽtis deceat ⁊ votoꝝ redditio / ꝙ illa pro oĩm ſalute amicoꝝ / ĩimicoꝝ / fideliũ ⁊ ĩfideliũ pcetur / eiuſdem propriarũ iniquitatũ ad eũ qui vere ꝓpiciabilis eſt cõfeſſio / de beatitudine ⁊ ſufficiẽtia bonoꝝ ſupnæ habitatiõis. itẽ deprecatio eius vt a Chriſto deo exaudiatur / de Chriſti oĩpotẽti virtute ⁊ ſignoꝝ poteſtate data ĩ primitiua ⁊ nouiſſima in fine tẽpoꝝ eccleſia / de viſitatiõe dei / baptiſmo per oẽs gentes recipiendo / ⁊ alimẽto doctrinæ pacis / diuinæ cognitionis ⁊ amoris inebriatione / bñdictiõe diuina / ꝙ nulle mẽtes / nullæ nationes erũt relicte / de ꝑfectiõe paſtoꝝ / abũdãti paſtu doctrinæ ſubditoꝝ / ⁊ ad deũ laudandũ vnanimi cõſenſione. ¶ Cõciliatus verſu tertio / q̃rto / ſexto ⁊ quartodecio

¶ Pſalmus Dauidi. lxiiij.

Elohim. TE decet hymnus DEUS in ſion:
et tibi reddetur votũ in Jeruſalẽ.
Exaudi orationem meam:
ad te omnis caro veniet.
Verba inquitatũ præualuerunt ſuper nos:
et impietatibus noſtris tu propiciaberis.
Beatus quem elegeris et aſſumpſeris:
habitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ:
ſanctum eſt templũ tuũ / mirabile in æquitate.
Elohe. Exaudi nos DEUS SALUTARIS nr̃:
Jeſua. ſpes omnium finium terræ et maris longiqui.
Præparãs mõtes in virtute tua accict⁹ potẽtia:
qui conturbas profundum maris:
ſonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes:
et timebũt qui habitant terminos a ſignis tuis:
exitus matutini et veſperæ delectabis.
Viſitaſti terram et inebriaſti eam:
multiplicaſti locupletare eam.
Elohim. Flumen DEI repletum eſt aquis:
paraſti ⁊ cibum illoꝝ qm̃ ita eſt præparatio ei⁹.
Riuos ei⁹ inebrians multiplica genimina ei⁹:
in ſtillicidijs eius lætabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:
et campi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti:
et exultatione colles accingentur.
Induentur arietes ouium
et valles abundabunt frumento:
clamabunt etenim hymnum dicent.

¶ Pſalmus Dauid. lxiiij.

TE decet hymnus deus in ſion: 1
et tibi reddetur votum in hieruſalem.
Exaudi orationem meam: 2
ad te omnis caro veniet.
* Sermones iniquorũ præualuerunt ſuper nos: 3
et impietates noſtras tu propiciaberis.
* Beatus quem elegiſti et aſſumpſiſti: 4
inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: 5
ſanctum eſt templum tuum mirabile in iuſtitia.
Exaudi nos deus ſaluator noſter: 6
* ſpes omnium finium terræ et in mari longe.
Præparãs mõtes in fortitudie ſua circũcictus ĩ 7
potentia: tu qui conturbas fundum maris:
ſonum fluctuum eius quis ſufferet?
Turbabuntur gentes: 8
et timebũt oẽs q̃ ĩhabitãt fines t̃re a ſignis tuis
exitus mane et veſpere delectabis.
Viſitaſti terram et inebriaſti eam: 9
multiplicaſti ditare eam.
Fluuius dei repletus eſt aqua: 10
paraſti cibum illoꝝ quia ita eſt præparatio tua.
Sulcos eius inebria multiplica gñationes eius: 11
in ſtillicidijs ſuis lætabitur cum exorietur.
Benedices coronã anni benignitatis tuæ: 12
et campi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcent fines deſerti: 13
et colles exultatione accingentur.
* Induti ſunt arietes ouium: 14
et conualles abundabunt frumento:
clamabunt etenim hymnum dicent.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / pij ſuitant oẽs terræ habitatores ad dei cultũ / ad ei⁹ opera cõtẽplanda / ad eius potẽtiã / ſapientiã et vniuerſorũ prouidentiã / ꝙ nequaq̃ ſe exaltẽt increduli / ꝙ gẽtes oẽs diſcant laudare deũ / rurſ⁹ pij gr̃as agũt ꝙ de⁹ multipliciter eos afflictiõib⁹ ꝓbauerit et ꝓbatos in refrigerium eduxerit / ſacrificia in bñficiorũ recognitionẽ deo oblata / ꝙ mente a peccato expiata ad orandũ deum ſit accedendũ: tunc deus exaudit / tunc dat orandi gratiã / tũc elargit miſericordiã ſuã.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Conciliatus verſu ſexto et ſextodecimo.

¶ Pſalmus Dauid. lxv.

1 Iubilate deo omnis terra:
pſallite nomini eius/date gloriã laudi eius.
2 Dicite deo quã timenda ſunt opera tua:
ĩ multitudĩe potẽtiæ tuæ mẽtiẽt tibi ĩimici tui.
3 Omnis terra adoret te et pſallat tibi:
pſallat nomini tuo altiſſime.
4 Venite et videte opera domini:
terribilis in conſilijs ſuper filios hominum.
5 Qui conuertit mare in aridam:
ĩ flumĩe ptrãſibũt pede/ibi iocũdabimur ĩ ipſo.
6 Qui dominatur in virtute ſua in æternum: *
oculi eius ſuper gentes reſpiciunt:
qui amaricant non exaltentur in ſemetipſis.
7 Benedicite gentes deum noſtrum:
et audite vocem laudis eius.
8 Qui poſuit animam meam in vitam:
et non dedit in motum pedes meos.
9 Quoniam probaſti nos deus:
igniſti nos ſicut ignitur argentum.
10 Induxiſti nos in muſcipulam:
poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.
impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
11 Tranſiuimus per ignem et aquam:
et eduxiſti nos in refrigerium.
12 Introibo in domum tuam in holocauſtis:
reddam tibi vota mea
quæ diſtinxerunt labia mea.
13 Et locutum eſt os meum:
in tribulatione mea.
14 Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo et arietibus: offeram tibi boues cum hircis.
15 Venite audite et narrabo oẽs qui timetis deũ:
quanta fecit animæ meæ.
16 Ad ipſum ore meo clamaui:
et exaltaui ſub lingua mea. *
17 Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo:
non exaudiet dominus.
18 Propterea exaudiuit me deus:
et intendit voci orationis meæ.
19 Benedictus deus meus qui nõ amouit deprecationem meam: et miſericordiam ſuam a me.

¶ Canticum pſalmi. lxv.

Iubilate deo omnis terra: — Elohim.
pſalmũ dicite noi eius/date gl'iam laudi eius.
Dicite Deo quã terribilia ſũt opa tua ▬ dñe — Elohim.
i multitudie virtutis tuæ mentiẽtur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te et pſallat tibi:
pſalmum dicat nomini tuo. Selah.
Venite et videte opera DEI: — Elohim.
terribilis in conſilijs ſuper filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam:
in flumine ptrãſibunt pede/ ibi lætabimur in ipſo.
Qui dominatur in virtute ſua ſæculo:
oculi eius ſuper gentes reſpiciunt:
qui exaſperant non exaltentur in ſemetipſis.
Benedicite gentes DEum noſtrum: — Elohim.
et auditam facite vocem laudis eius.
Qui poſuit animam meam ad vitam:
et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probaſti nos DEus: — Elohim.
igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.
Induxiſti nos in laqueum:
poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro:
impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
Tranſiuimus per ignem et aquam:
et eduxiſti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocauſtis:
reddam tibi vota mea
quæ diſtinxerunt labia mea.
Et locutum eſt os meum:
in tribulatione mea.
Holocauſta medullata offeram tibi cũ incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis. Selah.
Venite audite ⁊ narrabo oẽs qui timetis DEum: — Elohim.
quanta fecit animæ meæ.
Ad ipſum ore meo clamaui:
* et exaltaui in lingua mea.
Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo:
non exaudiet DOMInus: — Adonai.
Propterea exaudiuit DEus: — Elohim.
et attendit voci deprecationis meæ.
Benedictus Deus qui non amouit orationẽ meã: — Elohim.
et miſericordiam ſuam a me.

ARGUMENTUM. Pſalmus/oratio piorum in hymno ſpiritus ſancti Chriſti aduentum poſcentium et pariter benedictionẽ patris æterni coæterni ſpiritusſãcti. ¶ Aduerte ex hebræo MIZMOR SIR in titulo/ proprie poſſe poni pſalmus cantici.

¶ Pſalmus cantici. lxvi.

1 Deus miſereatur noſtri ⁊ benedicat nos:
illuminet vultum ſuum ſuper nos.
2 Ut cognoſcamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus ſalutare tuum.
3 Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes.
4 Lætentur et exultent gentes:
quoniam iudicas populos in æquitate:

¶ Pſalmus cantici. lxvi.

DEUS miſereat noſtri et benedicat nobis: — Elohim.
illuminet vultum ſuum ſuper nos:
▬ et miſereatur noſtri. Selah.
Ut cognoſcamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: — Elohim.
confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur et exultent gentes:
quoniam iudicas populos in æquitate:



Ayuntamiento de Madrid

et gentes in terra dirigis.
Elohim. Confiteantur tibi populi Deus/ cōfiteantur ti-
bi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.
Elohim. Benedicat nos Deus Deus noſter
Elohe. benedicat nos Deus:
Elohim. et metuant eum omnes fines terræ.

et gentes in terra dirigis.
Cōfiteantur tibi populi deus/ confiteantur tibi po- 5
puli omnes: terra dedit fructum ſuum.
Benedicat nos deus deus noſter 6
benedicat nos deus:
et metuant eum omnes fines terræ.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹/ de excitatione dñi ꝛ diſpſione hoſtiliū cateruarū/ feſtiuitate fideliū/ de ei⁹ aſcenſiōe/ requietiōe in regno ſuo cū deo pr̄e ꝛ ſpiritu ſācto/ iuitatiōe gentium ad gaudiū/ vnanimi volūtate credētiū in eccleſia eius/ de extractiōe detentorū in lacu miſeriæ/ gētiū infidelitate mortuarū ad lumē vitæ vocatiōe/ ꝙ in dāda prima lege terra mota eſt/ ꝙ hymbres copioſos ꝛ tonitrua cælū dedit: ſic in dāda ſecūda lege mouebit deus terrenorū corda/ ſāctæ doctrinæ ſuæ hymbres ɔpluet/ tubas ꝛ tonitrua p̄dicātiū per orbem audita faciet/ aīalia triturātia ĩ horreo dei ſebaoth mittet ꝛ eiſdē euāgeliʒātibus virtutes ꝛ ſigna miniſtrabit/ electi eius erūt/ amici ꝛ dilecti/ eccleſia ſpōſa diſpēſabit ad fidē adductos. forma ſponſæ: ſimplex colūba ſūmis alis aureis/ reliquo corpore argēteo. ſponſus: mons diuinitatē obumbrās. nā excelſus: mons vnctus/ gratiā ꝛ miſericordiā rorās/ mōs ĩ quo diuitatis pleitudo corporalit̃ ihitat et ihabitabit ĩ ſēpiternū/ de aſcēſiōe ſpōſi/ curru eius ꝛ comitiua millenū milliū lætātiū multipliciter multiplicatorū cū turba e mortis carcere extractorū/ acceptione gentiū/ vltione inimicorū eius/ de p̄mitiua eccleſia q̃ Chriſtū regē/ æternū ſpōſū in carne proprijs oculis vidit/ de aplis ꝛ diſcipulis vnde ꝛ quibus ex tribubus electi ſūt/ de Paulo zelo fidei ꝛ Chriſti IESV charitate extra ſe facto/ miſſiōe ſpiritus ſācti ꝛ p ipſū facta pectorū ſolidatiōe/ diſſipata (quæ a gentibus intentata eſt) fidei cōtradictiōe/ inuitatiōe regnorū terræ ad laudes ꝛ gratiarū actiones Chriſto regi aſcendenti ad ſublimia cælorū/ de ɔfortatiōe ꝛ fortitudine p eū facta plebi ſuæ. ¶ Cōciliat⁹ vſu quinto/ octauo/ decimo/ tertiodecio/ ſextodecio/ viceſimoq̃rto ꝛ triceſimotˀtio

¶ Pſalmus cantici Dauidi. lxvij.
Elohim. Exurgat Deus et diſſipentur inimici eius:
et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant:
ſicut fluit cæra a facie ignis:
Elohim. ſic pereant peccatores a facie Dei.
Elohim. Et iuſti epulentur et exultent in conſpectu Dei:
et delectentur in lætitia.
Elohim. Cantate DEO pſalmum dicite nomini eius
iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum:
Iah. DOMInus nomen illi.
Exultate in conſpectu eius: *
patris orphanorum et iudicis viduarum.
Elohim. DEus in loco ſancto ſuo:
Elohim. DEus qui ihabitare facit vnius moris ĩ domo.
Qui eduxit vinctos in fortitudine:
ſimiliter eos qui exaſperāt/ q̃ hītāt ĩ ſepulcris.
Elohim. DEus cū egredereris in ɔſpectu populi tui: *
cum pertranſires in deſerto. Selah. *
Terra mota eſt etenim cæli diſtillauerunt
Elohim. a facie DEI ſinai: a facie DEI iſrael.
Elohim. Pluuiā volūtariā ſegregabis De⁹ hereditati tue:
Elohim. infirmatam vero tu perfeciſti terram. *
Animalia tua habitabunt in ea:
Elohim. paraſti in dulcedine tua pauperi DEus.
Adonai. DOMInus dabit verbum euangeliʒātibus:
virtute multa.
Reges virtutum dilecti dilecti: *
et ſpeciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cleros
pennæ columbæ deargentatæ:

¶ Pſalmus cantici Dauid. lxvij.
Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: 1
et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: 2
ſicut fluit cæra a facie ignis:
ſic pereant peccatores a facie dei.
Et iuſti iocundentur et exultent in conſpectu dei: 3
et delectentur in lætitia.
Cantate deo pſallite nomini eius: 4
iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum
dominus enim nomen eſt ei.
Et exultate in conſpectu eius: 5
turbabuntur a facie eius
patris orphanorum et iudicis viduarum.
Dominus in loco ſancto ſuo: 6
deus qui inhabitare facit vnius modi in domo.
Qui educit compeditos in fortitudine: 7
ſimiliter amaricātes qui habitant in ſepulcris.
Deus cum egredieris coram populo tuo: 8
cum tranſieris in deſerto.
Terra mota eſt etenim cæli diſtillauerunt a facie 9
dei mons ſina: a facie dei iſrael.
Pluuiā voluntariā ſegregās de⁹ hereditati tuæ 10
et infirmata eſt:
tu vero perfeciſti eam.
Animalia tua inhabitabunt in ea: 11
paraſti in ſuauitate tua egenti deus.
Dominus dabit verbum euangeliʒantibus: 12
virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: 13
et ſpeciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cleros 14
pennæ columbæ deargentatæ:

Ayuntamiento de Madrid

| | VET. | CONCIL. | |
|---|---|---|---|
| | et inter ſcapulas eius in viriditate auri. | et poſteriora dorſi eius in pallore auri. | |
| 15 | Dum diſcernit ſupercæleſtis reges | Dum diſcernit cæleſtis reges | |
| | ſuper eam niues dealbabuntur in ſelmon: | ſuper eam niue dealbabūtur in Selmon: | |
| | montem dei montem vberem. * | monte DEI mōte pingui. | Elohim. |
| 16 | Montem incaſeatum vel montem pinguem: * | Monte coagulato monte pingui: | |
| | et quid ſuſpicamini montes incaſeatos? * | vt quid ſuſpicamini montes coagulati? | |
| 17 | Montem in quo placuit deo habitare in eo: * | Monte in quo beneplacitum eſt DEO habitare: | Elohim. |
| | etenim dominus habitabit vſqꝫ in finem. | etenim DOMINUS habitabit in finem. | ¶ |
| 18 | Curr⁹ dei decē miliū multiplex milia lætātiū: | Curr⁹ DEI decē milib⁹ multiplex milia lætātiū | Elohim. |
| | dominus in illis in ſina in ſancto. | DOMInus in eis in Sinai in ſancto. | Adonai. |
| 19 | Aſcendiſti in altum captiuaſti captiuitatem: | Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem: | |
| | accepiſti dona in hominibus. | accepiſti dona in hominibus. | |
| 20 | Etenim qui non credunt: | Etenim non credentes: | Iah. Elohi |
| | inhabitare. | inhabitare DOMInum DEum. | Adonai. |
| 21 | Benedictus dominus de die in diem: | Benedictus DOMInus die quotidie: | El. |
| | ꝓſperū iter faciet nobis deus ſanitatū noſtrarū. | ꝓſperū iter faciet nobis DEus ſalutariū noſtroꝝ. | El. El. |
| 22 | Deus noſter deus ſaluos faciendi: | DEus noſter DEus ſaluos faciendi: | ¶ Adonai |
| | et domini domini exitus mortis. | et DOMINI DOMINI exitus mortis. | Elohim. |
| 23 | Verūtamē de⁹ ꝯquaſſabit capita inimicoꝝ ſuoꝝ: | Verūtamē DEus ꝯſriget capita inimicorū ſuorū: | |
| | verticem capilli perambulātiū in delictis ſuis. | verticem capilli perambulantiū in delictis ſuis. | |
| 24 | Dixit dominus ex baſan conuertar: | Dixit DOMInus ex baſan conuertam: | Adonai. |
| | conuertam in profundum maris. * | conuertam de profundis maris. | |
| 25 | Vt intingatur pes tuus in ſanguine: | Vt intingatur pes tuus in ſanguine: | |
| | lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. | lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. | |
| 26 | Viſi ſunt greſſus tui deus: | Viderunt ingreſſus tuos DEus: | Elohim. |
| | greſſus dei mei/regis mei qui eſt in ſancto. | ingreſſus DEI mei/regis mei qui eſt in ſancto. | Elohim. |
| 27 | Præuenerunt principes coniuncti pſallētib⁹: | Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus: | |
| | in medio adoleſcentularum tympaniſtriarum. | in medio iuuencularum tympaniſtriarum. | |
| 28 | In eccleſijs benedicite dominum deum: | In eccleſijs benedicite DEO DOMINO: | Elohim. |
| | de fontibus iſrael. | de fontibus iſrael. | Adonai. |
| 29 | Ibi Beniamin adoleſcentior: | Ibi Beniamin adoleſcentulus: | |
| | in extaſi. | in mentis exceſſu. | |
| 30 | Principes Iuda duces eorum: | Principes Iuda duces eorum: | |
| | principes zabulon et principes Neptalim. | principes zabulon et principes Neptalim. | Elohe. |
| 31 | Manda deus virtutem tuam: | Manda deus virtuti tuæ: | |
| | confirma deus hoc quod operat⁹ es in nobis. | confirma hoc DEus quod operatus es in nobis. | Elohim. |
| 32 | A templo tuo in Ieruſalem: | A templo tuo in Ieruſalem: | |
| | tibi offerent reges munera. | tibi offerent reges munera. | |
| 33 | Increpa feras calami: * | Increpa feram arundinis: | |
| | cōgregatio taurorū inter vaccas populorū: * | congregatio taurorum in vitulis populorum: | |
| | vt excludantur ij qui probati ſunt argento. | vt excludant eos qui probati ſunt argento. | |
| 34 | Diſperge gentes quæ bella volunt: | Diſſipa gentes quæ bella volunt: | |
| | venient legati ex ægypto: | venient legati ex ægypto: | |
| | æthiopia præueniet manus eius deo. | æthiopia præueniet manus eius DEO. | Elohim. |
| 35 | Regna terræ cantate deo: | Regna terræ cantate DEO: | Elohim. |
| | pſallite domino. | pſallite DOMINO. Selah. | Adonai. |
| 36 | Pſallite deo qui aſcendit ſuper cælū cælorū: | ¶ Pſallite deo .. qui aſcendit ſuper cælum cæli: | |
| | ad orientem. | ad orientem. | |
| 37 | Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis: | Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis: | |
| | date gloriam deo ſuper iſrael: | date gloriam DEO ſuper iſrael: | Elohim. |
| | magnificentia eius et virtus eius in nubibus. | magnificentia eius et virtus eius in nubibus. | |
| 38 | Mirabilis deus in ſanctis ſuis: | Mirabilis DEus in ſanctis ſuis: | Elohim. |
| | deus iſrael ipſe dabit virtutem et fortitudinem | DEus iſrael ipſe dabit virtutem et fortitudinē ple | El. |
| | plebi ſuæ: benedictus deus. | bi ſuæ: benedictus DEus. | Elohim. |

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio Chriſti dn̄i in paſſione/quāta pro generis humani ꝓtulerit inſipiētia/quot improperia/quot contēptus ⁊ irriſiones/quot ex zelo dei ꝯtabeſcētias/quāta aſſi



Ayuntamiento de Madrid

duſtate pro nobis ad deum clamauerit laboraui inquit clamans/ raucæ factæ ſunt fauces meæ / quanta ſe pro nobis afflixerit pœnitentia/ ꝙ pro noſtris non pro ſuis qui peccatum non fecit ſatiſfecerit delictis/ precatur neq̃ aduerſum ſe et ſuos præualeat infernus / ꝙ in exceſſu eius Iudæi ꝓ eſu et potu fel et acetum illi porrexerunt/ quo anathemate et qua maledictione a diuina feriẽdi erãt iuſtitia / ꝙ pauperem/ dolentem et derelictum miſericordia diuina ſuſceptura erat. ꝙ ſacrificium Chriſti deo acceptabile ſupra omne ſacrificium/ ꝙ ſuis vitam largiatur æternam/ iuitat omnia cæleſtia/ terreſtria/ ſumma et ima ad laudem diuinam et ad gratiarum actionem/ de ſalute Sion et qui habitaturi ſunt in ea. ¶ Conciliatus verſu ſecundo/ ſextodecimo & triceſimoſexto.

| | ¶ Ad victoriam Dauidi. lxviij. | ¶ Ad victoriam Dauid. lxviij. | |
|---|---|---|---|
| Elohim. | SAluum me fac DEVS: | SAluum me fac deus: | 1 |
| | quoniã itrauerũt aquæ vſq; ad aĩam meã. | qm̃ intrauerũt aquæ vſq; ad aĩam meã. | |
| | Infixus ſum in limo profundi: | Infixus ſum in limo profundi: | 2 |
| | et non eſt ſubſidentia. | * et non eſt ſubſtantia. | |
| | Veni in altitudinem maris: | Veni in altitudinem maris: | 3 |
| | et tempeſtas demerſit me. | et tempeſtas demerſit me. | |
| | Laboraui clamãs raucæ factæ ſũt fauces meæ: | Laboraui clamãs raucæ factæ ſũt fauces meæ: | 4 |
| Eloha. | defecerũt oculi mei dum ſpero in DEVM meũ. | defecerunt oculi mei ab ſperãdo in deũ meũ. | |
| | Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: | Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: | 5 |
| | qui oderunt me gratis. | qui oderunt me gratis. | |
| | Confortati ſunt q̃ pſecuti ſũt me inimici mei iniuſte: | Cõfortati ſũt inimici qui pſequuntur me iniuſte | 6 |
| | quæ non rapui tunc exoluebam. | quæ non rapui tunc exoluebam. | |
| Elohim. | DEVS tu ſcis inſipientiam meam: | Deus tu ſcis imprudentiam meam: | 7 |
| | et delicta mea a te non ſunt abſcondita. | et delicta mea a te non ſunt abſcondita. | |
| Adonai. | Nõ erubeſcãt in me qui expectant te DOMINE: | Non erubeſcãt in me qui expectant te domine: | 8 |
| Ia ſebaoth. | DOMINE VIRTVTVM. | deus virtutum. | |
| | Nõ confundant ſuper me qui quærunt te: | Non confundant ſuper me qui quærunt te: | 9 |
| Elohe. | DEVS Iſrael. | deus iſrael. | |
| | Quoniã propter te ſuſtinui opprobrium: | Quoniã propter te ſuſtinui exprobrationem: | 10 |
| | operuit confuſio faciem meam. | operuit irreuerentia faciem meam. | |
| | Extraneus factus ſum fratribus meis: | Alienatus factus ſum fratribus meis: | 11 |
| | et peregrinus filijs matris meæ. | et hoſpes filijs matris meæ. | |
| | Quoniam zelus domus tuæ comedit me: | Quoniam zelus domus tuæ comedit me: | 12 |
| | et opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderũt ſup me. | et opprobria exprobrãtium tibi ceciderũt ſup me. | |
| | Et operui in ieiunio animam meam: | Et cooperui in ieiunio animam meam: | 13 |
| | et factum eſt in opprobrium michi. | et factum eſt michi in opprobrium. | |
| | Et poſui veſtimentum meum cilicium: | Et poſui veſtimentum meum ſaccum: | 14 |
| | et factus ſum illis in parabolam. | et factus ſum illis in parabolam. | |
| | Aduerſum me loquebãtur qui ſedebãt ĩ porta: | Aduerſus me inſultabãt qui ſedebãt in portis: | 15 |
| | et in me pſallebant qui bibebant vinum. | et in me pſallebant qui bibebant vinum. | |
| Ia | Mea vero oratio ad te DOMINE: | * Ego autem oratio mea ad te domine: | 16 |
| | tempus beneplaciti DEVS. | tempus beneplaciti deus. | |
| Elohim. | In multitudine miſericordie tue exaudi me: | In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me: | 17 |
| | in veritate ſalutis tuæ. | in veritate ſalutis tuæ. | |
| | Eripe me de luto vt non infingar: | Saluum me fac de luto vt non inheream: | 18 |
| | libera me ab ijs q̃ oderũt me et de pfũdis aq̃rũ. | eruar ex ijs qui oderũt me & de pfundo aquarum. | |
| | Non me demergat tempeſtas aquæ: | Non me demergat tempeſtas aquæ: | 19 |
| | neq; abſorbeat me profundum: | neq; abſorbeat me profundum: | |
| | neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum. | neq; coarctet ſuper me puteus os ſuum. | |
| Ia | Exaudi me Dñe qm̃ benigna eſt mĩa tua: | Exaudi me domine quoniam ſuauis eſt mĩa tua: | 20 |
| | ſcdm̃ mltitudinẽ miſerationũ tuarũ reſpice ĩ me. | ſecũdũ mltitudinẽ miſerationũ tuarũ reſpice ĩ me | |
| | Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: | Ne auertas faciem tuam a puero tuo: | 21 |
| | quoniam tribulor velociter exaudi me. | quoniam tribulor velociter exaudi me. | |
| | Intende animæ meæ et libera eam: | Intende animæ meæ et redime eam: | 22 |
| | propter inimicos meos eripe me. | propter inimicos meos erue me. | |
| | Tu ſcis improperium meum et cõfuſionẽ meã: | Tu enĩ agnoſcis opprobriũ meũ et cõfuſionẽ meã: | 23 |
| | et reuerentiam meam. | et verecundiam meam. | |

Ayuntamiento de Madrid

24 In conſpectu tuo ſunt omnes tribulātes me:
oppꝛobꝛium expectauit coꝛ meum et miſeriā.
25 Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit:
et conſolantes et non inueni.
26 Et dederunt in eſcam meam fel:
et in ſiti mea potauerunt me aceto.
27 Fiat menſa eoꝛum coꝛam ipſis in muſcipulam:
in retributionem.
28 Obſcurentur oculi eoꝛum ne videant:
et doꝛſum eoꝛum ſemper incurua
29 Effunde ſuper eos iram tuam:
et indignatio iræ tuæ compꝛehendat eos.
30 Fiat habitatio eoꝛum deſerta:
et in tabernaculis eoꝛum non ſit qui inhabitet.
31 Quoniam quem tu percuſſiſti ipſi pſecuti ſunt:
⁊ ſuper doloꝛem vulnerum meoꝛū addiderūt.
32 Appone iniquitatem ſuper iniquitatē ipſoꝛū:
et non intrent in tua iuſtitia.
33 Deleantur de libꝛo viuentium:
et cum iuſtis non ſcribantur.
34 Pauper et dolens ego ſum:
et ſalus vultus tui deus ſuſcepit me.
35 Laudabo nomen dei cum cantico:
magnificabo eum in laude.
36 Et placebit deo ſuper vitulum nouellum:
coꝛnua pꝛoducentem et vngulas.
37 Videant inopes et letentur:
quærite dominum et viuet anima veſtra.
38 Quoniam exaudiuit pauperes dominus:
et compeditos ſuos non ſpꝛeuit.
39 Laudent illum cæli et terra:
mare et omnia repentia in eis.
40 Quoniam deus ſaluam faciet ſion:
et edificabuntur ciuitates iudæ.
41 Et inhabitabunt ibi:
et hereditate acquirent eam.
42 Et ſemen ſeruoꝛum eius obtinebunt eam:
et qui diligunt nomen eius inhabitabūt in ea.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me:
impꝛoberium expectauit coꝛ meum et miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit:
et qui conſolaretur et non inueni.
Et dederunt in eſcam meam fel:
et in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eoꝛum coꝛam ipſis in laqueum:
et in retributiones et in ſcandalum.
Obſcurentur oculi eoꝛum ne videant:
et doꝛſum eoꝛum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuam:
et furoꝛ iræ tuæ compꝛehendat eos.
Fiat habitatio eoꝛum deſerta:
et in tabernaculis eoꝛum non ſit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt:
et ſuper doloꝛem vulnerum meoꝛum addiderunt
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eoꝛum:
et non intrent in iuſtitiam tuam.
Deleantur de libꝛo viuentium:
et cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper et dolens:
ſalus tua DEUS ſuſcepit me. Elohim.
Laudabo nomen DEI cum cantico: Elohim.
et magnificabo enm in laude.
* Et placebit DOMINO ſuper vitulum nouellū: יי
coꝛnua pꝛoducentem et vngulas.
Videant pauperes et letentur:
quærite DEUM et viuet anima veſtra. Elohim.
Quoniam exaudiuit pauperes DOMINUS: יי
et vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illum cæli et terra:
mare et omnia reptilia in eis.
Quoniam DEUS ſaluam faciet Sion: Elohim.
et edificabuntur ciuitates iudæ.
Et inhabitabunt ibi:
et hereditate acquirent eam.
[E]t ſemen ſeruoꝛum eius poſſidebit eam:
et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ reiteratio eoꝝ quæ de Chꝛiſto dn̄o triceſimuſnonꝰ pſalmꝰ ꝯtinet
¶ Aduerte quitō ꝟſu magnificet dn̄s etſi hic īterptes ⁊ hieronymꝰ hēant dn̄s: reperio nichilominꝰ in hebꝛæo Elohim. At pſalmo 39 verſu 22 huic verſui reſpōdente habetur magnū nomē dei יהוה.

¶ Pſalmus Dauid. lxviiij.

1 DEus in adiutoꝛium meum intende:
domine vt adiuues me feſtina.
2 Confundantur et reuereantur:
qui quærunt animam meam.
3 Auertantur retroꝛſum et erubeſcant:
qui cogitant michi mala.
4 Auertantur ſtatim erubeſcentes:
qui dicunt michi euge euge.
5 Exultent et iocūdētur in te oēs qui quærūt te:
et dicant ſemper magnificetur dominus:
qui diligunt ſalutare tuum.
6 Ego vero egenus et pauper ſum:
deus adiuua me.
7 Adiutoꝛ et erutoꝛ meus es tu:

¶ Ad victoꝛiam Dauidi. lxviiij.

DEUS in adiutoꝛium meum intende: Elohim.
DOMINE ad adiuuandum me feſtina. יי
Confundantur et reuereantur:
qui quærunt animam meam.
Auertantur retroꝛſum et erubeſcant:
qui volunt michi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes:
qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letērur in te oēs qui quærunt te:
et dicant ſemper magnificetur DOMINUS: Elohim.
qui diligunt SALUTARE tuum. Ieſua.
Ego vero egenus et pauper ſum:
DEUS adiuua me. Elohim.
Adiutoꝛ meus et liberatoꝛ meus es tu:



Ayuntamiento de Madrid

| | | | |
|---|---|---|---|
| | DOMIne ne moreris. | domine ne tardaueris. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus/oratio Chriſti domini ſecundum carnis diſpenſationem pro ſe et ſuis maxime in nouiſſimis temporibus vbi refriguerit multorum charitas/ quod dominus nō humano more doctus ſit litteras/ quod a deo ab ineunte ætate didicerit mirabilia quæ ad finem vſque ſæculi euangelizanda reliquit/ quod deus illi cum deſcendit ad inferos oſtenderit ſupplicia quæ infideles et impij ſine fine perpeſſuri ſunt/ vnde eum in vitam et in indeficientem conſolationem reuocauit/ pſallentem et confitentem iugiter beneficia dei qui animam eius redemit et inimicos eius confudit.

¶ Conciliatus verſu viceſimoquarto et viceſimoſexto.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus. lxx. | ¶ Pſalmus. lxx. | |
| | IN te Dn̄e ſperaui nō ꝯfūdar in æternū: | DEus in te ſperaui dn̄e nō ꝯfūdar ī æternū: | 1 |
| | in iuſtitia tua libera me et eripe me. | in iuſtitia tua erue me et exime me. | |
| | Inclina ad me aurem tuam: | Inclina ad me aurem tuam: | 2 |
| | et ſalua me. | et ſaluum me fac. | |
| Sur. | Eſto michi ī DEUM ꝓtectorē ⁊ ī locū munitū: | Eſto michi in deū ꝓtectorē et in locū munitum | 3 |
| | vt ſaluum me facias. | michi eſto: vt ſaluum me facias. | |
| | Quoniam firmamentum meum: | Quoniam firmamentum meum: | 4 |
| | et refugium meum es tu. | et refugium meum es tu. | |
| Elohim. | DEUS meus eripe me de manu peccatoris: | Deus meus erue me de manu peccatoris: | 5 |
| | et de manu contra legem agentis et iniqui. | de manu legem prætereuntis et iniqui. | |
| | Quoniam tu es patientia mea DOMINE: | Quoniam tu es patientia mea domine: | 6 |
| Adonai. | DOMINE ſpes mea a iuuentute mea. | domine ſpes mea a iuuentute mea. | |
| | In te confirmatus ſum ex vtero: | In te confirmatus ſum ex vtero: | 7 |
| | de ventre matris meæ tu es protector meus. | de ventre matris meæ tu es protector meus. | |
| | In te cātatio mea ſēp/ tanq̄ ꝓdigiū fact9 ſū mltis: | In te decātatio mea ſēp/ tanq̄ ꝓdigiū fact9 ſū mltis: | 8 |
| | et tu adiutor fortis. | ſed tu es adiutor fortis. | |
| | Repleatur os meū laude vt cantē gloriā tuam: | Repleatur os meū laude vt hymnidicā gliam tuā: | 9 |
| | tota die magnitudinem tuam. | tota die magnificentiam tuam. | |
| | Ne proijcias me in tempore ſenectutis | Ne proijcias me in tempore ſenectutis | 10 |
| | cum defecerit virtus mea: | cum deficiet virtus mea: | |
| | ne derelinquas me. | ne derelinquas me. | |
| | Quia dixerunt inimici mei michi: | Quia dixerunt inimici mei michi: | 11 |
| | et qui cuſtodiebant animam meam | et qui cuſtodiebant anima meam | |
Buccinate in neomenia tuba:
in inſigni die ſolennitatis veſtræ.
Quia præceptum in Jſraęl eſt:
et iudicium DEO Jaacob. Elohe.
Teſtimonium in Joſeph poſuit illud
cum exiret de terra ægypti:
linguam quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorſum eius:
* manus eius a cophino abięrunt.
In tribulatione inuocaſti me et liberaui te:
exaudiui te in abſcondito tempeſtatis:
probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus et conteſtabor te:
Jſraęl ſi audieris me non erit in te DEUS recēs: El.
neq̧ adorabis deum aliẹnum. El. zar.
Ego enim ſum DOMInus DEus tuus Elohe.
qui ęduxi te de terra ægypti:
dilata os tuum et implębo illud.
Et non audiuit populus meus vocem meam:
et iſraęl non intendit michi.
Et dimiſi eos ſecundum dęſideria cordis eorum:
* ibant in adinuentionibus ſuis.
Si populus meus audiſſet me:
Jſraęl ſi in vijs meis ambulaſſet.
Pro nichilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:
et ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.
Inimici DOMINI mentiti ſunt ei:
et erit tempus eorum in ſæcula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti:
et de petra/melle ſaturauit eos.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ꝙ Chriſtus dominus in ſynagoga patris dębuit ſcribas/iudices et ſacerdotes dijudicare/arguere et confutare et quo in eo u vſus eſt oraculo/et ꝙ trina beatitudine mūdo agnita hęreditate accepturus eſſet omnes gentes. ¶Conciliatus verſu primo.

¶Pſalmus Aſaph. lxxxj.

¶Pſalmus Aſaph. lxxxj.

Elohim. DEus ſtetit in ſynagoga DEI: *
El. in medio autem deos diiudicat.
Elohim. Uſquequo iudicatis iniquitatem:
et facies peccatorum ſumitis?
Iudicate egęno et pupillo:
humilem et pauperem iuſtificate.
Eripite pauperem:
et egenum de manu peccatoris liberate.
Neſcięrūt neq; intellexęrūt/ in tenebris ābulāt:
mouębuntur omnia fundamenta terræ.
Elohim. Ego dixi dii eſtis:
Elion. et filii EXCELSI omnes.
Uos autem ſicut homines morięmini:
et ſicut vnus de principibus cadętis.
Elohim. Surge DEUS iudica terram:
quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

DEus ſtetit in ſynagoga deorum: 1
in medio autem deos diſcernere.
Uſquequo iudicatis iniquitatem: 2
et facies peccatorum ſumitis? Selah.
Iudicate pupillo et egęno: 3
humilem et pauperem iuſtificate.
Auferte inopem: 4
et pauperem de manu peccatoris ęruite.
Neſcięrūt et non intellexęrūt/ ī tenebris ambulāt: 5
mouębuntur omnia fundamenta terræ.
Ego dixi dii eſtis: 6
et filii altiſſimi omnes.
Uos autem ſicut homines morięmini: 7
et ſicut vnus ex principibus cadętis.
Surge deus iudica terra terram: 8
quoniam tu diſperdes in omnibus gentibus.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ de bellis populo ſancto veteris ſynagogæ inflictis ab Idume
is/ Iſmaelitis/ Moabitis/ Agarenis/ Gebalitis/ Ammonitis/ Amalecitis/ Tyriis et Aſſyriis/ le
Eloha. gātur libri Regnorū et Iudith ꝛ ī parte etiā teneatˀ hiſtoria libri Iudicū. ¶ Cōciliat⁹ ꝯſu qrtodecio

¶ Pſalmus Aſaph. lxxxii.

Elohim. DEUS quis ſimilis erit tibi?
El. ne taceas neq; compeſcaris DEUS.
Quoniam ecce inimici tui ſonuęrunt:
et qui odęrunt te extulęrunt caput.
Super populum tuum malignauęrūt conſiliū:
et cogitauęrunt aduerſus ſanctos tuos.
Dixęrunt venite et diſperdamus eos de gente:
et non memorętur nomen Iſraęl vltra.
Quoniam cogitauęrunt vnanimiter/
ſimul aduerſum te teſtamentum diſpoſuęrunt:
tabernacula Idumæorum et Iſmaęlitæ.
Moab et Agareni Gebal et Ammon ꝛ Amalec:
alięnigenæ cum habitantibus tyrum.
Etenim Aſſur venit cum illis:
facti ſunt in adiutorium filiis Loth.
Fac illis ſicut Madian et Ciſare:
ſicut Iabin in torrente Ciſon.
Diſperięrunt in Endor:
facti ſunt vt ſtercus terræ:
Pone principes eorum ſicut Oreb et zeb:
et zebee et Salmana.
Omnes principes eorum qui dixęrunt:
Elohim. hęreditate poſſideamus ſanctuarium DEI.
Eloha. DEUS meus pone illos vt rotam:
et ſicut ſtipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit ſiluam:
et ſicut flamma comburens montes.
Ita perſequęre illos in tempeſtate tua: *
et in ira tua turba eos. *
Imple facies eorum ignominia:
¶ et quærent nomen tuum DOMINE.
Erubeſcāt et conturbentur in ſæculum ſæculi:
et confundantur et pereant.
¶ Ut cognoſcant quia nomen tibi DOMINUS:
Elion. tu ſolus ALTISSIMUS in omni terra.

DEus quis ſimilis erit tibi? 1
ne taceas neq; compeſcaris deus.
Quoniā ecce inimici tui ſonauęrunt: 2
et qui odęrunt te extulęrunt caput.
Super populum tuum malignauęrunt conſilium: 3
et cogitauęrunt aduerſus ſanctos tuos.
Dixęrunt venite et diſperdamus eos de gente: 4
et non memorętur nomen iſraęl vltra.
Quoniam cogitauęrunt vnanimiter/ 5
aduerſus te teſtamentum diſpoſuęrunt
tabernaculum idumæorum et iſmaęlitæ.
Moab et agareni gebal et ammon et amalec: 6
et alięnigenæ cum habitantibus tyrum.
Etenim aſſur venit cum illis: 7
facti ſunt in adiutorium filiis loth. Selah.
Fac illis ſicut madian et ciſare: 8
ſicut iabin in torrente ciſon.
Diſperięrunt in endor: 9
facti ſunt vt ſtercus terræ.
Pone principes eorum ſicut oreb et zeb: 10
et zebee et ſalmana.
Omnes principes eorum qui dixęrunt: 11
hęreditate poſſideamus ſanctuarium dei.
Deus meus pone illos vt rotam: 12
ſicut ſtipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit ſiluam: 13
ſicut flamma comburens montes.
Ita perſequeris illos in tempeſtate tua: 14
et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: 15
et quærent nomen tuum domine.
Erubeſcant et conturbentur in ſæculum ſæculi: 16
et confundantur et pereant.
Et cognoſcant quia nomen tibi dominus: 17
tu ſolus altiſſimus in omni terra.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ ſpiritualis ꝯtēplatio deſideriū aperiēs aptæ viſiōis diuiæ ꝛ bita

Ayuntamiento de Madrid

culi cæleſtis qđ deus pijs habitãdũ ꝑparauit aīab⁹ multo magis ꝙ terrena altaria paſſerib⁹ ⁊ hirũ dinib⁹ ĩnoxijs aīalib⁹/ qđ officiũ habitãtiũ ĩ illa ſupna ⁊ cæleſti aula. beatũ illũ eſſe q̃ auxiliatore deo in hac lachrymarũ valle eleuatiõib⁹ mẽtis ⁊ pijs ꝯẽplationũ exercitijs nouerit ad deũ eius q̃dẽ auxilio fultus ꝯſurgere/ ꝙ legiſſer noſter Chriſtus dñs ad hoc ipſũ benedictiõis ſuæ gratiã ſit elargiturus/ ⁊ deus vnus deus trinus in eccleſia eius videndus/ præcãdum per Chriſtũ dñm ad fœlix illđ dei habitaculũ admitti/ ĩ quo præſtat nouiſſimũ tenere locũ ꝙ in hoc mũdo ſũmũ/ ⁊ illic vno eſſe momẽto ꝙ hic toto ꝑſenti ſæculo/ ꝙ tã fœlici tãꝙ beata ⁊ optabili habitatiõe nõ priuabunt ij qui ambulãt in innocẽtia vitæ ⁊ qui in deũ certa ⁊ indubitata ferũtur ſpe. ¶ Cõciliatus ꝟſu tertio ⁊ duodecĩo

| | ¶ Pro torcularibus filijs Corah. lxxxiij. | ¶ Pro torcularibus filijs Corah. lxxxiij. | |
|---|---|---|---|
| 1 | Q Uãamabilia sũt tabernacła tua dñe virtutũ: ꝯcupiſcit ⁊ deficit aīa mea ĩ atria dñi | Q Uãdilecta tabernacła tua DñE UIRtutũ cõcupiſcit ⁊ deficit aīa mea in atria DñJ. | Sebaoth. |
| 2 | Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum. | Cor meum et caro mea: exultauerunt in DEUM viuum. | El. |
| 3 | Nã ⁊ paſſer inuenit ſibi domũ ⁊ turtur nidũ ſibi: vbi ponat pullos ſuos. | * Etenĩ paſſer inuenit ſibi domũ ⁊ hirũdo nidum: vbi ponat pullos ſuos. | |
| 4 | Altaria tua domine deus virtutum: rex meus et deus meus. | Altaria tua DOMJNE UJRTutum: rex meus et DEUS meus. | ſebaoth. Eloha. |
| 5 | Beati qui habitant in domo tua: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. | Beati qui habitant in domo tua domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Selah. | |
| 6 | Beatus vir cuius eſt ſuſceptio eius abs te dñe: aſcẽſus ĩ corde ei⁹ diſpoſuit ĩ ꝯualle ploratiõis: in locum quem diſpoſuit. | Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum: in loco quem poſuit. | |
| 7 | Nam et benedictionem dabit qui legem dabit: ambulabunt a virtutibus in virtutem: apparebit deus deorum in ſion. | Etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur DEus DEOrum in Sion. | El. Elohim |
| 8 | Domine deus virtutum exaudi precem meam: auribus percipe deus iacob. | DOMJNE DE⁹UJRtutũ exaudi orõnẽ meã auribus percipe DEUS Jaacob. Selah. | Elohim Sebaoth. |
| 9 | Protector noſter aſpice deus: et reſpice in faciem chriſti tui. | Protector noſter aſpice DEUS: et reſpice in faciem CHRJSTJ tui. | Elohe. Elohim. |
| 10 | Quoniam melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia. | Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia. | Meſiah. |
| 11 | Elegi abijci in domo domini: magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatorum. | Elegi abiectus eſſe in domo DEJ mei: magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatorum. | Eloha. |
| 12 | Quia miſericordiã ⁊ veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit. | * Quia miſericordiã ⁊ veritatẽ diligit DñS DEus gratiam et gloriam dabit DOMJNus. | Elohim |
| 13 | Dñs non priuabit bonis ambulãtes ĩ innocẽtia: dñe deus virtutum beatus homo q̃ ſperat in te. | Non priuabit bonis eos q̃ ambulant in innocẽtia: DñE UJRTutum beatus homo q̃ ſperat in te. | ſebaoth. |

ARGUMENTUM. Pſalmus/ de ꝓuentiõe bñdictiõis terræ q̃ fructũ vitæ eſſet allatura q̃ eſt regina cæli/ mater regis gloriæ ꝑelecta/ nũꝙ nõ ſãcta MARJA/ ⁊ fruct⁹ eius Chriſtus JHEſus ſupbñdict⁹. petit ğ ĩ viſiõe ſpũs illã bñdictiõis filia mitti/ petit Chriſt⁹ dñs dari/ rñſio diuini oraclĩ pacẽ dñi ſctis ꝓpiquã eſſe. Chriſtũ dñm ꝓpiquũ eſſe ijs q̃ timẽt deũ/ e vicino eſſe vt glĩa ei⁹ ⁊ oĩpotẽs ei⁹ diuitas obũbraret bñdictã noſtrã trã/ vt illa ꝓferret fructũ ſuũ Chriſtũ regẽ omnis bñdictionis dñm/ cui comites ĩdiuiduæ ſũt miſericordia/ veritas/ iuſtitia ⁊ pax/ ſiq̃dẽ ipſe eſt mĩa et repropiciatio noſtra/ ipſe eſt veritas/ ipſe eſt iuſtitia q̃ de cælo ꝓſpexit/ ipſe eſt pax ⁊ recõciliatio qua imis ſũma ⁊ ſũmis ima ſũt recõciliata mediator dei ⁊ hoĩm homo Chriſtus JHEſus. ¶ Cõciliatus verſu tertio. ¶ Aduerte ſexto verſu vbi in pricipio legimus deus in hebræo haberi HALO quod nonne exponi ſolet. interꝑtes tamẽ verterũt ac ſi non HALO ſed ELOHJM legiſſẽt. ¶ Octauo etiam ꝟſu. audiã quid loquat dñs de⁹/ dicẽdũ poti⁹ eſſet deus dñs. nã hic in hebræo habet El יהוה

| | ¶ Pſalmus filijs Coræ. lxxxiiij. | ¶ Pſalmus filijs Corah. lxxxiiij. | |
|---|---|---|---|
| 1 | B Enedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem iacob. | B Enedixiſti Dñe terram tuam: auertiſti captiuitatem Jaacob. | |
| 2 | Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. | Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. Selah. | |
| 3 | Sedaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ. | Mitigaſti omnem iram tuam: * auerſus es ab ira indignationis tuæ. | Elohe |
| 4 | Conuerte nos domine ſanitatum noſtrarum: | Conuerte nos DEus SALUTARis noſter | Jeſua. |



Ayuntamiento de Madrid

et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in æternum iraſceris nobis:
aut extendes irã tuã a generatiõe in gñatione?
Deus .. tu conuerſus viuificabis nos:
et plebs tua lętabitur in te.
¶ Oſtende nobis DOMine miſericordiã tuam:
Jeſua. et SALutare tuum da nobis.
El ¶ Audiã quid loquatur in me DOMinus De⁹:
quoniam loquętur pacem in plębem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos:
et in eos qui conuertuntur ad cor.
Jeſua. Verũtamen ꝓpe timẽtes eũ SALutare ipſius:
vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia et veritas obuiauęrunt ſibi:
iuſtitia et pax oſculate ſunt.
Vęritas de terra orta eſt:
et iuſtitia de cælo proſpexit.
¶ Etenim DOMinus dabit benignitatem:
et terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum ambulabit:
et ponet in via greſſus ſuos.

et auerte iracundiam tuam a nobis.
Non in æternum iraſcaris nobis: 5
vel extendas irã tuã a generatione in gñationem?
Deus tu conuertens viuificabis nos: 6
et plebs tua lætabitur in te.
Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: 7
et ſalutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: 8
quoniam loquętur pacem in plębem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos: 9
et in eos qui conuertunt cor ad ipſum.
Veruntamen ꝓpe timentes eum ſalutare ipſius: 10
vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia et veritas occurręrunt ſibi: 11
iuſtitia et pax oſculatæ ſunt ſe.
Vęritas de terra orta eſt: 12
et iuſtitia de cælo proſpexit.
Etenim dominus dabit ſuauitatem: 13
et terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum præibit: 14
et ponet in via greſſus ſuos.

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio Chriſti ad patrem ⁊ ciuitatẽ ipſã/ꝙ omnes gẽtes ad diuini cultus cognitionẽ ſint acceſſuræ/ꝙ anima eius ex inferno inferiori eſſet ęruẽda/ꝙ ſacerdotes/ſcribæ et phariſæi inſurrecturi eſſent in eum/aduerſus quorum moleſtias diuinum implorat auxilium et fortitudinem ſibi donari. ¶Conciliatus verſu ſexto/decimo et quintodecimo.

¶Oratio Dauidi. lxxxv.

¶ INclina DOMine aurẽ tuã ⁊ exaudi me:
quoniam inops et pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meã quoniã ſanctus ſũ:
Eloha. ſaluũ fac ſeruũ tuũ DEus meus ſperantẽ in te.
Adonai. Miſerere mei Dñe qm̃ ad te clamaui tota die:
lætifica animam ſerui tui
Adonai. quoniam ad te Dñe animam meam leuaui.
Adonai. Quoniam tu Dñe ſuauis et mitis:
et multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te.
¶ Auribus percipe DOMine orationem meam:
et intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamabo ad te:
quia exaudies me.
Elohim. Non eſt ſimilis tui in diis DOMine:
Adonai. et non eſt ſecundum opera tua.
Omnes gentes quaſcunq; feciſti venient:
Adonai. et adorabunt coram te DOMine.
et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia:
Elohim tu es DEus ſolus.
¶ Deduc me DOMine in via tua
vt ingrediar in veritate tua:
lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Adonai. Cõfitebor tibi Dñe de⁹ meus i toto corde meo:
Eloha. et glorificabo nomen tuum in æternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me:
et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
Elohim. DEus iniqui inſurrexęrunt ſuper me:
⁊ ſynagoga potentium quæſierũt animã meã:
et non propoſuęrunt te in conſpectu ſuo.
Adonai. Elohim. Et tu DOMine Deus miſerator et miſericors:

¶Oratio Dauid. lxxxv.

INclina domine aurem tuam et exaudi me: 1
quoniam egęnus et inops ſum ego.
Cuſtodi animam meam quoniã ſanctus ſũ: 2
ſaluũ fac ſeruum tuũ deus meus ſperantem in te.
Miſerere michi dñe qm̃ ad te clamaui tota die: 3
iocunda animam ſerui tui
quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quia tu domine ſuauis es ac mitis: 4
et multum miſericors omnibus inuocantibus te.
Auribus infige domine orationem meam: 5
et intende voci orationis meæ.
*In die tribulationis meæ clamaui ad te: 6
*quoniam exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tibi in diis domine: 7
et non eſt ſecundum opera tua.
Omnes gentes quotquot feciſti venient: 8
et adorabunt coram tę domine.
et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: 9
tu es deus ſolus magnus.
Deduc me domine in via tua 10
*et ambulabo in veritate tua:
iocundetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Cõfitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: 11
et glorificabo nomen tuum in æternum.
Quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me: 12
et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
Deus prætereuntes lęgem inſurrexęrunt ſup me: 13
et ſynagoga potentiũ inquiſiẽrũt animam meam:
et non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu domine deus miſerator et miſericors: 14

Ayuntamiento de Madrid

longanimis et multum miſericors et verax
15 Reſpice in me et miſerere mei:
da poteſtatem puero tuo:
et ſaluum fac filium ancillæ tuæ.
16 Fac mecum ſignum in bono
vt videant qui oderunt me et confundantur:
quoniã tu dñe adiuuiſti me et cõſolatus es me.

patiens et multæ miſericordiæ et verax.
Reſpice in me et miſerere mei:
* da potentiam tuam puero tuo:
et ſaluum fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum ſignum in bonum
vt videant qui oderunt me et confundantur:
quoniã tu DOMine adiuuiſti me ꝛ ꝯſolatꝰ es me

ARGVMENTVM. Pſalmus/ de eccleſia Chriſti/ fundamẽtis eius/ dilectione qua diligit eã deus/ qui in ea regeniti/ ꝙ Chriſtus homo deus in ea natus ſit/ ꝙ deus id maifeſtaturus erat per ſcripturas gentium et apoſtolorum/ ꝙ cætus in ea congregatio eſt ad imitationem ſupernæ ſion pſallẽtium et laudantium deum. ¶ Conciliatus verſu quarto/ quinto et ſexto.

¶ Pſalmus filiis Coræ. lxxxvi.
1 Fundamenta eius in montibus ſanctis:
diligit dominus ſion
ſuper omnia tabernacula iacob.
2 Glorioſa dicta ſunt de te:
ciuitas dei.
3 Memor ero raab et babylonis:
ſcientibus me.
4 Etenim alienigenæ et tyrus ꝛ populus æthiopũ:
hi fuerunt ibi.
5 Mater ſion dicet homo ꝛ homo factꝰ eſt ĩ ea:
et ipſe fundauit eam altiſſimus.
6 Dominus narrauit in ſcripturis populorum:
et principum horum qui facti ſunt in ea.
7 Sicut iocundatorum:
habitatio omnium in te.

¶ Pſalmus filiis Corah. lxxxvi.
Fundamenta eius in montibus ſanctis:
diligit DOMinus portas ſion
ſuper omnia tabernacula Iaacob.
Glorioſa dicta ſunt de te:
ciuitas DEI. Selah. Elohim.
Memor ero raab et babylonis:
ſcientium me.
Ecce alienigenæ ꝛ tyrus ꝛ populus æthiopum:
* hi nati ſunt illic.
* Nunquid de ſion dicet hõ et homo natus eſt in ea:
et ipſe fundauit eam ALTIſſimus? Elion.
DOMinus narrabit in ſcripturis populorum:
* et principum horum qui nati ſunt in ea. Selah.
Sicut lætantium omnium:
habitatio eſt in te.

ARGVMENTVM. Pſalmꝰ/ oſtẽſio in ſpũ orõnis Chriſti dñi ad diuinitatẽ/ anxietatũ q̃s paſſus eſt/ deſcẽſiõis eiꝰ ad inferos/ clauſiõis ĩ ſepulchro/ ſupplicis inuocatiõis diuinæ opis q̃ ad miſeratiõnẽ nõ modo ꝓ ſe ſed etiã ꝓ nobis benigniſſimũ deũ mouere ſuffecit. ¶ Cõciliatꝰ vſu quĩto et ſexto.

¶ Pſalmus Eman. lxxxvii.
1 Domine deus ſalutis meæ:
in die clamaui et nocte coram te.
2 Intret in conſpectu tuo oratio mea:
inclina aurem tuam ad precem meam.
3 Quoniam repleta eſt malis anima mea:
et vita mea in inferno appropinquauit.
4 Deputatus ſum cum deſcendentibus in lacum:
factꝰ ſũ ſicut hõ ſine adiutorio int mortuos liber.
5 Sicut vulnerati dormientes in ſepulchro
quorum non meminiſti adhuc
et ipſi expulſi ſunt de manu tua.
6 Poſuerunt me in lacu inferiori:
in tenebroſis et in vmbra mortis.
7 In me confirmata eſt indignatio tua:
et omnes ſuſpenſiones tuas ſuper me induxiſti.
8 Longe feciſti notos meos a me:
poſuerunt me abominationem ſibi.
9 Traditus ſum et non egrediebar:
oculi mei infirmati ſunt ab inopia.
10 Et clamaui ad te domine tota die:
expandi manus meas ad te.
11 Nunquid mortuis facies mirabilia:
aut medici exuſcitabunt et confitebuntur tibi?
12 Nũquid enarrabit quis in ſepulchro miam tuã:
et veritatem tuam in perditione?
13 Nũquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua:

¶ Intellectus Eman ezrahitæ. lxxxvii.
DOMINE DEVS ſalutis meæ: Elohe.
in die clamaui et nocte coram te.
Intret in conſpectu tuo oratio mea:
inclina aurem tuam ad precem meam.
Quia repleta eſt malis anima mea:
et vita mea in inferno appropinquauit.
Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum:
factꝰ ſũ ſicut hõ ſine adiutorio int mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris
quorum non es memor amplius:
* et qui de manu tua repulſi ſunt.
* Poſuiſti me in lacu inferiori:
in tenebroſis et in vmbra mortis.
Super me confirmatus eſt furor tuus:
et omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Selah.
Longe feciſti notos meos a me:
poſuerunt me abominationem ſibi.
Traditus ſum et non egrediebar:
oculi mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te DOMine tota die:
expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia:
aut medici ſuſcitabunt et ꝯfitebũtur tibi? Selah.
Nunquid narrabit aliquis ĩ ſepulchro miam tuã:
et veritatem tuam in perditione?
Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua:

et iuſtitia tua in terra obliuionis.
Et ego ad te DOMINE clamaui:
et mane oratio mea preueniet te.
Ut quid DñE repellis orationem meam:
auertis faciem tuam a me?
Pauper ego sũ et in laboribus a iuuẽtute mea:
exaltatus autem humiliatus ſum et cõturbat⁹.
In me tranſierunt iræ tuæ:
et terrores tui conturbauerunt me.
Circundederunt me ſicut aqua tota die:
circundederunt me ſimul.
Elongaſti a me amicum et proximum:
et notos meos a miſeria.

et iuſtitia tua in terra oblita.
Et ego ad te domine clamaui: 14
et mane oratio mea præueniet te.
Ut quid domine repuliſti orationem meam: 15
auertiſti faciem tuam a me?
Inops ego ſum et in laboribus a iuuentute mea: 16
exaltatus autem humiliatus ſum et conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ: 17
et terrores tui conturbauerunt me.
Circundederunt me ſicut aqua tota die: 18
circundederunt me ſimul.
Elongaſti a me amicum et proximum: 19
et notos meos a miſeria.

ARGUMENTUM. Pſalmus/oſtẽſio in ſpiritu ꝓmiſſionũ Chriſto dño a deo factaꝝ et iureiurãdo ꝯfirmatarũ/eruptio prophetæ in laudẽ admirabiliũ dei/ꝙ pñceps mũdi hui⁹ in aduẽtu Chriſti eſſet humiliandus et diſſipãdi cõplices eius. ꝙ Chriſtus dñs oĩbus cælo terræꝗ ꝛ mari dñatur ꝛ omniũ eſt artifex virtus/aliud oraculũ dei de Chriſto ꝛ filijs eius qui ſũt regeneratiõis filii/de magna eius gloria ꝛ exaltatiõe i cælis/ſed magna humiliatiõe ꝛ deiectiõe in terris. ¶ Cõciliatus verſu ſecundo/quinto/ſexto/ſeptimo/triceſimoſeptimo/quadrageſimoquinto ꝛ quadrageſimoſeptio.

¶ Intellectus Ethan ezrahitæ. lxxxviij.

Miſericordias DOMini:
in æternum cantabo.
In generatione ꝛ generatione:
annunciabo veritatem tuam in ore meo.
Q̄m dixiſti in æternũ mia edificabitur in cælis:
præparabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentum electis meis
iuraui dauid ſeruo meo:
vſꝗ in æternum præparabo ſemen tuum.
Et edificabo in generatione et generatione:
ſedem tuam. Selah.
Cõfitebuntur cæli mirabilia tua DOMINE:
et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniã quis ĩ nubibus æquabitur DOMino:
Elohim ſimilis erit DOMINO in filijs DEI?
El. DEus qui glorificatur in concilio ſanctorum:
magnus et terribilis ſuper omnes
qui in circuitu eius ſunt.
Eloha. DñE DEus UIRTutum quis ſimilis tibi?
ſebaoth. potens es DñE et veritas tua in circuitu tuo.
Jah. Tu dominaris poteſtati maris:
motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum:
in brachio virtutis tuæ diſpſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt cæli et tua eſt terra:
orbem terræ et plenitudinem eius tu fundaſti:
aquilonem et mare tu creaſti.
Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt:
tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua:
iuſtitia et iudicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia et veritas præcedent faciem tuã:
beatus populus qui ſcit iubilationem.
DOMIne in lumine vultus tui ambulabunt:
et in nomine tuo exultabunt tota die:
et in iuſtitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es:

¶ Pſalmus. lxxxviij.

Miſericordias tuas domine: 1
in æternum cantabo.
* In generatione et generationem: 2
annunciabo veritatem tuam in ore meo.
Q̄m dixiſti in æternum mia edificabitur in cælis: 3
præparabitur veritas tua.
Diſpoſui teſtamentum electis meis: 4
iuraui David ſeruo meo:
vſꝗ in æternum præparabo ſemen tuum. 5
* Et edificabo in generatione et generationẽ:
ſedem tuam.
Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: 6
* et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniam quis in nubibus æquabitur domino: 7
et quis ſimilis erit domino in filijs dei?
Deus glorificandus in concilio iuſtorum: 8
magnus et terribilis in omnes
qui in circuitu eius ſunt.
Domine deus virtutum quis ſimilis tibi? 9
potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris: 10
motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: 11
et in brachio virtutis tuæ diſpſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt cæli et tua eſt terra: 12
orbem terrarum ꝛ plenitudinem eius tu fundaſti:
aquilonem et maria tu creaſti.
Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: 13
tuum brachium cum potentia.
Confirmetur manus tua et exaltetur dextera tua: 14
iuſtitia et iudicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia et veritas præeunt faciem tuam: 15
beatus populus ſciens iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt: 16
et in nomine tuo exultabunt tota die:
et in iuſtitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: 17

Ayuntamiento de Madrid

| | Vet. | Concil. | |
|---|---|---|---|
| | et in beneplacito tuo exaltabit cornu noſtrum. | et in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum. | |
| 18 | Quoniam domini eſt ſuſceptio: | Quia DOMini eſt aſſumptio noſtra: | Ki |
| | et ſancti iſrael regis noſtri. | et ſancti iſrael regis noſtri. | |
| 19 | Tūc locutus es in aſpectu filiis tuis: | Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis: | |
| | et dixiſti poſui adiutorium ſuper potentem: | et dixiſti poſui adiutorium in potente: | |
| | exaltaui electum de populo meo. | et exaltaui electum de plebe mea. | |
| 20 | Inueni dauid ſeruum meum: | Inueni Dauid ſeruum meum: | |
| | in oleo ſancto meo vnxi eum. | oleo ſancto meo vnxi eum. | |
| 21 | Manus enim mea auxiliabitur ei: | Manus enim mea auxiliabitur ei: | |
| | et brachium meum confortabit eum. | et brachium meum confortabit eum. | |
| 22 | Non proficiet inimicus in eo: | Nichil proficiet inimicus in eo: | |
| | et filius iniquitatis non apponet nocere ei. | et filius iniquitatis non apponet nocere ei. | |
| 23 | Et concidam inimicos eius a facie illius: | Et concidam a facie ipſius inimicos eius: | |
| | et eos qui oderunt eum fugabo. | et odientes eum in fugam conuertam. | |
| 24 | Et veritas mea et miſericordia mea cū ipſo eſt: | Et veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: | |
| | et in nomine meo exaltabitur cornu eius. | et in nomine meo exaltabitur cornu eius. | |
| 25 | Et ponam in mari manum eius: | Et ponam in mari manum eius: | |
| | et in fluminibus dexteram eius. | et in fluminibus dexteram eius. | |
| 26 | Ipſe inuocabit me pater meus es tu: | Ipſe inuocabit me pater meus es tu: | |
| | deus meus ⁊ ſuſceptor ſalutis meæ. | DEUS meus et ſuſceptor ſalutis meæ. | El. |
| 27 | Et ego primogenitum ponam eum: | Et ego primogenitum ponam illum: | |
| | excelſum apud reges terræ. | excelſum præ regibus terræ. | |
| 28 | In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: | In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: | |
| | et teſtamentum meum fidele ipſi. | et teſtamentum meum fidele ipſi. | |
| 29 | Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius: | Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius: | |
| | et thronum eius ſicut dies cæli. | et thronum eius ſicut dies cæli. | |
| 30 | Si dereliquerint filii eius legem meam: | Si autem dereliquerint filij eius legem meam: | |
| | et in iudicijs meis non ambulauerint. | et in iudicijs meis non ambulauerint. | |
| 31 | Si iuſtificationes meas prophanauerint: | Si iuſtitias meas prophanauerint: | |
| | et mandata mea non cuſtodierint. | et mandata mea non cuſtodierint. | |
| 32 | Viſitabo in virga iniquitates eorum: | Viſitabo in virga iniquitates eorum: | |
| | et in flagellis delicta eorum. | et in verberibus peccata eorum. | |
| 33 | Miſericordiam vero meam non diſpergā ab eo: | Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: | |
| | neq; nocebo eos in veritate mea. | neq; nocebo in veritate mea. | |
| 34 | Neq; prophanabo teſtamentum meum: | Neq; prophanabo teſtamentum meum: | |
| | et quæ procedunt de labijs meis nō reprobabo. | et quæ procedunt de labijs meis non factā irrita. | |
| 35 | Semel iuraui in ſancto meo ſi dauid mentiar: | Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar: | |
| | ſemen eius in æternum manebit. | ſemen eius in æternum manebit. | |
| 36 | Et ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: | Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo: | |
| | et ſicut luna perfecta in æternum: | et ſicut luna perfecta in æternum: | |
| | et teſtis in cælo fidelis. | et teſtis in cælo fidelis. Selah. | |
| 37 | Tu vero repuliſti et ad nichilum deduxiſti: | Tu vero repuliſti et deſpexiſti: | |
| | diſtuliſti chriſtum tuum. | * ſuccenſuiſti in chriſtum tuum. | |
| 38 | Auertiſti teſtamentum ſerui tui: | Auertiſti teſtamentum ſerui tui: | |
| | prophanaſti in terra ſāctitatem eius. | prophanaſti in terra ſanctuarium eius. | |
| 39 | Deſtruxiſti omnes macerias eius: | Deduxiſti omnes ſepes eius: | |
| | poſuiſti munitiones eius formidinem. | poſuiſti firmamentum eius formidinem. | |
| 40 | Diripuerūt eū omnes tranſeuntes viam: | Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: | |
| | factus eſt opprobrium vicinis ſuis. | factus eſt opprobrium vicinis ſuis. | |
| 41 | Exaltaſti dexteram inimicorum eius: | Exaltaſti dexteram deprimentium eum: | |
| | iocundaſti omnes inimicos eius. | lætificaſti omnes inimicos eius. | |
| 42 | Auertiſti adiutorium gladij eius: | Auertiſti adiutorium gladij eius: | |
| | et non es opitulatus ei in bello. | et non es auxiliatus ei in bello. | |
| 43 | Diſſoluiſti eum ab emundatione: | Deſtruxiſti eum ab emundatione: | |
| | et ſedem eius in terra colliſiſti. | et ſedem eius in terra colliſiſti. | |
| 44 | Minuiſti dies ſedis eius: | Minoraſti dies temporis eius: | |



Ayuntamiento de Madrid

| | | | |
|---|---|---|---|
| | perfudiſti eum confuſione. | perfudiſti eum confuſione. | |
| ¶ | Uſquequo DOMINE auertes in finem? | * Quouſque domine auerteris in finem? | |
| | exardeſcet ſicut ignis ira tua. | exardeſcet ſicut ignis ira tua. | 45 |
| | Memorare quæ mea ſubſtantia: | Memento quæ eſt ſubſtantia mea: | |
| | nũquid enim vanę cõſtituiſti oẽs filios hominũ? | non enim vane conſtituiſti oẽs filios hominum. | 46 |
| | Quis eſt homo qui viuet et nõ videbit mortem: | Quis eſt homo qui viuet et non videbit mortem: | 47 |
| | eruens animã ſuam de manu inferi? Selah. | * eruet animam ſuam de manibus inferi? | |
| Adonai. | Ubi ſũt miſericordiæ tuæ antiquæ DOMine: | Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine: | |
| | ſicut iuraſti dauid in veritate tua? | quas iuraſti dauid in veritate tua? | 48 |
| | Memor eſto DñE opprobrij ſeruorum tuorum: | Memento opprobrij ſeruorum tuorum: | |
| Adonai. | quod continui in ſinu meo multarum gentium. | quod continui in ſinu meo multarum gentium. | 49 |
| Adonai. | Quod exprobrauerunt inimici tui DOMine: | Quod exprobrauerunt inimici tui domine: | |
| Meſſiah. | quod exprobrauerũt cõmutationẽ CHRiſti tui. | quod exprobrauerunt commutationẽ chriſti tui. | 50 |
| ¶ | Benedictus DOMINUS in æternum: | Benedictionem autem domini in æternum: | 51 |
| | fiat fiat. | fiat fiat. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus/cõfeſſio benignitatis et potẽtiæ dei ab æterno/reuerſiõis hoĩs qua in terrã ſuã ꝓpter peccatũ reuertit/abbreuiationis annorũ vitæ eius/deprecatio vt Chriſtꝰ mitteretur qui verã doceret ſapientiã et irã dei in infœlix genus humanũ mitigaret: vtq; genus hũanũ a deo dirigeret. ¶ Cõciliatꝰ vſu primo/tertio/quito/ſexto/ſextodecimo ſeptiodecio et vndeuiceſimo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Oratio Moſis viri dei. lxxxviij. | ¶ Pſalmus Moſi viri dei. lxxxviiij. | |
| Adonai. | DOMINE refugium factus es nobis: | Domine refugium tu factus es nobis: | 1 |
| | in generatione et generatione. | * in generatione et generationem. | |
| | Priuſq; montes fierent | Priuſq; montes fierẽt et formaretur terra | 2 |
| | aut formaretur terra et orbis: | et orbis terræ: | |
| El. | a ſæculo et vſq; in ſæculum tu es DEus. | et a ſæculo vſq; in ſæculum tu es. | |
| | Auertiſti hominem in humilitatem: | * Ne auertas hominem in humilitatem: | 3 |
| | et dixiſti conuertimini filij hominum. | et dixiſti conuertimini filij hominum. | |
| | Quoniam mille anni ante oculos tuos: | Quoniam mille anni ante oculos tuos: | |
| | tanq; dies heſterna quæ præterijt. | tanq; dies heſterna eſt quæ præterijt. | 4 |
| | Et cuſtodia in nocte: | Et ſicut vigilia in nocte: | |
| | pro nichilo eorum anni erunt. | * quæ pro nichilo habentur anni erunt eorum. | 5 |
| | Mane ſicut herba tranſijt: | Mane ſicut herba tranſeat: | |
| | mane floruit et tranſijt: | * mane floreat et pertranſeat: | 6 |
| | veſpere decidet indurabitur et areſcet. | veſpere decidat indureſcat et areſcat. | |
| | Quia defecimus in ira tua: | Quoniam defecimus in ira tua: | 7 |
| | et in furore tuo turbati ſumus. | et in indignatione tua turbati ſumus. | |
| | Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: | Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: | 8 |
| | ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui. | ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui. | |
| | Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: | Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: | 9 |
| | et in ira tua defecimus. | et in ira tua defecimus. | |
| | Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: | Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: | 10 |
| | dies annorũ noſtrorũ in ipſis ſeptuagita annis: | dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuagita anni. | |
| | Si autem in potentatibus octoginta anni: | Si autem in potentatibus octoginta anni: | 11 |
| | et amplius eorum labor et dolor. | et amplius eorum labor et dolor. | |
| | Quoniam ſuperuenit manſuetudo: | Quoniam ſuperuenit manſuetudo: | 12 |
| | et corripiemur. | et corripiemur. | |
| | Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: | Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: | |
| | et præ timore tuo iram tuam dinumerare? | et præ timore tuo iram tuam dinumerare? | 13 |
| | Dexteram tuam ſic notam fac: | Dexteram tuam ſic notam fac: | |
| | et eruditos corde in ſapientia. | et compeditos corde in ſapientia. | 14 |
| ¶ | Conuertere DOMINE/vſquequo? | Conuertere domine/quouſq;? | |
| | et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. | et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. | 15 |
| | Repleamur mane miſericordia tua: | * Repleti ſumus mane miſericordia tua: | |
| | exultabimus et delectabimur. | * et exultauimus et iocundati ſumus. | 16 |
| | omnibus diebus noſtris. | in omnibus diebus noſtris. | |
| | Letabimur ꝓ diebꝰ quibꝰ nos humiliaſti: | * Letati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: | 17 |

Ayuntamiento de Madrid

annis quibus vidimus mala.
18 Et reſpice in ſeruos tuos et in opera tua:
et dirige filios eorum.
Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos:
19 et opera manuum noſtrarũ dirige ſuper nos *
et opus manuum noſtrarum dirige.

annis quibus vidimus mala:
Reſpice in ſeruos tuos et in opera tua:
et dirige filios eorum.
Et ſit ſplendor DOMINI DEI noſtri ſup nos: El
et opus manuum noſtrarum dirige ſuper nos Elohe.
et opus manuum noſtrarum dirige.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ de ſugi Chriſti ꝓtectione a deo/ liberatione eius a tentatiõe maligni/ ꝙ malignæ poteſtates nullã in eum poteſtatẽ habuere/ ꝙ immunis a peccato/ ꝙ deꝰ mãdauerit angelis ei miniſtrari ⁊ q̃ obſequia pſtarint / ꝙ diabolũ ſerpentẽ antiquũ Chriſtus dñs cõtriuerit/ exauditus a patre et donatus immortalitatis honore. ¶ Aduerte ĩ annotatiõe ſcdi verſus dictũ fuiſſe poſſe legi dicet: dñs ſuſceptor meus eſt/ ſed melius ex hebræo dicet dño/ ſuſceptor meus es. nam in codice hebraico poſt verbum dicet magno dei nomini יהוה LA datiui caſus nota adiecta eſt.

¶ Pſalmus. lxxxx.

1 QVi habitat in adiutorio altiſſimi:
in ꝓtectione dei cæli commorabitur.
2 Dicet domino ſuſceptor meus es tu:
et refugium meum deus meus ſperabo in eum.
3 Quoniam ipſe eruet me de muſcipula venãtiũ:
et a verbo aſpero.
4 Inter ſcapulas ſuas obumbrauit tibi:
et ſub alis eius ſperabis.
5 Scuto circundabit te veritas eius:
non timebis a timore nocturno.
6 A ſagitta volante per diem
a negocio perambulante in tenebris:
a ruina et dæmonio meridiano.
7 Cadent a latere tuo mille
et dena milia a dextris tuis:
ad te autem non appropinquabit.
8 Veruntamen oculis tuis conſiderabis:
et retributionem peccatorum videbis.
9 Quoniam tu domine ſpes mea:
altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
10 Non accedent ad te mala:
et flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo.
11 Quoniam angelis ſuis mandauit de te:
vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
12 In manibus tollent te:
nequando offendas ad lapidem pedem tuum.
13 Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis:
et conculcabis leonem et draconem.
14 Quoniam in me ſperauit eruam eum:
protegam eum quoniã cognouit nomen meum
15 Inuocauit me et ego exaudiam eum/
cum ipſo ſum in tribulatione:
et eximam eum et glorificabo eum.
16 Longitudine dierum replebo eum:
et oſtendam illi ſalutare meum.

¶ Pſalmus. lxxxx.

QVi habitat ĩ adiutorio ALTIſſimi: Elion.
in ꝓtectione DEI cæli commorabitur. Sadai.
Dicet DOMino ſuſceptor meus es tu: El
et refugium meum DEus meus ſperabo in eum. Elohim.
Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium.
et a verbo aſpero.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi:
et ſub pennis eius ſperabis.
Scuto circundabit te veritas eius:
non timebis a timore nocturno.
A ſagitta volante in die
a negocio perambulante in tenebris:
ab incurſu et dæmonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille
et decem milia a dextris tuis:
ad te autem non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis conſiderabis:
et retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es DOMINE ſpes mea: El
ALTISSIMVM poſuiſti refugium tuum. Elion.
Non accedet ad te malum:
et flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis ſuis mandauit de te:
vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt te:
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis:
et conculcabis leonem et draconem.
Quoniam in me ſperauit liberabo eum:
protegam eum quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me et ego exaudiam eum/
cum ipſo ſum in tribulatione:
eripiam eum et glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum:
et oſtendã illi SALVTARE meum. Ieſua.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ ꝙ homini bonum pſallere/ dei veritatem et miſericordiam eiꝰ ex vtroq; teſtamento requirere/ contemplari prouidentiam eius in creatura eius/ ꝙ peccatores paruo tempore apparent vt intereant in ſæculum ſæculi/ ꝙ iuſtus exaltabitur in æternitate vitæ/ et videbit inimicos ſuos depreſſos et acerbas in morte ſecunda ſtultitiæ ſuæ pendentes pœnas ¶ Cõciliatus verſu ſeptimo et vndecimo. ¶ Aduerte octauo verſu altiſſimus non eſſe Elion vnum de celebratis nominibus dei/ ſed in hebræo hic haberi aliud nomen MAROM. ¶ Quintodecimo verſu Hieronymus vocabulum ſur interpretatur fortitudinem.

¶ Pſalmus Dauid. lxxxxi.

¶ Pſalmus in die ſabbati. lxxxxi.

Ayuntamiento de Madrid

| Concil. | Vet. |
|---|---|
| Elion. BOnum eſt confiteri DOMINO: | BOnum eſt confiteri domino: 1 |
| et pſallere nomini tuo ALTIſſime. | tunc pſalles nomini domini altiſſimi. |
| Ad annūciandū mane miſericordiā tuā: | Ad annūciandū mane miſericordiā tuam: 2 |
| et veritatem tuam per noctem. | et veritatem tuam per noctem. |
| In decachordo pſalterio: | In decachordo pſalterio: 3 |
| cum cantico in cithara. | cum cantico in cithara. |
| Quia delectaſti me DOMIne in factura tua: | Quia iocundaſti me domine in factura tua: 4 |
| et in operibus manuum tuarum exultabo. | et in operibus manuum tuarum exultabo. |
| Quammagnificata ſunt opera tua DOMIne: | Quammagnificata ſunt opera tua domine: 5 |
| nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. | nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. |
| Vir inſipiens non cognoſcet: | Vir imprudens non cognoſcet: 6 |
| et ſtultus non intelliget hæc. | et ſtultus non intelliget ea. |
| Exorti ſunt peccatores ſicut fœnum: | * Cum exoriuntur peccatores ſicut fœnum: 7 |
| ⁊ apparuerunt omnes qui operantur iniq̄tatē. | * et proſpexerint omnes qui operantur iniquitatem. |
| Vt intereant in ſæculum ſæculi: | Vt intereant in ſæculum ſæculi: 8 |
| tu autem altiſſimus in æternum DOMINE. | tu autem altiſſimus in æternum es domine. |
| Quoniam ecce inimici tui DOMINE: | Quoniam ecce inimici tui domine: 9 |
| quoniam ecce inimici tui peribunt: | quoniam inimici tui peribunt: |
| et diſpergentur omnes qui operātur iniquitatē. | ⁊ diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem. |
| Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meū: | Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: 10 |
| et ſenectus mea in miſericordia vberi. | et ſenectus mea in miſericordia pingui. |
| Et deſpiciet oculus meus inimicos meos: | * Et reſpexit oculus meus inimicos meos: 11 |
| et de inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. | * et in eis qui inſurgunt in me malignantibus audiet auris mea. |
| Iuſtus vt palma florebit: | Iuſtus vt palma florebit: 12 |
| ſicut cedrus libani multiplicabitur. | velut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. |
| Elohe. Plantati in domo DOMINI: | Plantati in domo domini: 13 |
| in atrijs domus DEI noſtri florebunt. | in atrijs domus dei noſtri florebunt. |
| Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: | Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: 14 |
| et bene patientes erunt vt annuncient. | et tranquilli erunt vt annuncient. |
| Sur. Quoniā rectus DOMINUS DEus noſter: | Quoniam rectus dominus: 15 |
| et non eſt iniquitas in eo. | et non eſt iniquitas in eo. |

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ/ ꝙ Chriſtus dñs regnū accepit/ ꝙ decore īdutꝰ ⁊ amictꝰ fortitudine ꝯfirmatione orbis in ſancta legis eius directione/ de ſeſſione eius a dextris virtutis diuīæ/ de annūciatione doctrinæ ſanctæ/ de admirabili in eā reluctatione/ de admirabiliori Chriſti vincētis ī ſuis teſtibꝰ ⁊ martyribꝰ virtute/ ꝙ ecclīa dei in ſāctitate morū ad finē mūdi debeat ei cultū exhibere.

| Concil. | Vet. |
|---|---|
| Pſalmus. lxxxij. | Pſalmus. lxxxij. |
| DOMInus regnauit decorē indutus eſt: | DOminus regnauit decorem induit: 1 |
| indutus eſt DñS fortitudinē⁊ pcīxit ſe | induit dñs fortitudinem et præcinctꝰ eſt. |
| Etenim firmauit orbem terræ: | Etenim confirmauit orbem terræ: 2 |
| qui non commouebitur. | qui non commouebitur. |
| Parata ſedes tua ▬ deus ⁚ ex tunc: | Parata eſt ſedes tua deus ex illo: 3 |
| a ſæculo tu es. | a ſæculo tu es. |
| Eleuauerunt flumina DOMINE: | Eleuauerunt flumina domine: 4 |
| eleuauerunt flumina vocem ſuam. | eleuauerunt flumina vocem ſuam. |
| Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: | Eleuauerunt flumina voces ſuas: 5 |
| a vocibus aquarum multarum. | a vocibus aquarum multarum. |
| Mirabiles elationes maris: | Mirabiles ſuſpenſuræ maris: 6 |
| mirabilis in altis DOMINUS. | mirabilis in excelſis dominus. |
| Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: | Teſtimonia tua credita facta ſunt nimis: 7 |
| domum tuam decet ſanctitudo DOMINE: | domum tuam decet ſanctificatio domine: |
| in longitudinem dierum. | in longitudinem dierum. |

ARGUMENTUM. Pſalmꝰ/ inuocatio diuini brachij in peccatores vexātes populū ſāctū ſua impietate ⁊ īcredulitate/ ꝙ ſolū legis diuīæ ſtudiū beatū facit/ ꝙ īpietatibꝰ malorū reſiſti non poſſet niſi deꝰ adiutor eſſet/ niſi miſereref/ niſi deſolatos ꝯfortaret/ ꝙ īſidias Chriſto dño ad ꝑdēdū cū peccatores ponerēt ⁊ ſāguinē īnocentē cōdēnarēt/ ꝙ deꝰ iuſtus iudex vices illis repēſurꝰ eſſet/ ⁊ ſēpit̄no

Ayuntamiento de Madrid

eos interitu diſperderet. ¶ Concilíatus verſu decimo et quintodecimo.

| | ¶ Pſalmus. lxxxxiij. | ¶ Pſalmus. lxxxxiij. | |
|---|---|---|---|
| 1 | DEus vltionum dominus:<br>deus vltionum fidenter egit. | DEVS vltionum DOMINVS:<br>Deus vltionum liberę egit. | El. |
| 2 | Exaltare qui iudicas terram:<br>redde retributionem ſuperbis. | Exaltare qui iudicas terram:<br>redde retributionem ſuperbis. | |
| 3 | Vſquequo peccatores domine:<br>vſquequo peccatores gloriabuntur? | Vſquequo peccatores DOMine:<br>vſquequo peccatores gloriabuntur? | |
| 4 | Reſpondent et loquentur iniquitatem:<br>loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam. | Effabuntur et loquentur iniquitatem:<br>loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam. | |
| 5 | Populum tuum domine humiliauerunt:<br>et hereditatem tuam vexauerunt. | Populum tuum DOMIne humiliauerunt:<br>et hereditatem tuam vexauerunt. | |
| 6 | Viduam et pupillos interfecerunt:<br>et proſelytum occiderunt. | Viduam et aduenam interfecerunt:<br>et pupillos occiderunt. | |
| 7 | Et dixerunt non videbit dominus:<br>neq; intelliget deus iacob. | Et dixerunt non videbit DOMINus:<br>nec intelliget DEVS Iaacob: | Jah.<br>Elohe. |
| 8 | Intelligite nunc qui inſipientes eſtis in populo:<br>et ſtulti aliquando ſapite. | Intelligite inſipientes in populo:<br>et ſtulti aliquando ſapite. | |
| 9 | Qui plantauit aurem non audiet:<br>aut qui finxit oculum non conſiderat. | Qui plantauit aurem non audiet:<br>* aut qui finxit oculum non conſiderabit. | |
| 10 | Qui erudit gentes nō arguet:<br>qui docet hominem ſcientiam. | Qui corripit gentes non arguet:<br>qui docet hominem ſcientiam. | |
| 11 | Dominus ſcit cogitationes hominum:<br>quoniam vanæ ſunt. | DOMINus ſcit cogitationes hominum:<br>quoniam vanæ ſunt. | |
| 12 | Beatus vir quem tu erudieris domine:<br>et ex lege tua docueris eum. | Beatus homo quem tu erudieris DOMIne:<br>et de lege tua docueris eum. | Jah. |
| 13 | Vt mitiges eum a diebus malignis:<br>donec fodiatur peccatori fouea. | Vt mitiges ei a diebus malis:<br>donec fodiatur peccatori fouea. | |
| 14 | Quia non repellet dominus plebem ſuam:<br>et hereditatem ſuam non derelinquet. | Quia non repellet DOMINus plebem ſuam:<br>et hereditatem ſuam non derelinquet. | |
| 15 | Quouſq; iuſtitia tua conuertatur in iudicium:<br>et qui habent eam omnes recto ſunt corde. * | Quoaduſq; iuſtitia conuertatur in iudicium:<br>et qui iuxta illud omnes recto ſunt corde. Selah. | |
| 16 | Quis exurget michi aduerſus malignantes:<br>aut quis ꝯſiſtet michi aduerſ⁹ ōpantes iniq̄tatē? | Quis conſurget michi aduerſus malignantes:<br>aut quis ſtabit mecū aduerſus ōpantes iniquitatē? | |
| 17 | Niſi quia dominus adiuuit me:<br>paulominus inhabitauerat in inferno aīa mea. | Niſi quia DOMINVS adiuuit me:<br>paulominus habitaſſet in inferno anima mea. | |
| 18 | Si dicebam motus eſt pes meus:<br>miſericordia tua domine adiuuabat me. | Si dicebam motus eſt pes meus:<br>miſericordia tua DOMINE adiuuabat me. | |
| 19 | Dñe ſcdm multitudinē dolor̄ meor̄ ī corde meo:<br>exhortationes tuæ iocundauerūt aīam meam. | Scdm multitudinē dolorum meorū in corde meo:<br>conſolationes tuæ lætificauerūt animam meam. | |
| 20 | Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis:<br>qui fingis dolorem in præcepto? | Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis:<br>qui fingis laborem in præcepto? | |
| 21 | Captabunt in animam iuſti:<br>et ſanguinem innocentem condemnabunt. | Captabunt in animam iuſti:<br>et ſanguinem innocentem condemnabunt. | |
| 22 | Et factus eſt michi dominus in refugium:<br>et deus meus in auxilium ſpei meæ. | Et factus eſt michi DOMinus in refugium:<br>et DEus meus in adiutorium ſpei meæ. | Eloha |
| 23 | Et reddet illis dominus ſecūdum opera eorum:<br>et ſecundum malitiam eorum diſperdet eos:<br>dominus deus noſter. | Et reddet illis iniquitatem ipſorum:<br>et in malicia eorum diſperdet eos:<br>diſperdet illos DOMinus DEus noſter. | Elohe. |

ARGVMENTVM. Pſalmus / vocatio ad ſpiritualem exultationē / iubilationem / confeſſionē beneficiorum dei / hymnidicam laudem / adorationem omnimodam ante deum humiliationem / receptionem verbi dei incarnati ne ab æterna requie excludamur vt patres veteris legis qui verbo dei facti increduli in deſerto periere diuina illa quiete excluſi. ¶ Concilíatus verſu ſexto.

| | ¶ Pſalmus. lxxxxiiij. | ¶ Pſalmus. lxxxxiiij. | |
|---|---|---|---|
| 1 | VEnite exultemus domino:<br>iubilemus deo ſalutari noſtro. | VEnite exultemus DOMino:<br>iubilemus DEO ſalutari noſtro. | Sur. |

Præoccupemus faciem eius in confeſſione:
et in pſalmis iubilemus ei.
El. Quoniam DEVS magnus DOMinus:
Elohim. et rex magnus ſuper omnes deos.
Quia in manu eius fines terræ:
et altitudines montium ipſius ſunt.
Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit illud:
et ſiccam manus eius formauerunt.
Venite adoremus et procidamus
et ploremus ante DOMinum qui fecit nos:
Elohe. quia ipſe eſt — dominus .. DEus noſter.
Et nos populus paſcuæ eius:
et oues manus eius.
Hodie ſi vocem eius audieritis:
nolite obdurare corda veſtra.
Sicut in irritatione:
ſecundum diem tentationis in deſerto.
Vbi tentauerunt me patres veſtri:
probauerunt et viderunt opera mea.
Quadragita annis offenſus fui generationi illi:
et dixi ſemper hi errant corde.
Et iſti non cognouerunt vias meas
vt iuraui in ira mea:
ſi introibunt in requiem meam.

Præueniamus faciem eius in confeſſione: 2
et in pſalmis iubilemus illi.
Quoniam deus magnus eſt dominus: 3
et rex magnus ſuper omnes deos.
Quoniam non repellet dominus plebem ſuam 4
quoniam in manu eius fines terræ:
et altitudines montium ipſius ſunt.
Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit illud: 5
et aridam terram manus eius finxerunt.
Venite adoremus et procidamus ei 6
* et ploremus ante dominum qui fecit nos:
quoniam ipſe eſt dominus deus noſter.
Nos autem populus paſcuæ eius: 7
et oues manuum eius.
Ergo hodie ſi vocem eius audieritis: 8
nolite obdurare corda veſtra.
Quemadmodum in illa amaricatione: 9
ſecundum diem tentationis in deſerto.
Vbi tentauerunt me patres veſtri: 10
probauerunt me et viderunt opera mea.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic: 11
et dixi ſemper iſti errant corde:
Et iſti non cognouerunt vias meas 12
quibus iuraui in ira mea:
ſi introibunt in requiem meam.

ARGVMENTVM. Pſalmus/vocatio in ſpiritu ad carmen nouæ legis qđ eſt euãgeliũ æter= num ad laudandum patrem/filium et ſpiritumſanctum/cultum idolorũ ſpernendũ/et cultum ſuper= diuinæ trinitatis vbiuis gentiũ recipiendũ/et præ lætitia cognitionis eius vbiqꝫ exultãdum/ quia hæc eſt æquitas in qua iudicabitur orbis terrarũ/hec eſt veritas qua totius bonitatis agnoſcimus dñm/qua illi obſequimur/qua peruenimus ad eum. ¶ Conciliatus verſu vndecimo et tertiodecimo.

¶ Pſalmus. lxxxxv.

CAntate DñO canticum nouum:
cantate DOMino omnis terra.
Cantate DñO et benedicite nomini eius
Ieſua. annunciate de die in diem SALutare eius.
Annunciate inter gentes gloriam eius:
in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus DñS et laudabilis nimis:
Elohim. terribilis eſt ſuper omnes deos.
Elohei. Quoniam omnes dij gentium dæmonia:
DOMINVS autem cælos fecit.
Confeſſio et pulchritudo in conſpectu eius:
ſãctimonia et magnificentia in ſanctificatiõe ei⁹.
Afferte DOMINO patriæ gentium:
afferte DOMINO gloriam et honorem:
afferte DOMINO gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias et introite in atria eius:
adorate DOMinum in atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuerſa terra:
dicite in gentibus quia DOMinus regnauit.
Etenim correxit orbẽ terræ qui nõ cõmouebit:
iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cæli et exultet terra:
commoueatur mare et plenitudo eius:
gaudeant campi et omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum
a facie DOMINI quia venit:

¶ Pſalmus. lxxxxv.

CAntate domino canticum nouum: 1
cantate domino omnis terra.
Cantate domino et bñdicite nomen eius: 2
bene nunciate de die in diem ſalutare eius.
Annunciate in gentibus gloriam eius: 3
in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis: 4
terribilis eſt ſuper omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium dæmonia: 5
dominus autem cælos fecit.
Confeſſio et pulchritudo in conſpectu eius: 6
ſanctitas et magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte domino patriæ gentium: 7
afferte domino gloriam et honorem:
afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias et introite in atria eius. 8
adorate dominum in atrio ſancto eius:
Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: 9
dicite in nationibus quia domin⁹ regnauit a ligno.
Etenim correxit orbẽ terræ qui nõ cõmouebitur: 10
iudicabit populos in æquitate.
Iocundentur cæli et exultet terra: 11
commoueatur mare et plenitudo eius:
* gaudebunt campi et omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum 12
ante faciem domini quoniam venit:

Ayuntamiento de Madrid

quoniam venit iudicare terram.
13 Iudicauit orbem terrarum in æquitate:
et populos in veritate ſua.

quoniam venit iudicare terram.
* Iudicauit orbem terræ in æquitate:
et populos in veritate ſua.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de aduentu Chriſti domini ad iudicium/ſignis iudicii/ confuſione idololatrarum/præcepto q omnes cælites adorent Chriſtum/lætitia eccleſiæ ſanctorum ſuper hoc præcepto/et animarum ſanctarum ſuper iuſto Chriſti dei iudicio/q tunc lux mundi intelligibilis iuſtis orietur ſemper in domino lætantibus/memoriam beneficiorum eius celebrantibus / gratias agentibus/et deum in ſæcula ſæculorum laudantibus ¶ Conciliatus verſu quinto. Aduerte ſeptimo verſu vocabulum ELILIM interpretes vertiſſe ſculptilia quod præcedentis pſalmi verſu quinto verterunt dæmonia. ¶ Item octauo verſu Elohim vertũt angeli et ſtatim verſu decimo deos: ſed æquius vt et octauo etiam dii vertiſſent quemadmodum et ſacer Hieronymus.

¶ Pſalmus. lxxxxvi.

1 DOminus regnauit exultet terra:
iocundentur inſulæ multæ.
2 Nubes et caligo in circuitu eius:
iuſtitia et iudicium directio ſedis eius.
3 Ignis ante ipſum præibit:
et inflammauit in circuitu inimicos eius.
4 Apparuerunt fulgura eius orbi terræ:
vidit et commota eſt terra.
5 Montes fluxerunt ſicut cera a facie domini:
a facie domini omnis terra.
6 Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius:
et viderunt omnes populi gloriam eius.
7 Confundantur omnes qui adorant ſculptilia:
qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
8 Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit et iocundata eſt ſion.
9 Et exultauerunt filiæ Iudæ:
propter iudicia tua domine.
10 Quoniã tu es dñs altiſſimus ſup omnẽ terram:
nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
11 Qui diligitis dominum odite malignum:
cuſtodit dominus animas ſeruorum ſuorum
de manu peccatoris eruet eas.
12 Lux orta eſt iuſto:
et rectis corde iocunditas.
13 Iocundamini iuſti in domino:
et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

¶ Pſalmus. lxxxxvi.

DOMINus regnauit exultet terra:
lętentur inſulæ multæ.
Nubes et caligo in circuitu eius:
iuſtitia et iudicium correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum præcedet:
et inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terræ:
vidit et commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a facie DOMINI:
* a facie DOMIni omnis terræ. Adonai.
Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius:
et viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant ſculptilia:
et qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit et lætata eſt ſion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ:
propter iudicia tua DOMINE.
Qm̃ tu DñS ALTIſſimus ſup omnem terram: Elion.
nimis exaltatus es ſuper omnes deos. Elohim.
Qui diligitis DOMInum odite malum:
cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorũ
de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto:
et rectis corde lætitia.
Lętamini iuſti in DOMINO: Elion.
et confitemini memoriæ ſanctificationis eius.

ARGVMENTVM. Pſalmus/vocatio in ſpiritu ad carmen nouæ legis in narrandis mirabilibus quæ deus per Chriſtum dominum geſſit/q propria virtute a mortuis ſurrexerit/ q id per vniuerſos fines terræ annunciatum ſit/inuitatio gentium omnium ad lætitiam/q legem Chriſti qua in iuſtitia et æquitate regerentur ſuſceperint. ¶ Cõciliatus verſu ſecundo.

¶ Pſalmus. lxxxxvii.

1 CAntate domino canticum nouum:
quia mirabilia fecit dominus.
2 Sanauit ei dextera eius:
et brachium ſanctum eius.
3 Notum fecit dominus ſalutare ſuum:
ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiã ſuã.
4 Memor fuit miſericordiæ ſuæ iacob:
et veritatis ſuæ domus iſrael.
5 Viderunt omnes fines terræ:
ſalutare dei noſtri.
6 Iubilate deo vniuerſa terra:
cantate et exultate et pſallite.

Pſalmus. lxxxxvii.

CAntate DOMINO canticum nouum:
quia mirabilia fecit.
* Saluauit eum dextera eius:
et brachium ſanctum eius.
Notum fecit DOMInus SALVtare ſuum: Ieſua.
in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ:
et veritatis ſuæ domui Iſrael.
Viderunt omnes termini terræ:
SALVTAre DEI noſtri. Ieſua. Elohe.
Iubilate DOMino omnis terra:
cantate et exultate et pſallite.

Ayuntamiento de Madrid

Pſallite DOMino in cithara:
in cithara et voce pſalmi:
in tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis DOMini:
moueatur mare et plenitudo eius:
orbis terrarum et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu
ſimul mõtes exultabũt a conſpectu DOMini:
quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iuſticia:
et populos in æquitate.

Pſallite deo noſtro in cithara: 7
in cithara et voce pſalmi:
in tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis domini:
commoueatur mare et plenitudo eius: 8
orbis terræ ⁊ omnes inhabitantes in ea.
Flumina plaudent manibus
in idipſum montes exultabunt a facie domini: 9
quoniam veniet iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in iuſtitia: 10
et populos in æquitate.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ excitatio gentium q̃ Chriſtus dominus deus noſter qui ſedet ſuper Cherubim acceperit ad eas moderandas regnum/ q̃ in eccleſia regeneratorum Chriſtus dominus magnus et excelſus ad directionem omnium populorum/ q̃ eius adoretur humanitas quæ eſt diuinitatis eius reclinatorium ⁊ agnus pro nobis immolatus/ quales ſacerdotes Chriſti eſſe debeant cuſtodientes mandata eius/ nichil innouantes/ ſancti/ puri et immaculati/ inuocantes ⁊ exaltantes eum qui eſt ſanctus ſanctorum. ¶ Conciliatus verſu primo et quinto.

¶ Pſalmus. lxxxxviij.

DOMin⁹ regnauit ꝯmoueãtur populi: *
qui ſedet ſup cherubĩ moueaẽ terra. *
DOMinus in ſion magnus et excelſus:
ſuper omnes populos.
Cõfiteãtur nõi tuo magno qm̃ terribile ⁊ ſãctũ eſt:
et honor regis iudicium diligit.
Tu paraſti directiones:
iudicium et iuſtitiam in Iaacob tu feciſti.
Elohe. Exaltate DOMinum DEum noſtrum:
et adorate ſcabellũ pedũ ei⁹: quoniã ſãct⁹ eſt. *
Moſes et Aharon in ſacerdotibus eius:
et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant DOMinũ et ipſe exaudiebat eos:
et in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebant teſtimonia eius:
et præceptum quod dedit illis.
Elohe. El. DOMine DEus noſter tu exaudiebas eos:
DEus tu propicius fuiſti eis:
et vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.
Elohe. Exaltate DOMinum DEum noſtrum
et adorate in monte ſancto eius:
Elohe. quoniam ſanctus DOMinus DEus noſter.

¶ Pſalmus. lxxxxviij.

Dominus regnauit iraſcantur populi: 1
qui ſedes ſup cherubĩ ꝯmoueaẽ terra.
Dominus in ſion magnus et excelſus eſt: 2
ſuper omnes populos.
Cõfiteanẽ nõi tuo magno qm̃ terribile et ſanctũ eſt: 3
et honor regis iudicium diligit.
Tu paraſti æquitatem: 4
iuſtitiam et iudicium in iacob tu feciſti.
Exaltate dominum deum noſtrum: 5
⁊ adorate ſcabellũ pedũ eius: quoniã ſanctum eſt.
Moyſes et aaron in ſacerdotibus eius: 6
et ſamuel in iis qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum et ipſe exaudiebat eos. 7
et in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebant teſtimonia eius: 8
et præcepta eius quæ dedit eis.
Domine deus noſter tu exaudiſti eos: 9
deus tu propicius fuiſti illis:
et vindicans in omnes affectiones eorum.
Exaltate dominum deum noſtrum 10
et adorate in monte ſancto eius:
quoniam ſanctus dominus deus noſter.

ARGVMENTVM. Pſalmus/ confeſſio beneficiorum dei ⁊ inuitatio ad iubilationem/ lætitiã et laudem eius. ¶ Conciliatus verſu primo/ tertio et quinto.

¶ Pſalmus Thodah. lxxxxviii.

IVbilate DOMino omnis terra: *
ſeruite DOMino in lætitia.
Introite in conſpectu eius:
in exultatione.
Elohim Scitote quoniam DOMinus ipſe eſt DEus
ipſe fecit nos et ipſius ſumus. *
Populus eius et oues paſcuæ eius
introite portas eius in confeſſione:
atria eius in hymnis/ confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt Dñs:
in æternum miſericordia eius:
et vſq; in generationem et generationem *
veritas eius.

¶ Pſalmus. lxxxxviiii.

IVbilate deo omnis terra: 1
ſeruite domino in iocunditate.
Intrate in conſpectu eius: 2
in exultatione.
Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus: 3
ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Nos autem populus eius et oues paſcuæ eius 4
intrate portas eius in confeſſione
in atria eius in hymnis confeſſionũ confitemini ei.
Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt domin⁹: 5
in æternum miſericordia eius:
et vſq; in generationem et generationem
veritas eius.

Ayuntamiento de Madrid

ARGVMENTVM. Pſalmus de conuerſatione Chriſti domini in terris. ¶ Conciliatus verſu tertio/quarto/quinto/ſexto/ſeptimo/octauo/nono et decimo.

¶ Pſalmus Dauid. c.

1 Mi¦ſericordiam et iudicium:
cantabo tibi domine.
2 Pſallam et intelligam in via imaculata:
quando venies ad me.
3 Perambulabam in innocentia cordis mei:
in medio domus meæ.
4 Non pponebā ante oculos meos rem malā:
facientes præuaricationes odio habui.
5 Non adheſit michi cor prauum:
cū declinaret a me malignus nō cognoſcebā.
6 Detrahentem proximo ſuo occulte:
hunc perſequebar.
7 Superbo oculo et inſatiabili corde:
huic non conueſcebar.
8 Oculi mei ad fideles terræ vt ꝯſiderēt hi mecū:
ābulās ī via imaculata hic michi miniſtrabat
9 Non habitauit in medio domus meæ:
faciens ſuperbiam:
loquēs iniq̄ nō direxit ī ꝯſpectu ocloꝝ meoꝝ.
10 In matutinis īterficiebā oēs peccatores t̄ræ:
vt diſpdā de ciuitate dn̄i oēs opantes iīq̄tatē.

¶ Pſalmus Dauidi. c.

Miſericordiam et iudicium:
cantabo tibi DOMINE.
Pſallam et intelligam in via immaculata:
quando venies ad me.
* Perambulabam in innocentia cordis mei:
in medio domus meæ.
* Non proponā ante oculos meos rem iniuſtam:
facientes præuaricationes odiui.
* Nec adheſerunt michi:
* cor prauū declinabit a me/malignū non cognoſcā.
Detrahentem ſecreto proximo ſuo:
* hunc perſequar.
Superbo oculo et inſatiabili corde:
* cum hoc non edam.
Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant mecum:
* ambulās in via immaculata hic michi miniſtrabit
Non habitabit in medio domus meæ
qui facit ſuperbiam:
* qui loq̄t iniq̄ nō diriget ī ꝯſpectu oculorū meorū.
* In matutino interficiam omnes peccatores terræ:
* vt diſperdā de ciuitate DNI oēs opantes iīq̄tatē.

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio populi fidelis ab infidelibus diu et multū oppreſſi vt excitet benigniſſimus deus et eccleſia regeneratoꝝ in ſua puritate inſtauretur/vt oēs populi ad pietatis cultū ꝯuertātur et oīa mūdi regna ſeruiāt dn̄o. ¶ Cōciliat⁹ v̄ſu viceſimotertio et viceſimoſeptio.

¶ Pſalmus. cj.

1 Domine exaudi orationem meam:
et clamor meus ad te perueniat.
2 Ne auertas faciem tuam a me:
in quacūq; die tribulor inclina aurē tuā ad me.
3 In quacunq; die inuocauero te:
cito exaudi me.
4 Quia defecerunt ſicut fumus dies mei:
et oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt.
5 Percuſſum eſt ſicut fœnum et aruit cor meum:
quia oblitus ſum manducare panem meum.
6 A voce gemitus mei:
adheſerunt oſſa mea carni meæ.
7 Similis factus ſū pelicano qui hitat ī ſolitudine:
factus ſū ſicut nycticorax q̄ habitat ī parietinis.
8 Vigilaui et factus ſum ſicut paſſer:
ſingularis in tecto.
9 Tota die exprobrabant michi inimici mei:
et qui laudabant me aduerſum me iurabant.
10 Quia cinerem ſicut panem manducaui:
et potum meum cum fletu miſcebam.
11 A facie iræ et indignationis tuæ:
quoniam leuaſti eliſiſti me.
12 Dies mei ſicut vmbra declinauerunt:
et ego velut fœnum arui.
13 Tu vero domine in æternum permanes:
et memoriale tuū in generatione et generationē.
14 Tu exurgens miſereberis Sion:
quoniam venit tempus vt miſerearis eius.

¶ Pſalmus. cj.

DOMINE exaudi orationem meam:
et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me:
in quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunq; die inuocauero te:
velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei:
et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fœnum et aruit cor meum:
quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei:
adheſit os meum carni meæ.
Similis factus ſum pelicano ſolitudinis:
factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui et factus ſum ſicut paſſer:
ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei:
et qui laudabant me aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanq; panem manducabam:
et potum meum cum fletu miſcebam.
A facie iræ indignationis tuæ:
quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt:
et ego ſicut fœnum arui.
Tu autem DOMINE in æternum permanes:
et memoriale tuum in generatione et generatione
Tu exurgens domine miſereberis Sion:
quia tempus miſerendi eius quia venit tēpus.

Ayuntamiento de Madrid

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius:
et terræ eius miſerebuntur.
Et timebunt gẽtes nomẽ tuũ DOMINE:
et omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia edificauit DOMINVS Sion:
et videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationẽ humilium:
et non ſpreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatione altera:
et populus qui creabitur laudabit.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo:
DOMINVS de cælo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus conpeditorum:
et ſolueret filios interemptorum.
Vt annunciẽt in Sion nomẽ DOMINI:
et laudem eius in Jeruſalem.
Cum conuenient populi in vnum:
et reges vt ſeruiant DOMINO.
Reſpondit ei in via virtutis ſuæ:
paucitatẽ dierũ meorũ nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum:
in generatione et generationẽ anni tui.
Initio tu dñe .. terram fundaſti:
et opera manuum tuarum ſunt cæli.
Ipſi peribunt tu autẽ permanebis:
et omnes ſicut veſtimentũ veteraſcent.
Et ſicut opertoriũ mutabis eos et mutabunt:
tu autẽ idem ipſe es et anni tui non deficient.
Filij ſeruorũ tuorũ habitabunt:
et ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Quoniam bñplacitũ habuerũt ſerui tui lapides eius: et pulueris eius miſerebuntur. 15
Et timebunt gentes nomẽ tuũ dñe: 16
et omnes reges terræ gloriam tuam.
Quoniam edificauit dominus ſion: 17
et videbitur in gloria ſua.
Et reſpexit in orationem humilium: 18
et non deſpexit deprecationem eorum.
Scribantur hec in generationem alteram: 19
et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quoniam proſpexit ex alto ſancto ſuo: 20
dominus de cælo in terram proſpexit.
Vt audiret gemitum compeditorum: 21
et ſoluat filios mortificatorum.
Vt annuncietur in ſion nomen domini: 22
et laus eius in hieruſalem.
*In conueniendo populos in vnum: 23
et regna vt ſeruiant domino.
Reſpondit ei in via fortitudinis ſuæ: 24
exiguitatem dierũ meorũ annuncia michi.
Ne reuoces me in dimidium dierum meorum: 25
in generatione generationum anni tui.
In principio terram tu fundaſti domine: 26
et opera manuum tuarum ſunt cæli.
*Ipſi peribunt tu autem permanes: 27
et omnes ſicut veſtimentũ veteraſcent.
Et ſicut opertoriũ mutabis eos et mutabuntur: 28
tu vero idẽ ipſe es et anni tui non deficient.
Filij ſeruorum tuorum inhabitabunt: 29
et ſemen eorum in ſæculum ſæculi dirigetur.

ARGVMENTVM. Pſalmus/beneficiorũ dei agnitio grãrũ actio/quãta dei benignitas i nos quãta miſeratio/inuitatio ſupnarũ virtutũ ⁊ omnis creature eius ad dei benedictionẽ/et aie fidælis exhortatio in vniuerſa creatura cui late dñat de⁹ad ɔſimilẽ dei bñdictionẽ. ¶ Cõciliatus ẏſu quito

Pſalmus Dauidi. cij.

BEnedic anima mea DOMINO:
et oĩa q̃ intra me ſunt nomini ſancto ei⁹.
Benedic anima mea DOMINO:
et noli obliuiſci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur omnibus iniquitatibus ſuis:
qui ſanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam:
qui coronat te in miſericordia et miſerationib⁹.
Qui replet bonis deſiderium tuum:
renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
Faciens miſericordias DOMINVS:
et iudicium omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias ſuas Moſi:
filijs Iſrael voluntates ſuas.
Miſerator et miſericors DOMINus:
longanimis et multum miſericors.
Non in perpetuum iraſcetur:
neq; in æternum comminabitur.
Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis:
neq; ſecũdũ iiquitates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſecundum altitudinem cæli a terra:
corroborauit miſericordiã ſuã ſup timentes ſe.

¶ Pſalmus Dauid. cij.

BEnedic anima mea dominum: 1
et oĩa interiora mea nomen ſanctum eius.
Benedic anima mea dominum: 2
et noli obliuiſci omnes retributiones eius.
Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis: 3
qui ſanat omnes languores tuos.
Qui redimit de corruptione vitam tuam: 4
qui coronat te in miſeratione et miſericordia.
*Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum: 5
renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua.
Faciens miſericordias dominus: 6
et iudicium eis qui iniuriam accipiunt.
Notas fecit vias ſuas moyſi: 7
filijs iſrael voluntates ſuas.
Miſerator et miſericors dominus: 8
longanimis et multæ miſericordiæ.
Non in finem iraſcetur: 9
neq; in æternum indignabitur.
Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: 10
neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſecundum altitudinem cæli a terra: 11
confirmauit dñs miſericordiã ſuã ſup timentes eũ.

Ayuntamiento de Madrid

12 Quantum diſtat oriens ab occidente:
longe fecit a nobis eſſe peccata noſtra.
13 Sicut miſeretur pater filijs
ſic miſertus eſt dominus timentibus eum:
quoniã ipſe cognouit figmentum noſtrũ.
14 Memento quia puluis ſumus
hõ tanꝙ fœnũ/dies illi⁹ ſic flos agri/ita efflorebit
15 Qm̃ ſpiritus pertranſibit in eo et non erit:
et non cognoſcet amplius locum ſuum.
16 Miſericordia vero dñi in ſæculo et in ſæculũ:
ſuper timentes eum.
17 Et iuſtitia eius ſuper filios filiorũ:
cuſtodientibus teſtamentũ eius.
18 Et memoria retinentibus mandata eius:
vt faciant ea
19 Dñs parauit in cælo thronũ ſuum:
et regnũ eius omnium dominabitur.
20 Benedicite dñm omnes angeli eius:
potentes fortitudine facientes verbum eius:
ad audiendã vocẽ ſermonũ eius.
21 Benedicite dñm omnes virtutes eius:
miniſtri eius facientes voluntatẽ ipſius.
22 Benedicite dñm omnia opera eius
in omni loco dominationis eius:
benedic anima mea dominum.

Quantum diſtat ortus ab occidente:
longe fecit a nobis iniquitates noſtras.
Quomodo miſeretur pater filiorum
miſertus eſt DOMINUS timentibus ſe.
quoniã ipſe cognouit figmentũ noſtrũ.
Recordatus eſt quoniã puluis ſumus:
hõ ſic fœnũ/dies ei⁹ tanꝙ flos agri/ſic efflorebit
Qm̃ ſpiritus pertrãſibit in illo ⁊ non ſubſiſtet:
et non cognoſcet amplius locum ſuum.
Mia aũt DOMINI ab æterno ⁊ vſꝙ in æternũ:
ſuper timentes eum.
Et iuſtitia illius in filios filiorũ:
ijs qui ſeruant teſtamentũ eius.
Et memores ſunt mandatorũ ipſius:
ad faciendum ea.
DOMINUS in cælo parauit ſedẽ ſuã:
et regnũ ipſius omnibus dominabitur.
Benedicite DOMINO omnes angeli eius:
potentes virtute/facientes verbum illius
ad audiendã vocẽ ſermonũ eius.
Benedicite DOMINO omnes virtutes eius
miniſtri eius qui facitis voluntatẽ eius.
Benedicite DOMINO omnia opera eius
in omni loco dominationis eius:
benedic anima mea DOMINO.

ARGUMENTUM. Pſalmus/alia laus et gratiarum actio ſpecialius beneficia dei ⁊ prudentiã narrãs/qđ diuinum indumentum/quæ eius opera/ꝙ ſuſceptus a nube aſcenderit in cælũ/ꝙ angelos miſerit ſuæ volũtatis nũcios/ꝙ admirabili prouidentia ſingula quæꝗ diſpenſet in terra/ꝙ tota mẽs noſtra ꝑuerſa eſſe debeat in laude diuina/⁊ illic tota delectatio nr̃a/ꝙ aũt tales nõ ſũt deleãt a terra vt ſoli laudatores dei ſupſint ⁊ remaneãt in ea. ¶ Conciliatus verſu tertiodecimo/octauodecimo/vndeuiceſimo et triceſimoſecundo.

¶ Pſalmus Dauid. ciij.
1 Benedic anima mea dominum:
dñe deus meus magnificat⁹ es nimis.
2 Confeſſionẽ et decorẽ induiſti:
circũamictus lumen ſicut veſtimentum.
3 Extendens cælum ſicut pellem:
qui protegit aquis ſuperiora eius.
4 Qui ponit nubes aſcenſũ eius:
qui ambulat ſuper pennas ventorum.
5 Qui facit angelos ſuos ſpiritus:
et miniſtros ſuos ignem flagrantẽ.
6 Fundauit terram ſuper firmitatẽ eius:
non inclinabitur in ſæculũ ſæculi.
7 Abyſſus ſicut veſtimentũ amictus ipſius:
ſuper montes ſtabunt aquæ.
8 Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
9 Aſcendunt montes et deſcendũt campi:
in locum quem fundaſti eis.
10 Terminũ poſuiſti eis quẽ nõ tranſgredientur:
neꝗ reuertentur tegere terram.
11 Qui emittis fontes in conuallibus:
inter mediũ montiũ pertranſibunt aquæ.
12 Potabunt omnes beſtiæ agri:
ſuſcipient onagri in ſitim ſuam.

¶ Pſalmus Dauidi. ciij.
Benedic anima mea DOMINO:
DñE DE⁹ me⁹ magnificat⁹ es vehe(mẽter) Eloha
Confeſſionẽ ⁊ decorẽ induiſti:
amictus lumine ſicut veſtimento.
Extendens cælum ſicut pellem:
qui tegis aquis ſuperiora eius.
Qui ponis nubem aſcenſum tuum:
qui ambulas ſuper pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos ſpiritus:
et miniſtros tuos ignẽ vrentem.
Qui fundaſti terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuam:
non inclinabitur in ſæculũ ſæculi.
Abyſſus ſicut veſtimentũ amictus eius:
ſuper montes ſtabunt aquæ.
Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
Aſcendunt montes et deſcendunt campi:
in locum quem fundaſti eis.
Terminũ poſuiſti quẽ nõ tranſgredientur:
nec conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus:
inter mediũ montiũ pertranſibunt aquæ.
Potabunt omnes beſtiæ agri:
expectabunt onagri in ſiti ſua.



Ayuntamiento de Madrid

| | CONCIL. | VET. | |
|---|---|---|---|
| | Super ea volucres cæli habitabunt: | Super illos volatilia cæli inhabitabunt: | 13 |
| | de medio nemorū dabunt voces. | * de medio petrarum dabunt vocem ſuam. | |
| | Rigans mōtes de ſuperioribus ſuis: | Rigans montes de ſuperioribus ſuis: | 14 |
| | de fructu operum tuorū ſatiabitur terra. | de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. | |
| | Producens fœnum iumentis: | Producens fœnum iumentis: | 15 |
| | et herbam ſeruituti hominum. | et herbam ſeruituti hominum. | |
| | Ut educas panem de terra: | Ut educas panem de terra: | 16 |
| | et vinum lætificet cor hominis. | et vinum lætificet cor hominis. | |
| | Ut exhilaret faciem in oleo: | Ut exhilaret faciem in oleo: | 17 |
| | et panis cor hominis confirmet. | et panis cor hominis confirmet. | |
| | Saturabuntur ligna DOMINI | * Satiabuntur omnia ligna campi | 18 |
| | et cedri libani quas plantauit: | et cedri libani quas plantauit: | |
| | illic paſſeres nidificabunt. | illic paſſeres nidificabunt. | |
| | Erodij domus præſidet illis: | * Fulicæ domꝰ dux ē eoꝝ mōtes altiſſimi ceruis: | 19 |
| | mōtes excelſi ceruis/ petra refugiū erinacijs. | petra refugium heritijs et leporibus. | |
| | Fecit lunam in tempora: | Fecit lunam in tempora: | 20 |
| | ſol cognouit occaſum ſuum. | ſol agnouit occaſum ſuum. | |
| | Poſuiſti tenebras et facta eſt nox: | Poſuiſti tenebras et facta eſt nox: | 21 |
| | in ipſa pertranſibūt omnes beſtiæ ſiluæ. | ibi pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. | |
| | Catuli leonum rugientes vt rapiant: | Catuli leonum rugientes vt rapiant: | 22 |
| El. | et quærant a DEO eſcam ſibi. | quærentes a deo eſcam ſibi. | |
| | Ortus eſt ſol et congregati ſunt: | Ortus eſt ſol et congregati ſunt: | 23 |
| | et in cubilibus ſuis collocabuntur. | et in cubilibus ſuis cubabunt. | |
| | Exibit homo ad opus ſuum: | Exiet homo ad opus ſuum: | 24 |
| | et ad operationem ſuam vſq; ad veſperam. | et ad operationem ſuam vſq; ad veſperam. | |
| | Quā magnificata ſunt opera tua DOMINE: | Quā magnificata ſunt opera tua domine: | 25 |
| | omnia in ſapientia feciſti: | omnia in ſapientia feciſti: | |
| | impleta eſt terra poſſeſſione tua. | repleta eſt terra creatura tua. | |
| | Hoc mare magnū et ſpacioſum manibus: | Hoc mare magnum et ſpacioſum | 26 |
| | illic reptilia quorum non eſt numerus. | ibi repentia quorum non eſt numerus. | |
| | Animalia puſilla cum magnis: | Animalia puſilla et magna: | 27 |
| | illic naues pertranſibunt. | illic naues commeabunt. | |
| | Draco iſte quē formaſti ad illudendum ei: | Draco hic quē finxiſti ad illudendum ei: | 28 |
| | oīa a te expectāt vt des illis eſcam in tempore. | oīa a te expectāt dn̄e vt des illis eſcā i tpe opor(tuno | |
| | Dante te illis colligent: | Cum dederis eis colligent: | 29 |
| | aperiēte te manū tuā oīa implebuntur bonitate | apiētē aūt te manū tuā vniuerſa iplebūt bōitate | |
| | Auertente autem te faciem turbabuntur: | Auertente autem te faciem tuam turbabuntur: | 30 |
| | auferes ſpiritum eorum et deficient. | auferes ſpiritum eorum et deficiēt: | |
| | et in puluerem ſuum reuertentur. | et in puluerem ſuum conuertentur. | |
| | Emittes ſpiritum tuum et creabuntur: | Emittes ſpiritum tuū et creabuntur: | 31 |
| | et renouabis faciem terræ. | et innouabis faciem terræ. | |
| | Sit gloria DOMINI in ſæculum: | * Sit gloria domini in æternum: | 32 |
| | lætabitur DOMINUS in operibus ſuis. | lætabitur dominus in operibus ſuis. | |
| | Qui reſpicit terram et facit eam tremere: | Qui aſpicit terram et facit eam tremere: | 33 |
| | qui tangit montes et fumigant. | qui tangit montes et fumigabunt. | |
| | Cantabo DOMINO in vita mea: | Cantabo domino in vita mea: | 34 |
| Eloha. | pſallam DEO meo quādiu ſum. | pſallam deo meo quādiu ſum. | |
| | Iocundū ſit ei eloquium meum: | Suauis ſit ei diſputatio mea: | 35 |
| | ego vero delectabor in DOMINO. | ego autem iocundabor in domino. | |
| | Deficiāt pctōres a terra/ et iniq ita nō vt non ſint | Deficiant pctōres a terra/ ⁊ iniq ita vt non ſint: | 36 |
| | benedic anima mea DOMINO. | benedic anima mea dominum. | |

ANNOTATIO. Pſalmus/ laus veteris ſynagogæ hiſtoriā ſacrā parti ex Geneſi/ parti ex Exodo cōtinēs. ¶ Cōciliatꝰ verſu nonodecimo/ viceſimoprimo/ viceſimoquito/ viceſimoſeptimo/ et triceſimoquito. ¶ Aduerte triceſimotertio verſu dixit ⁊ venit locuſta ⁊ bruchus. i anotatione huius verſus dictꝰ eſt bruchus ſpecies quædā aculeatæ muſcæ. nā ⁊ in Hieremia ſic legimus adducite equū quaſi bruchum aculeatū. verū alij nō muſcam/ ſed vermē illū hirſutū ſignificari volunt quē

Ayuntamiento de Madrid

maxime hortenſes herbas ⁊ arborum frondes erodit quam et greci campen appellant. et in hac re=
gione ita notus vt qui deſcribere velit ſuperfluus propemodum videatur.

¶ Pſalmus. ciiij.

1 Confitemini dño ⁊ inuocate nomē eius:
annunciate inter gentes opera eius.
2 Cantate ei et pſallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
3 Laudamini in nomine ſancto eius:
lætetur cor quærentium dominum.
4 Quærite dominum et confirmamini:
quærite faciem eius ſemper.
5 Mementote mirabilium eius quæ fecit:
prodigia eius et iudicia oris eius.
6 Semen abraham ſerui eius:
filij iacob electi eius.
7 Ipſe dominus deus noſter:
in omni terra iudicia eius.
8 Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui:
verbi quod mandauit in mille generationes.
9 Quod diſpoſuit ab abraham:
et iuramenti ſui ad iſaac.
10 Et ſtatuit illud iacob in præceptum:
et iſrael in teſtamentum æternum.
11 Dicens tibi dabo terram chanaan:
funiculum hereditatis veſtræ.
12 Cum eſſent numero breui:
pauciſſimi/et incolæ in ea
13 Tranſierunt de gente in gentem:
⁊ de regno in populum alterum
14 Non dimiſit homini nocere eis:
et corripuit pro eis reges.
15 Nolite tangere chriſtos meos:
et in prophetis meis nolite malignari.
16 Et vocauit famem ſuper terram:
et omne firmamentum panis contriuit.
17 Miſit ante eos virum:
in ſeruum venundatus eſt ioſeph.
18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius:
ferrum pertranſijt animam eius:
donec veniret verbum eius.
19 Eloquium domini inflammauit eum:
miſit rex et ſoluit eum:
princeps populorum et dimiſit eum.
20 Conſtituit eum dominum domus ſuæ:
et principem omnis poſſeſſionis ſuæ.
21 Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum:
et ſenes eius prudentiam doceret.
22 Et intrauit iſrael in ægyptum:
et iacob accola fuit in terra cham.
23 Et auxit populum ſuum vehementer:
et firmauit eum ſuper inimicos eius.
24 Et conuertit cor eorum vt odirent populum eius:
et dolum facerent in ſeruos eius.
25 Miſit moyſen ſeruum ſuum:
et aaron quem elegit ipſum.
26 Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum:

¶ Pſalmus. ciiij.

Confitemini DOMINO ⁊ inuocate nomē ei⁹:
annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ⁊ pſallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine ſancto eius:
lætetur cor quærentium DOMINUM.
Quærite DOMINUM ⁊ confirmamini:
quærite faciem eius ſemper.
Mementote mirabilium eius quæ fecit:
prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen Abraham ſerui eius:
filij Iaacob electi eius.
Ipſe DOMINUS DEUS noſter: Elohe.
in vniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui:
verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad Abraham:
et iuramenti ſui ad Iſaac.
Et ſtatuit illud Iaacob in præceptum:
et iſrael in teſtamentum æternum.
Dicens tibi dabo terram Chanaan:
funiculum hereditatis veſtræ.
Cum eſſent numero breui:
pauciſſimi/et incolæ eius.
Et pertranſierunt de gente in gentem:
⁊ de regno ad populum alterum
Non reliquit hominem nocere eis:
et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere chriſtos meos:
et in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram:
et omne firmamentum panis contriuit.
Miſit ante eos virum:
in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius:
ferrum pertranſijt animam eius:
donec veniret verbum eius.
* Eloquium DOMINI probauit eum:
miſit rex et ſoluit eum:
princeps populorum et dimiſit eum.
Conſtituit eum dominum domus ſuæ: Adon.
et principem omnis poſſeſſionis ſuæ.
Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum:
* et ſenes eius prudentiam doceret.
Et intrauit iſrael in ægyptum:
et Iaacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum ſuum vehementer:
et firmauit eum ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eorum vt odirent populum eius:
et dolum facerent in ſeruos eius.
Miſit Moſen ſeruum ſuum:
* Aharon quem elegit ſibi.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum:



Ayuntamiento de Madrid

et prodigiorum in terra Cham.
Miſit tenebras et obſcurauit:
et non exacerbauerunt ſermones eius.
Conuertit aquas eorum in ſanguinem:
et occidit piſces eorum.
Edidit terra eorum ranas:
in penetralibus regum ipſorum.
Dixit et venit cœnomya et ſciniphes:
in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eorum grandinem:
ignem comburentem in terra ipſorum.
Et percuſſit vineas eorum et ficulneas eorum:
et contriuit lignum finium eorum.
Dixit et venit locuſta et bruchus:
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fœnum in terra eorum:
et comedit omnem fructum terræ eorum.
Et percuſſit omne primogenitũ in terra eorum:
primitias omnis partus eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro:
et non erat in tribubus eorum infirmus.
Lætata eſt ægyptus in profectione eorum:
quia incubuit timor eorum ſuper eos.
Expandit nubem in protectionem eorum:
et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix:
et pane cæli ſaturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aquæ:
abierunt in ſicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui:
quod habuit ad Abraham puerum ſuum.
Et eduxit populum ſuum in exultatione:
et electos ſuos in læticia.
Et dedit illis regiones gentium:
et labores populorum poſſederunt.
Ut cuſtodiant iuſtificationes eius:
et legem eius requirant.

et prodigiorum in terra cham.
Miſit tenebras et obſcurauit: 27
* exacerbauerunt ſermones eius.
Conuertit aquas eorum in ſanguinem: 28
et occidit piſces eorum.
Et dedit terram eorum ranas: 29
in penetralibus regum ipſorum.
Dixit et venit cynomya et ſciniphes: 30
in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eorum in grandinem: 31
ignem comburentem in terra ipſorum.
Et percuſſit vineas eorum et ficulneas eorum: 32
et contriuit omne lignum finium eorum.
Dixit et venit locuſta et bruchus: 33
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fœnum in terra eorum: 34
et comedit omnem fructum terræ eorum.
Et percuſſit omne primogenitum in terra eorũ: 35
* primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos in argento et auro: 36
et non erat in tribubus eorum infirmus.
Lætata eſt ægyptus in profectione eorum: 37
quia incubuit timor eorum ſuper eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: 38
et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt carnes et venit coturnix: 39
et pane cæli ſaturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aquæ: 40
abierunt in ſicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui: 41
quod habuit ad abraham puerum ſuum:
Et eduxit populum ſuum in exultatione: 42
et electos ſuos in lætitia.
Et dedit illis regiones gentium: 43
et labores populorum poſſederunt.
Ut cuſtodiant iuſtificationes eius: 44
et legem eius requirant.

ARGUMENTUM. Pſalmus / laus alia veteri ſynagogæ. hiſtoriã cõtinẽs ex Exodo cognitam ¶ Cõciliatus verſu quīto / quartodecimo ⁊ viceſimo. ¶ Aduerte. 18. verſu ĩ fine ex hebræo magis legẽdũ Abiram vt adã ꝗ Abirom: ſꝫ cames qñq; tranſit in o. Et viceſimooctauo ⁊ initiati ſũt beelphegor: ex hebræo etiã potius baalphegor / ain in g mutato. ſed illo modo interpretes vertere cõſueuerũt

¶ Pſalmus. cv.
CONFITEMINI DOMINO qm̃ bonus:
qm̃ in ſæculum miſericordia eius.
Quis loquetur potẽtias DOMINI:
auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui cuſtodiunt iudicium:
et faciunt iuſtitiam in omni tempore.
Memẽto nr̃i DOMINE ĩ bñplacito ppl'i tui:
Ieſua. viſita nos in SALUTARI tuo.
Ut videamus bona electorum tuorum ⁊ lætemur ĩ lætitia gẽtis tuæ: ⁊ exultemus cũ hereditate tua.
Peccauimus cum patribus noſtris:
iniuſte egimus / iniquitatem fecimus.
Pr̃es nr̃i ĩ ægypto nõ ĩtellexerũt mirabilia tua:
nõ fuerũt memores multitudinis mĩæ tuæ.

¶ Pſalmus. cv.
CONFITEMINI domino quoniam bonus: 1
quoniam in ſæculum miſericordia eius.
Quis loquetur potentias domini: 2
auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui cuſtodiunt iudicium: 3
et faciunt iuſtitiam in omni tempore.
Memento nr̃i dñe in beneplacito populi tui: 4
viſita nos in ſalutari tuo.
* Ad vidẽdũ ĩ bonitate electorum tuorum ad lætandũ 5
in lætitia gẽtis tuæ: vt lauderis cũ hereditate tua.
Peccauimus cum patribus noſtris: 6
iniuſte egimus / iniquitatem fecimus.
Pr̃es nr̃i nõ ĩtellexerũt ĩ ægypto mirabilia tua: 7
nõ fuerũt memores multitudinis mĩæ tuæ.

Ayuntamiento de Madrid

8 Et irritauerunt eum aſcēdentes in mare:
mare rubrum.
9 Et ſaluauit eos propter nomen ſuum:
vt notam faceret potentiam ſuam.
10 Et increpauit mare rubrum ꝛ exiccatum eſt:
et eduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
11 Et ſaluauit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici.
12 Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remanſit.
13 Et crediderunt in verbis eius:
et laudauerunt laudem eius.
14 Cito fecerunt/ obliti ſunt operum eius:
et non ſuſtinuerunt conſilium eius.
15 Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto:
et tentauerunt deum in inaquoſo.
16 Et dedit eis petitionem ipſorum:
et miſit ſaturitatem in animas eorum.
17 Et irritauerunt Moyſen in caſtris:
aaron ſanctum domini.
18 Aperta eſt terra et deglutiuit dathan.
et operuit ſuper congregationem abiron.
19 Et exarſit ignis in ſynagoga eorum:
et flamma combuſſit peccatores.
20 Et fecerunt vitulum in horeb:
et adorauerunt ſculptile.
21 Et mutauerunt gloriam ſuam:
in ſimilitudine vituli comedentis fœnum.
22 Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos:
qui fecit magnalia in ægypto:
mirabilia in terra cham:
terribilia in mari rubro.
23 Et dixit vt diſperderet eos:
ſi non moyſes electus eius ſtetiſſet
in confractione in conſpectu eius.
24 Ut auerteret iram eius ne diſperderet eos:
et pro nichilo habuerūt terram deſiderabilem.
25 Non crediderunt in verbis eius
et murmurabant in tabernaculis ſuis:
non exaudierunt vocem domini.
26 Et eleuauit manum ſuam ſuper eos:
vt proſterneret eos in deſerto.
27 Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus:
et diſperderet eos in regionibus.
28 Et initiati ſunt beelphegor:
et manducauerunt ſacrificia mortuorum.
29 Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis:
et multiplicata eſt in eis ruina.
30 Et ſtetit phinees et placauit:
et ceſſauit quaſſatio.
31 Et reputatū ē ei ī iuſtitiā ī gñatiōe ꝛ gñationem:
vſqꝫ in ſempiternum.
32 Et irritauerunt eum ad aquā contradictionis:
et vexatus eſt moyſes propter eos
quia exacerbauerunt ſpiritum eius.
33 Et diſtinxit in labijs ſuis:

Et irritauerunt aſcendentes in mare:
mare rubrum.
Et ſaluauit eos propter nomen ſuum:
vt notam faceret potentiam ſuam.
Et increpuit mare rubrum et exiccatum eſt:
et deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
Et ſaluauit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remanſit.
Et crediderunt verbis eius:
et laudauerunt laudem eius.
* Cito obliti ſunt operum eius:
et non ſuſtinuerunt conſilium eius.
Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto.
et tentauerunt DEUM in inaquoſo. El
Et dedit eis petitionem ipſorum:
et miſit ſaturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moſen in caſtris:
Aharon ſanctum DOMINI. Ln
Aperta eſt terra et deglutiuit Dathan:
et operuit ſuper congregationem Abirom.
Et exarſit ignis in ſynagoga eorum:
flamma combuſſit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb:
* et adorauerunt conflatile.
Et mutauerunt gloriam ſuam:
in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti ſunt DEUM qui ſaluauit eos: El
qui fecit magnalia in ægypto:
mirabilia in terra Cham:
terribilia in mari rubro.
Et dixit vt diſperderet eos:
ſi non Moſes electus eius ſtetiſſet
in confractione in conſpectu eius.
Ut auerteret iram eius ne diſperderet eos:
et pro nichilo habuerūt terram deſiderabilem.
Non crediderunt verbo eius
et murmurauerunt in tabernaculis ſuis:
non exaudierunt vocem DOMINI. Ln
Et eleuauit manum ſuam ſuper eos:
vt proſterneret eos in deſerto.
Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus:
et diſperderet eos in regionibus.
Et initiati ſunt beelphegor:
et comederunt ſacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuētionibus ſuis:
et multiplicata eſt in eis ruina.
Et ſtetit phinees et placauit:
et ceſſauit quaſſatio.
Et reputatū ē ei ī iuſtitiā ī gñationē ꝛ gñationē:
vſqꝫ in ſempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis:
et vexatus eſt Moſes propter eos:
quia exacerbauerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis:



Ayuntamiento de Madrid

nō diſp̄diderūt gēteſq; dixit DOMinus illis.
Et ɔmixti ſūt inter gētes ⁊ didicerunt opa eoꝝ:
et ſeruierunt ſculptilibus eorum:
et factum eſt illis in ſcandalum.
Et imolauerunt filios ſuos:
et filias ſuas dæmoniis.
Et effuderunt ſanguinem innocentem:
ſanguinē filiorum ſuorum et filiarum ſuarum:
quas ſacrificauerunt ſculptilibus chanaan.
Et interfecta eſt terra in ſanguinibus:
et contaminata eſt in operibus eorum:
et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore DOMINUS i ppl'm ſuū:
et abominatus eſt hereditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium:
et dominati ſunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum:
et humiliati ſunt ſub manibus eorum:
ſæpe liberauit eos.
Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo:
et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cum tribularentur:
et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit teſtamenti ſui:
et pœnituit eū ſcd'm multitudinem mīæ ſuæ.
Et dedit eos in miſericordias:
in conſpectu omnium qui ceperant eos.
Elohe Saluos nos fac DOMINE DEUS noſter:
et congrega nos de nationibus.
Ut confiteamur nomini ſancto tuo:
et gloriemur in laude tua.
Elohe Benedictus DOMINUS DEUS iſrael
a ſæculo et vſq; in ſæculum:
et dicet omnis populus fiat fiat.

nō diſp̄diderūt gētes quas dixit dn̄s illis.
Et ɔmixti ſūt īter gētes ⁊ didicerūt opa eorum: 34
et ſeruierunt ſculptilibus eorum:
et factum eſt illis in ſcandalum.
Et imolauerunt filios ſuos: 35
et filias ſuas dæmoniis.
Et effuderunt ſanguinem innocentem: 36
ſanguinem filiorum ſuorum et filiarum ſuarū:
quas ſacrificauerunt ſculptilibus chanaan.
Et interfecta eſt terra in ſanguinibus: 37
et contaminata eſt in operibus eorum:
et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore dominus in populo ſuo: 38
et abominatus eſt hereditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium: 39
et dominati ſunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum: 40
et humiliati ſunt ſub manibus eorum:
ſæpe liberauit eos.
Ipſi autem exacerbauerunt eum in cōſilio ſuo: 41
et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cum tribularentur: 42
cum audiret orationem eorum.
Et memor fuit teſtamenti ſui: 43
et pœnituit eum ſcd'm multitudinē mīæ ſuæ.
Et dedit eos in miſericordias: 44
in conſpectu omnium qui ceperant eos.
Saluos nos fac domine deus noſter: 45
et congrega nos de nationibus.
Ut confiteamur nomini ſancto tuo: 46
et gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus iſrael 47
a ſæculo ⁊ vſq; in ſæculum:
et dicet omnis populus fiat fiat.

ARGUMENTUM. Pſalmus/laus veteris ſynagogæ parti hiſtoriā ɔtinēs ex exodo cognitā/ partim pphetiā de mirabilibus quæ Chriſtus dominus geſſit imperādo ventis et mari/ de relictæ gentis cultu ad afferendum verum religionis fructum et de derelictione gentis hebræorum.

¶ Pſalmus. cvi.

CONfitemini DOMINO quoniā bon⁹
quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicant qui redempti ſūt a DOMINO
quos redemit de manu inimici:
de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu et occaſu:
ab aquilone et mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo:
viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes et ſitientes:
anima eorum in ipſis defecit.
Et clamauerūt ad DOMINUM cū tribularēt
et de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam:
vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteātur DOMINO miſericordiæ eius:
et mirabilia eius filiis hominum.
Quia ſatiauit animam inanem:

¶ Pſalmus. cvi.

COnfitemini domino quoniā ſuauis eſt 1
quoniam in ſæculum miſericordia ei⁹
Dicant qui redempti ſunt a domino 2
quos redemit de manu inimicorū:
de regionibus congregauit eos
Ab oriente et occaſu: 3
ab aquilone et mari.
Errauerunt in ſolitudine in ſiccitate: 4
viam ciuitatis habitationis nō inuenerunt.
Eſurientes et ſitientes erant: 5
anima eorum in ipſis defecit.
Et exclamauerūt ad dn̄m cum tribularentur: 6
de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: 7
vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur domino miſerationes eius: 8
et mirabilia eius filiis hominum.
Quoniam ſatiauit animam inanem: 9

Ayuntamiento de Madrid

et animam eſurientem impleuit bonis.
10 Sedentes in tenebris et vmbra mortis:
compeditos in mendicitate et ferro.
11 Quoniã amaricauerunt eloquium dñi:
et conſilium altiſſimi exacerbauerunt.
12 Et humiliatũ eſt in laboribus cor eorum:
infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret eos.
13 Et exclamauerunt ad dñm cum tribularentur:
et de neceſſitatibus eorũ ſaluos fecit eos.
14 Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis:
et vincula eorum dirupit.
15 Confiteantur dño miſerationes eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
16 Quia contriuit portas æreas:
et vectes ferreos confregit.
17 Suſcepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.
18 Omnem eſcam abominata eſt anima eorum:
et appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.
19 Et exclamauerunt ad dñm cum tribularentur:
et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
20 Miſit verbum ſuum et ſanauit eos:
et eripuit eos de corruptela eorum.
21 Confiteantur dño miſerationes eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
22 Et ſacrificent ſacrificium laudis:
et nũcient opera eius in exultatione.
23 Qui deſcendunt mare in nauibus:
facientes operationem in aquis multis.
24 Ipſi viderunt opera domini:
et mirabilia eius in profundo.
25 Dixit et ſtetit ſpiritus procellæ:
et exaltati ſunt fluctus eius.
26 Aſcẽdũt vſq; ad cælos deſcẽdũt vſq; ad abyſſos:
anima eorum in malis tabeſcebat.
27 Turbati ſunt et moti ſunt ſicut ebrius:
et omnis ſapientia eorum abſorpta eſt.
28 Et exclamauerunt ad dñm cum tribularentur:
et de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
29 Et imperauit procellæ et ſtetit in auram:
et ſiluerunt fluctus eius.
30 Et iocũditati ſunt quia ſiluerunt:
et deduxit eos in portũ voluntatis eorum.
31 Confiteãtur domino miſerationes eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
32 Et exaltent eum in eccleſia populi:
et in cathedra ſeniorum laudent eum.
33 Poſuit flumina in deſertum:
et exitus aquarum in ſitim
34 Terram fructiferam in ſalinas:
a malitia inhabitantium in ea.
35 Poſuit deſertum in ſtagna aquarum.
et terram ſine aqua in exitus aquarum.
36 Et habitare fecit illic eſurientes:
et conſtituerunt ciuitatem habitationis.
37 Et ſeminauerũt agros et plãtauerunt vineas
et fecerunt fructum frumenti.

et animam eſurientem ſatiauit bonis.
Sedentes in tenebris et in vmbra mortis:
vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia DEI: El
et cõſilium ALTISSIMI irritauerunt. Elion
Et humiliatũ eſt in laboribus cor eorum:
et infirmati ſunt/nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad DOMInũ cũ tribularent̃:
et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis:
et vincula eorum dirupit.
Confiteãtur DOMINO miſericordiæ eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas æreas:
et vectes ferreos confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.
Omnem eſcam abominata eſt anima eorũ:
et appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.
Et clamauerunt ad DOMInũ cũ tribularent̃:
et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Miſit verbum ſuum et ſanauit eos:
et eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteãt̃ DOMINO miſericordiæ eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
Et ſacrificent ſacrificium laudis:
et annuncient opera eius in exultatione.
Qui deſcendunt mare in nauibus:
facientes operationem in aquis multis.
Ipſi viderunt opera DOMINI:
et mirabilia eius in profundo.
* Dixit et ſurrexit ſpiritus procellæ:
et exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcẽdũt vſq; ad celos ꝛ deſcẽdũt vſq; ad abyſſos
anima eorum in malis tabeſcebat.
Turbati ſunt et moti ſunt ſicut ebrius:
et omnis ſapientia eorum deuorata eſt.
Et clamauerũt ad DOMInũ cũ tribularẽtur:
et de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
Et ſtatuit procellam eius in auram:
et ſiluerunt fluctus eius.
Et lætati ſunt quia ſiluerunt:
et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteãtur DOMINO miſericordiæ eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in eccleſia plebis:
et in cathedra ſeniorum laudent eum.
Poſuit flumina in deſertum:
et exitus aquarum in ſitim.
Terram fructiferam in ſalſuginem:
a malitia inhabitantium in ea.
Poſuit deſertum in ſtagna aquarum:
et terram ſine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes:
et conſtituerunt ciuitatem habitationis.
Et ſeminauerunt agros ꝛ plantauerunt vineas:
et fecerunt fructum natiuitatis.



Ayuntamiento de Madrid

| | Concil. | Vet. | |
|---|---|---|---|
| | Et benedixit eis multiplicati ſunt nimis: | Et benedixit eos ⁊ multiplicati ſunt nimis: | 38 |
| | et iumenta eorum non minorauit. | et iumenta eorum non ſunt diminuta. | |
| | Et pauci facti ſunt et vexati ſunt: | Et pauci facti ſunt et vexati ſunt: | 39 |
| | a tribulatione malorum et dolore. | a tribulatione malorum et dolore. | |
| | Effuſa eſt contentio ſuper principes: | Effuſus eſt contemptus ſuper principes: | 40 |
| | et errare fecit eos in inuio et non in via. | et ſeduxit eos in inuio et non in via. | |
| | Et adiuuit pauperem de inopia: | Et adiuuit pauperem a mendicitate: | 41 |
| | et poſuit ſicut oues familias. | et poſuit ſicut oues familias. | |
| | Videbunt recti et lætabuntur: | Ergo videbunt recti et iocūdabuntur: | 42 |
| | et omnis iniquitas opilabit os ſuum. | et omnis iniquitas opilabit os ſuum. | |
| | Quis ſapiens et cuſtodiet hæc: | Qui ſapiens et cuſtodiet hæc: | 43 |
Suſcipe me ſecundũ eloquiũ tuum et viuã:
et nõ cõfũdas me ab expectatiõe mea. Samech.
Adiuua me et ſaluus ero:
et meditabor ĩ iuſtificatiõib⁹ tuis ſẽp. Samech.
Spreuiſti oẽs diſcedẽtes a iudicijs tuis:



Ayuntamiento de Madrid

quia iniuſta cogitatio eorum. Samech.
Preuaricātes reputaui oēs peccatores terræ:
ideo dilexi teſtimonia tua. Samech.
Confixiſti timore tuo carnes meas:
a iudicijs enim tuis timui. Ain
J xvi Feci iudicium et iuſtitiam:
non tradas me calūniantib⁹ me. Ain.
ſuſcipe ſeruum tuum in bonum:
non calumnientur me ſuperbi. Ain.
Jeſus. Oculi mei defecerunt in SALUTARE tuū:
et in eloquium iuſtitiæ tuæ Ain.
Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiā tuā:
et iuſtificationes tuas doce me. Ain.
Seruus tuus ſum ego:
da michi intellectū vt ſciā teſtimonia tua. Ain.
Tempus faciendi DOMINE:
diſſipauerunt legem tuam. Ain.
Ideo dilexi mandata tua:
ſuper aurum et topazion. Ain.
Propterea ad oīa mādata tua dirigebar:
omnem viam iniquam odio habui. Phe.
B xvij Mirabilia teſtimonia tua:
ideo ſcrutata eſt ea aīa mea. Phe.
Declaratio ſermonum tuorum illuminat:
et intellectum dat paruulis. Phe.
Os meū aperui et attraxi ſpiritum:
quia mandata tua deſiderabam. Phe.
Aſpice in me et miſerere mei:
ſcdm iudiciū diligentiū nomen tuum. Phe.
Greſſus meos dirige ſcdm eloquiū tuum:
vt non dominetur mei oīs iniuſtitia. Phe.
Redime me a calumnijs hominum
et cuſtodiam mandata tua. Phe. *
Faciē tuā illumina ſuper ſeruum tuum:
et doce me iuſtificationes tuas. Phe.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:
quia non cuſtodierunt legem tuam. Sade.
X xviij Iuſtus es DOMINE:
et rectum iudicium tuum. Sade.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua:
et veritatē tuam nimis. Sade.
Tabeſcere me fecit zelus meus:
qr obliti ſunt verba tua inimici mei. Sade.
Ignitū eloquium tuum vehementer:
et ſeruus tuus dilexit illud. Sade.
Paruulus ſum ego et contemptus:
iuſtificationes tuas nō ſū oblitus. Sade.
Iuſtitia tua iuſtitia in æternum:
et lex tua veritas. Sade.
Tribulatio et anguſtia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea eſt. Sade.
Equitas teſtimonia tua in æternum:
intellectum da michi ꝛ viuam. Quoph.
T xviiij Clamaui ī toto corde exaudi me DNE:
iuſtificatiōes tuas requirā. Quoph.
Clamaui ad te ſaluum me fac:

quia iniuſta cogitatio eorum.
Preuaricantes deputaui oēs pctōres terræ: 7
propterea dilexi teſtimonia tua ſemper.
* Confige clauis a timore tuo carnes meas: 8
a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium et iuſtitiam: 1
ne tradas me nocentibus me.
Excipe ſeruum tuum in bono: 2
vt non calūnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: 3
et in eloquium iuſtitiæ tuæ.
Fac cum ſeruo tuo ſecūdū miſericordiā tuā: 4
et iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego: 5
da michi intellectum vt ſciā teſtimonia tua.
Tempus faciendi domino: 6
diſſipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: 7
ſeper aurum et topazion.
Propterra ad omnia mandata tua corrigebar: 8
omnem viam iniquitatis odio habui.
Mirabilia teſtimonia tua: 1
propter hoc ſcrutata eſt ea anima mea.
Manifeſtatio verborum tuorum illuminat: 2
et intelligere facit paruulos.
Os meum aperui ꝛ attraxi ſpiritum: 3
quia mandata tua deſiderabam.
Reſpice in me et miſerere mei: 4
ſecundū iudiciū diligentiū nomen tuum.
Greſſus meos dirige ſecūdū eloquium tuum: 5
et non dominetur mei omnis iniquitas.
Redime me a calumnijs hominum: 6
vt cuſtodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina ſuper ſeruū tuum: 7
et docendo iuſtificationes tuas.
Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei: 8
quia non cuſtodierunt legem tuam.
Iuſtus es domine: 1
et rectum iudicium tuum.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: 2
et veritatem tuam valde.
Tabefecit me zelus meus: 3
quia obliti ſunt verborū tuorū inimici mei.
Ignitum eloquium tuum valde: 4
et ſeruus tuus dilexit illud.
* Iunior ego ſum et contemptus: 5
iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: 6
et lex tua veritas.
Tribulatio et neceſſitas inuenerunt me: 7
mandata tua meditatio mea eſt.
Iuſtitia teſtimonia tua in æternum: 8
intellectum da mich' et viuam.
Clamaui ī toto corde meo exaudi me dne: 1
iuſtificationes tuas exquiram. 2
Clamaui ſaluum me fac

Ayuntamiento de Madrid

vt cuſtodiam teſtimonia tua.
3 Præueni intẽpeſta nocte et clamaui:
in verbis tuis ſperaui
4 Preuenerunt oculi mei ad matutinum:
vt meditarer eloquia tua.
5 Uocẽ meã exaudi dñe ſcd̃m miſericordiã tuã:
et ſcd̃m iudiciũ tuũ viuifica me.
6 Appropinquauerũt perſequẽtes me iniq̃tati:
a lege autem tua longe facti ſunt.
7 Prope es tu domine:
et omnes viæ tuæ veritas.
8 Ab initio cognoui de teſtimonijs tuis:
quia in æternum fundaſti ea.
1 Uide humilitatem meam et eripe me:
quia legem tuam non ſum oblitus.
2 Iudica iudicium meũ et redime me:
propter eloquium tuũ viuifica me.
3 Longe eſt a peccatoribus ſalus:
quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.
4 Miſerationes tuæ multæ domine:
ſecundum iudicium tuum viuifica me.
5 Multi perſequentes me et tribulantes me:
a teſtimonijs tuis non declinaui.
6 Uidi inſenſatos et tabeſcebam:
quia eloquia tua non cuſtodierunt.
7 Uide quoniam mandata tua dilexi dñe:
in tua miſericordia viuifica me.
8 Principium verborum tuorum veritas:
in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.
1 Principes perſecuti ſunt me gratis:
et a verbis tuis formidauit cor meũ.
2 Exulto ego ſuper eloquia tua:
ſicut qui inuenit ſpolia multa.
3 Iniuſtitiã odio habui ⁊ abominatus ſum:
legem autem tuã dilexi.
4 Septies in die laudaui te:
ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
5 Pax multa diligentibus legem tuã:
et nõ eſt eis ſcandalum.
6 Expectabã ſalutare tuum domine:
et mãdata tua dilexi.
7 Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:
et dilexit ea valde.
8 Cuſtodiui mãdata tua ⁊ teſtimonia tua:
quia oẽs viæ meæ in cõſpectu tuo dñe.
1 Appropinquet oratio mea
in conſpectu tuo domine:
ſcd̃m eloquiũ tuũ da michi intellectũ.
2 Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo dñe:
ſecundũ eloquiũ tuum eripe me.
3 Eructabunt labia mea hymnum:
cum docueris me iuſtificationes tuas.
4 Pronunciauit lingua mea eloquia tua:
quia omnia mandata tua iudicia.
5 Fiat manus tua vt ſaluum me facias:
quia mandata tua elegi.

vt cuſtodiam mandata tua. Quoph.
* Præueni in immaturitate et clamaui:
quia in verba tua ſuperſperaui. Quoph.
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo:
vt meditarer eloquia tua. Quoph.
Uocẽ meã audi ſcd̃m miam tuã DOMINE:
et ſcd̃m iudiciũ tuũ viuifica me. Quoph.
Appropinquauerũt perſequẽtes me iniquitati:
a lege autem tua longe facti ſunt. Quoph.
Prope es tu DOMINE:
et omnes viæ tuæ veritas. Quoph.
Initio cognoui de teſtimonijs tuis:
quia in æternum fundaſti ea. Res.
Uide humilitatem meã ⁊ eripe me:
quia legem tuam nõ ſũ oblit9. Res. xx
Iudica iudiciũ meũ ⁊ redime me:
propter eloquium tuum viuifica me. Res.
Longe a peccatoribus ſalus:
quia iuſtificationes tuas nõ exquiſierũt. Res.
Miſericordiæ tuæ multæ DOMINE:
ſecundum iudicium tuũ viuifica me. Res.
Multi qui perſequũtur me ⁊ tribulant me:
a teſtimonijs tuis non declinaui. Res.
Uidi præuaricantes ⁊ tabeſcebam:
quia eloquia tua non cuſtodierunt. Res.
Uide qm̃ mãdata tua dilexi DOMINE:
in miſericordia tua viuifica me. Res.
Principium verborum tuorum veritas:
in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. Sin.
Principes perſecuti ſũt me gratis:
⁊ a v̄bis tuis formidauit cor meũ. Sin.
Lætor ego ſuper eloquia tua: xxi
ſicut qui inuenit ſpolia multa. Sin.
Iniquitatem odio habui ⁊ abominatus ſum:
legem autem tuam dilexi. Sin.
Septies in die laudem dixi tibi:
ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Sin.
Pax multa diligentibus legem tuã:
et non eſt illis ſcandalum. Sin.
* Expectaui SALUTARE tuũ DOMINE: Ieſus.
et mãdata tua dilexi. Sin.
Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:
et dilexit ea vehementer. Sin.
Seruaui mandata tua et teſtimonia tua:
quia oẽs viæ meæ i cõſpectu tuo. Thau.
Appropinquet deprecatio mea
in cõſpectu tuo DOMINE: xxii
iuxta eloquiũ tuũ da michi itellectũ. Thau.
Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo:
ſecundũ eloquium tuum eripe me. Thau.
Eructabunt labia mea hymnum:
cũ docueris me iuſtificatiões tuas. Thau.
Pronunciabit lingua mea eloquiũ tuũ:
quia omnia mandata tua æquitas. Thau.
Fiat manus tua vt ſaluet me:
quoniam mandata tua elegi. Thau.



Ayuntamiento de Madrid

Jeſua. Cócupiui SALUTARE tuũ DOMINE:
et lex tua meditatio mea eſt. Thau.
Uiuat anima mea et laudabit te: *
et iudicia tua adiuuabunt me. Thau.
Erraui ſicut ouis quæ periit:
q̄re ſeruũ tuũ q2 mãdata tua nõ ſum oblitus.

Concupiui ſalutare tuum domine: 6
et lex tua meditatio mea eſt.
Uiuet anima mea et laudabit te: 7
et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui ſicut ouis perdita: 8
q̄re ſeruũ tuũ q2 mãdata tua nõ ſũ oblitus.

ARGUMENTUM. Pſalmus de fuga infidelitatis. q aduerſus impiorum linguas z depravatia dogmata inuocandus deus z viriliter reluctandũ. hic enim primus ſcandendi ad deum gradus.

¶ Canticum graduum. i. cxviiii.
AD DOMINũ cũ tribularer clamaui:
et exaudiuit.
DOMINE libera aĩaʒ meã a labiis
iniquis: et a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguam doloſam.
Sagittæ potentis acutæ:
cum carbonibus deſolatoriis.
Hei michi quia incolatus meus prolongat9 eſt:
habitaui cũ habitantibus Cedar:
multum incola fuit anima mea.
Cum iis qui oderũt pacẽ eram pacificus:
cũ loquebar illis impugnabant me gratis.

¶ Canticum graduum. cxviiii.
AD te dñe cum tribularer clamaui: 1
et exaudiſti me.
Dñe erue aĩam meã a labiis iniuſtis: 2
et a lingua doloſa.
Quid dabitur tibi aut quid apponetur tibi: 3
ad linguam doloſam.
Sagittæ potentis acutæ: 4
cum carbonibus deſolatoriis.
Heu me q incolat9 me9 lõginqu9 factus eſt: 5
inhabitaui cum tabernaculis cedar
multum peregrinata eſt anima mea.
Cum iis qui oderunt pacẽ erã pacificus: 6
cum loquerer illis debellabant me gratis.

ARGUMENTUM. Pſalmus de magnanimitate / id eſt magno et ad diuina cõuerſo aĩo. q p̄uidentiæ et auxilio diuino oĩa noſtra vel maxime cõmittenda. hic ſecundus ſcãdẽdi ad deũ grad9.

¶ Canticum graduum. ii. cxx.
LEuaui oculos meos in montes:
vnde veniet auxilium michi.
Auxiliũ meũ a DOMINO:
qui fecit cælum et terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum:
neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet:
qui cuſtodit iſrael.
DOMINUS cuſtodit te / Dñs p̄tectio tua:
ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te:
neq; luna per noctem.
DOMINUS cuſtodit te ab omni malo:
cuſtodiat animã tuam dominus.
DOMINUS cuſtodiat introitũ tuũ z exitũ tuũ:
ex hoc nunc et vſq; in ſæculum.

¶ Canticum graduum. cxx.
LEuent oculos ſuos in montes: 1
vnde veniet auxilium illis.
Ne des ad mouendum pedem meũ: 2
neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet: 3
qui cuſtodit iſrael.
Dominus cuſtodit te / dñs tegumentum tuũ: 4
ſuper manum dexteræ tuæ.
Protegat te dominus: 5
ſuper manum dexteræ tuæ.
Per diem ſol non vret te: 6
neq; luna per noctem.
Dominus cuſtodiet te ab omni malo: 7
cuſtodiat animam tuam dominus.
Cuſtodiat dñs introitũ tuum et exitũ tuũ: 8
ex hoc nunc et vſq; in ſæculum.

ARGUMENTUM. Pſalmus de vera voluptate. q totum gaudium noſtrum in cæleſtis habitationis meditatione debet eſſe collocatum / et ea ſola roganda quæ ad illam diuinam pacẽ faciunt. et hic tertius gradus. ¶ Conciliatus verſu tertio.

¶ Canticum graduum. iii. cxxi
LEtat9 ſum in iis quæ dicta ſunt michi:
in domũ DOMINI ibimus.
Stantes erant pedes noſtri:
in atriis tuis Jeruſalem.
Ieruſalem quæ edificatur vt ciuitas:
cuius participatio cum ea in idipſum. *
Jab. Illuc enĩ aſcẽderũt tribus / trib9 DOMINI:
teſtioniũ iſrael ad cfitẽdũ noĩ DOMINI.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio:
ſedes ſuper domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem:

¶ Canticum graduum. cxxi.
IOcundat9 ſum in iis quæ dixerũt michi: 1
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: 2
in atriis hieruſalem.
Hieruſalem quæ edificatur vt ciuitas: 3
cuius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderũt tribus / tribus domini: 4
teſtimoniũ iſrael ad cõfitẽdũ nomini tuo dñe.
Quoniam ibi ſederunt ſedes in iudicio: 5
ſedes ſuper domum dauid.
Rogate quæ ad pacem ſunt hieruſalem: 6

Ayuntamiento de Madrid

et abundantia iis qui diligunt te.
7 Fiat pax in virtute tua
fiat abundantia in turribus tuis.
8 Propter fratres et proximos meos:
loquebar autem pacem de te.
9 Propter domum domini dei mei:
quæſiui bona tibi.

et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua:
et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos:
loquebar pacem de te.
Propter domũ DOMINI DEI noſtri: Elohe
quæſiui bona tibi.

ARGVMENTVM. Pſalmus de charitate erga deum. q̃ deſiderio vehemẽti cæleſtium bonorũ maxime fruendi dei ad deum iugiter ſuſpirare debemus: et terrena bona quæ faſtus et ſuperbias pariunt habere deſpectui. hic quartus gradus. ¶ Conciliatus verſu quinto.

¶ Canticum graduum. cxxij.
1 AD te dñe leuaui oculos meos:
qui habitas in cælo.
2 Ecce ſicut oculi ſeruorum:
in manus dominorum ſuorum.
3 Et ſicut oculi ancillæ in manus dñæ ſuæ:
ſic oculi noſtri ad dñm deum noſtrũ:
quoaduſq; miſereatur noſtri.
4 Miſerere noſtri dñe miſerere noſtri.
quoniam multum repleti ſumus deſpectione.
5 In plurimum repleta eſt anima noſtra:
opprobriũ eis q̃ abundãt ⁊ deſpectio ſupbis. *

¶ Canticum graduum. iiij. cxxij.
AD te leuaui oculos meos:
qui habitas in cælis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum:
in manibus dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ.
ita oclĩ nrĩ ad DOMINVM DEVM nrm Elohe
donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri DOMINE miſerere noſtri:
quia multum repleti ſumus deſpectione.
Quia multum repleta eſt anima noſtra:
opprobrio abũdãtiũ ⁊ deſpectione ſuperborũ.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹ de diffidẽtia ꝓpria ⁊ ꝯfidẽtia i deo. q̃ ſi ab hoſtibus viſibilib⁹ ⁊ inuiſibilib⁹ liberamur itẽtatoſq; nobis laqueos euitam⁹ ⁊ ſi q̃d boni iſup agim⁹: id non virib⁹ nrĩs ſed ſoli deo tribuẽdũ. hic quĩtus grad⁹. ¶ Conciliatus verſu ſcd̃o/ tertio ⁊ quarto. ¶ Aduerte cũ aliqñ p̃ſente quodã michi familiari hebræo cẽſerẽ i trib⁹ p̃dictis verſib⁹ legẽdũ/ certe potiuſq; forte aut forſitan/ ⁊ dicẽdũ certe viuos deglutiſſent nos. certe aqua abſorbuiſſet nos. certe ptrãſiſſet aĩa nrã aquã intolerabilẽ: dicerẽ hic (inquit ille) neq; certe neq; forte aut forſitan/ ſed tũc. nã AZA tũc ſignificat. neq; Ioth hic in fine illi adiectũ vbi dicimus AZAI ſignificationem eius mutat. ego libenter illi ſum aſſenſus. cuius rei memor hic locum ita conciliaui. Ceterum ſeptuaginta interdum vocabuli huius loco ponunt τοτεαρ: quod quid aliud q̃ tunc ſignificat? eſt enim αρ adiectitia particula. ponunt etiam αρα quod forte/ igitur/ vtiq;/ nonne ſignificat ⁊ late homonymum eſt. et hanc crediderim cauſã: cur eam Hieronymus fecerit dubitandi particulam.

¶ Canticum graduum. cxxiij.
1 NIſi quia dominus erat in nobis
dicat nunc iſrael:
niſi quia dominus erat in nobis.
2 Cum inſurgerent homines ſuper nos:
forſitan viuos abſorbuiſſent nos.
3 Cum iraſceretur furor eorum ſuper nos:
forſitan aqua demerſiſſet nos.
4 Torrentem pertranſijt anima noſtra:
fortaſſe ptrãſijt aĩa noſtra aquã ſine ſubſtãtia
5 Benedictus dñs qui non dedit nos:
in venationem dentibus eorum.
6 Anima noſtra ſicut paſſer eruta eſt:
de muſcipula venantium.
7 Muſcipula contrita eſt:
et nos eruti ſumus.
8 Adiutorium noſtrum in nomine dñi:
qui fecit cælum et terram.

¶ Canticum graduum. v. cxxiij.
NIſi quia DOMINVS erat in nobis
dicat nunc iſrael:
niſi q̃ DOMINVS erat ĩ nobis.
Cum exurgerent homines in nos:
* tunc viuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorũ in nos:
* tunc aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit anima noſtra:
* tunc pertrãſiſſet aĩa noſtra aquã intolerabilem.
Benedictus DOMINVS:
qui nõ dedit nos in captionem dentibus eorũ.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt:
de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt:
et nos liberati ſumus.
Adiutoriũ noſtrum in nomine DOMINI:
qui fecit cælum et terram.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹ de ſpe. q̃ ſperãdũ vel maxime ĩ dño/ ⁊ cui aſſimilãt hanc beatã ſpẽ habentes. hic ſextus gradus. ¶ Conciliatus verſu primo ⁊ ſecundo. ¶ Aduerte verſu ſcd̃o Ieruſalem hic ⁊ ſæpe alias in hoc conciliato pſalterio ſcriptũ eſſe abſq; aſpiratione: q̃ apud hebræos neq; lenem neq; denſam aſpirationem habet. verum ſi iuxta conſuetudinem eorum pronunciaremus pentaſyllabũ faceremus et diceremus Ieruſalaim. conſuetudo tamen græcorũ aſpirat/ ⁊ primã ſyllabã



Ayuntamiento de Madrid

Je in duas dirimit Hie. ſed hæc nõ magni duco quæ vltra primorum elementoꝝ non ſurgunt intelligentiam. et in græcis cenſeo græcos eſſe ſequendos: in hebraicis autem potius hebræos.

¶ Canticum graduum. vi cxxiij.

QVi confidunt in DOMINO
ſicut mons ſion non commouebitur:
qui in æternũ habitabitur.
Hieruſalem montes in circuitu eius:
et DOMINUS in circuitu populi ſui:
ex hoc nunc et vſq; in ſæculum.
Quia nõ relinq̃t — dñs .. virgã peccatoꝝ
ſuper ſortem iuſtorum:
vt nõ extẽdãt iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas.
Benefac DOMINE:
bonis et rectis corde.
Declinãtes aũt ĩ obligatiões adducet DOMINꝰ
cum operantibus iniquitatem:
pax ſuper iſrael.

¶ Canticum graduum. cxxiiij.

QVi confidunt in domino 1
ſicut mõs ſion nõ cõmouebiť ĩ æternũ:
qui habitant in hieruſalem.
Montes in circuitu eius: 2
et dominus in circuitu plebis ſuæ:
ex hoc nunc et vſq; in ſæculum.
Quoniam nõ derelinquet virgam peccatoꝝ 3
ſuper ſortem iuſtorum:
vt non extendant iuſti ad iniquitatẽ manꝰ ſuas.
Benefac domine: 4
bonis et rectis corde.
Declinantes aũt in ſtrangulationẽ adducet dñs 5
cum operantibus iniuſtitiam:
pax ſuper iſrael.

ARGUMENTUM. Pſalmus de charitate proximi. ꝙ de bono proximorum maxime animaꝝ concernente gaudendum ſit/ idq; gaudium in deo eſſe debere omnium bonorum authore/ et qui ſolus poteſt ex malo ad bonum et ex luctuoſo hoc mundo ad veram et indeficientem læticiam conuertere. hic ſeptimus gradus. ¶ Conciliatus verſu primo et quinto.

¶ Canticum graduum. vij. cxxv.

CVm ꝯuerteret DOminꝰ captiuitatẽ ſiõ: *
facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum:
et lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes:
magnificauit DOMINUS facere cum eis.
Magnificauit DOMINUS facere nobiſcũ:
facti ſumus lætantes
Conuerte DOMINE captiuitatem noſtrã: *
ſicut torrens in auſtro.
Qui ſeminant i lachrimis:
in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant:
mittentes ſemina ſua.
Venientes autem venient cum exultatione:
portantes manipulos ſuos.

¶ Canticum graduum. cxxv.

CVm conuerterit dñs captiuitatem ſion: 1
facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrũ: 2
et lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: 3
magnificauit dñs facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiſcum: 4
facti ſumus iocundati.
Conuerte domine captiuitatem noſtram: 5
ſicut torrens in auſtro.
Qui ſeminant in lachrimis: 6
in gaudio metent.
Euntes ibant et flebant: 7
mittentes ſemina ſua.
Venientes autem venient cum exultatione: 8
portant manipulos ſuos.

ARGUMENTUM. Pſalmus de firma fide. ꝙ nullꝰ anteq̃ ei oriať ſol iuſtitiæ q̇ eſt Chriſtus JESUS põt ſaluari/ ſ; in ſola fide eiꝰ cõſiſtit aĩarũ ſalus/ ꝙq; poſt dilectoꝝ dormitionẽ ſuſcitaturꝰ ſit eis deꝰ filios fideles qui ꝓ edificatiõe aĩarũ, ꝓ edificatiõe ciuitatis ſion viriliter dimicabũt ⁊ quibus hoſtes diuinæ veritatis inimici reſiſtere nõ valebũt. hic octauus gradꝰ. ¶ Cõciliatꝰ verſu ſexto

¶ Canticum graduum. viii. cxxvj

NIſi DOMINUS edificauerit domũ:
in vanũ laborauerunt q̇ edificant eam.
Niſi DOMINUS cuſtodierit ciuitatẽ:
fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere
— ſurgite .. poſtq̃ ſederitis:
qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum:
ecce hereditas DñI/ filij merces fructꝰ vẽtris
Sicut ſagittæ in manu potentis:
ita filij excuſſorum.
Beatus vir q̇ ĩpleuit deſideriũ ſuũ ex ipſis:
nõ cõfundẽtur cũ loquẽtur ĩimicis ſuis ĩ porta. *

¶ Canticum graduum. cxxvj.

NIſi dñs edificauerit domum: 1
in vanũ laborauerũt edificantes eam.
Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: 2
in vanum laborãt qui cuſtodiunt eam.
In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere 3
ſurgite poſtea q̃ ſediſtis:
qui mãducatis panem doloris.
Cum dederit ſomnum dilectis eius: 4
ecce hereditas dñi/ filij merces fructus ventris.
Sicut ſagittæ in manu potentis: 5
ſic filij excuſſorum.
Beatus homo q̇ impleuit deſideriũ ſuũ ex eis: 6
nõ cõfundeť cũ loqueť inimicis ſuis in porta.

Ayuntamiento de Madrid

ARGVMENTVM. Pſalm⁹ de timore dei. q beati ſũt illi q̄ timorẽ offẽdẽdi deũ habẽtes ſemp ambulãt ĩ obſeruatione mãdatorũ eius/ et de benedictione in ſpiritu data timẽtib⁹ deũ in fruitione et viſione bonorũ ciuitatis pacis æternæ. hic nonus gradus. ¶ Conciliatus verſu ſecundo.

¶ Canticum graduum. cxxvij

1 Beati omnes qui timent dominum:
qui ambulant in vijs eius.
2 Labores fructuũ tuorũ q: mãducabis *
beatus es et bene tibi erit.
3 Vxor tua ſicut vinea fertilis:
in lateribus domus tuæ.
4 Filij tui ſicut nouellatio oliuarum:
in circuitu menſæ tuæ.
5 Ecce ſic benedicetur homo:
qui timet dominum.
6 Benedicat te dominus ex ſion:
et videas bona hieruſalem oẽs dies vitæ tuæ.
7 Et videas filios filiorum tuorum:
pax ſuper iſrael.

¶ Canticum gradum. viiij. cxxvij.

Beati omnes qui timẽt DOMINVM
qui ambulant in vijs eius.
Labores manuũ tuarũ cũ mãducaueris:
beatus tu et bene tibi erit.
Vxor tua ſicut vitis abundans:
in lateribus domus tuæ.
Filij tui ſicut nouellæ oliuarum:
in circuitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicetur homo:
qui timet DOMINVM.
Benedicat tibi DOMINVS ex ſion:
et videas bona Ieruſalẽ oib⁹ dieb⁹ vitæ tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum:
pacem ſuper Iſrael.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹ de zelo. q optãdũ eſt vt diuina iuſtitia de medio iuſtorũ inemẽdabiles reſecẽtur q̄ multos ĩpediũt ne edificent ĩ ſctõ edificio ſiõ: vt noxiæ herbæ vellẽdæ quæ nec fructiferæ ⁊ ſalutares creſcãt officiũt. hic decim⁹ gradus. ¶ Cõciliatus verſu primo/ ſecũdo et ſexto.

¶ Canticum graduum. cxxviij.

1 Sæpe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: *
dicat nunc iſrael.
2 Sæpe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: *
etenim non potuerunt michi.
3 Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores:
longe fecerunt iniuſtitiam ſuam.
4 Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorũ:
confundantur et auertantur retrorſum
omnes qui oderunt ſion.
5 Fiant ſicut fœnum tectorum:
quod priuſq̃ euellatur exaruit.
6 Non replebit manum ſuam meſſor:
et ſinum ſuum qui manipulos colliget.
7 Et nõ dixerũt trãſeũtes viã bñdictio dñi ſup vos:
benediximus vobis in nomine domini.

¶ Canticum graduum. x. cxxviij.

Sæpe oppugnauerũt me a iuuẽtute mea:
dicat nunc iſrael.
Sæpe oppugnauerũt me a iuuẽtute mea
etenim non potuerunt michi.
Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores:
prolongauerũt iniquitatem ſuam.
DOMINVS iuſt⁹ cõcidet ceruices pctõrũ:
confundantur et conuertantur retrorſum
omnes qui oderunt ſion.
Fiant ſicut fœnum tectorum:
quod priuſq̃ euellatur exaruit.
* De quo nõ implebit manum ſuam qui metet:
et ſinum ſuum qui manipulos colliget.
Et nõ dixerũt q̄ preribãt bñdictio DñI ſup vos:
benediximus vobis in nomine DOMINI.

ARGVMENTVM. Pſalm⁹ de oratiõe ⁊ pœnitẽtia. q iugiter ad deũ orandũ ⁊ p̃candũ ſit/ de male actis ⁊ ꝯtractis ſcelerib⁹ pœnitẽdũ/ ⁊ nunq̃ de dei mia deſperandum. hic vndecim⁹ gradus.

¶ Canticum graduum. cxxviiij.

1 De profundis clamaui ad te domine:
domine exaudi vocem meam.
2 Fiant aures tuæ intendentes:
in vocem deprecationis meæ.
3 Si iniquitates obſeruaueris domine:
domine quis ſuſtinebit?
4 Quoniam apud te propiciatio eſt:
propter legem tuam ſuſtinui te domine.
5 Suſtinuit anima mea in verbum tuum:
ſperauit anima mea in dominum.
6 A vigilia matutina vſq; ad noctem:
ſperet iſrael in dominum.
7 Quoniam apud dominum miſericordia eſt:
multa apud illum redemptio.
8 Et ipſe redimet iſrael:
ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ Canticum graduum. xi. cxxviiij.

De p̃fũdis clamaui ad te DOMINE
DOMINE exaudi vocem meam. Adonai
Fiant aures tuæ intendentes:
in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris DOMINE: Iah.
DOMINE quis ſuſtinebit? Adonai
Quia apud te propiciatio eſt:
et propter legem tuã ſuſtinui te DOMINE
Suſtinuit anima mea in verbo eius:
ſperauit anima mea in DOMINO: Adonai
A cuſtodia matutina vſq; ad noctem:
ſperet iſrael in DOMINO.
Quia apud DOMINVM miſericordia:
et copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael:
ex omnibus iniquitatibus eius.

Ayuntamiento de Madrid

ARGVMENTVM. Pſalmus de humilitate. q̄ cor nulla ſuperbia ⁊ præſumptione ſit eleuandū/ q̄ non alte de ſe ſapiendum/ neq̄ in curioſitatibus/ vanitatibus ⁊ inſaniis quæ aliquid ſupra hominem vane pollicentur ambulandum. hic duodecimus gradus.

¶ Canticum graduum. xii. cxxx.

DOMINE nō eſt exaltatū cor meū:
neq̄ elati ſunt oculi mei.
Neq̄ ambulaui in magnis:
neq̄ in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiēbam:
ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus ſuper matre ſua:
ita retributio in anima mea.
Speret iſraēl in DOMINO:
ex hoc nunc et vſq̄ in ſæculum.

¶ Canticum graduum cxxx

Domine non eſt exaltatū cor meum: 1
neq̄ in altum elati ſunt oculi mei.
Neq̄ ingreſſus ſum in magnis: 2
neq̄ in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiēbam: 3
ſed exaltaui animam meam.
Queadmodū q̄ ablat⁹ eſt a lacte ſup̄ matrē ſuā: 4
ita retributio in animam meam.
Speret iſraēl in domino: 5
ex hoc nunc et vſq̄ in ſæculum.

ARGVMENTVM. Pſalmus de māſuetudine. q̄ loc⁹ vbi Chriſtus naſcerer̄ bethleem ephrata/ q̄ in cāpeſtrib⁹ Iudæ doceret/ q̄ in Ieruſalē et in tēplo vbi adorabāt ſteterūt ſanctæ plantæ ei⁹ ad dirigēdos eos in viā pacis/ de ſiō/ de viatico ei⁹/ de veris ſacerdotib⁹ ſion nō aliud tegumētū q̄ Chriſtū IESVM habētib⁹/ q̄ a vero ⁊ p̄ ſe Nazaræo nazaræi dicti ſūt. ⁊ illū imitari vera māſuetudo eſt. Et hic tertiuſdecimus gradus. ¶ Cōciliat⁹ verſu ſecūdo/ ſexto/ vndecimo ⁊ ſextodecimo.

¶ Canticum graduum. xiii. Pſalmus. cxxxi.

MEmento DOMINE dauid:
et omnis manſuetudinis eius.
Qui iurauit DOMINO:
Abir. votum vouit DEO Iaacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ:
ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis:
et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis ..
donec inueniam locum DOMINO:
Abir. tabernaculum DEO Iaacob.
Ecce audiuimus eum in ephrata:
inuenimus eum in campis ſiluæ.
Introibimus in tabernaculum eius:
adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes ei⁹.
Surge DOMINE in requiem tuam:
tu et arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam:
et ſancti tui exultent.
Propter Dauid ſeruum tuum:
Meſſiah. non auertas faciem CHRISTI tui.
Iurauit DOMINVS Dauid veritatem
et non fruſtrabitur eam:
de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum:
et teſtimonia mea hæc quæ docebo eos.
Et filii eorum vſq̄ in ſæculum:
ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit DOMINVS ſion:
elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi:
hic habitabo quoniam elegi eam.
Viaticum eius benedicens benedicam:
pauperes eius ſaturabo pane.
Ieſua Sacerdotes eius induam SALVTARI:
et ſancti eius exultatione exultabunt.

¶ Canticum graduum. cxxxi.

Memento domine dauid: 1
et omnis manſuetudinis eius.
Sicut iurauit domino: 2
votum vouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ: 3
ſi aſcendero ſuper lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis: 4
et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis 5
ſi dedero quoadusq̄ inueniam locum domino:
tabernaculum deo iacob.
* Ecce audiuimus eam in ephrata: 6
* inuenimus eam in campis ſaltuum.
Intrauimus in tabernacula eius: 7
adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.
Exurge domine in requiem tuā: 8
tu et archa ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: 9
et ſancti tui lætentur.
Propter dauid ſeruum tuum: 10
non auertas faciem chriſti tui.
Iurauit dominus dauid in veritate 11
* et non pœnitebit eum:
ex fructu ventris tui ponā ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: 12
et teſtimonia mea hæc quæ docebo illos.
Et filii eorum ſedebunt vſq̄ in æternum: 13
ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit dominus ſion: 14
preelegit eam in habitationem ſibi. 15
Hæc requies mea in ſæcula ſæculorum:
hic habitabo quoniam preelegi eam.
* Viduam eius benedicens benedicam: 16
* et pauperes eius ſaturabo panibus. 17
Sacerdotes eius induam ſalutari:
et ſancti eius exultatione exultabunt.

Ayuntamiento de Madrid

| | Vet. | Concil. | |
|---|---|---|---|
| 18 | Ibi ſuſcitabo cornu dauid: | Illuc producam cornu dauid: | |
| | paraui lucernam chriſto meo. | paraui lucernam CHRISTO meo. | Meſiah. |
| 19 | Super ipſum autem: | Inimicos eius induam confuſione: | |
| | florebit ſanctificatio mea. | ſup ipſum autē efflorebit ſanctificatio mea. | |

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / de fraterna vnione. ꝙ vbi fraterna vnio: ibi ampla eſt diuinæ benedictionis et gratiæ effuſio: hic quartuſdecimus gradus.

| | Vet. | Concil. | |
|---|---|---|---|
| | Canticum graduum. cxxxij. | Canticum graduum. xiiij. cxxxij. | |
| 1 | ECce q̄ bonum et q̄ iocundum: | ECce q̄ bonum et q̄ iocundum: | |
| | habitare fratres in vnum. | habitare fratres in vnum. | |
| 2 | Sicut vnguentum in capite: | Sicut vnguentum in capite: | |
| | quod deſcēdit in barbam / barbam aaron. | quod deſcēdit in barbam / barbam Aharon. | |
| 3 | Quod deſcēdit in oram veſtimenti eius: | Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: | |
| | ſicut ros hermon qui deſcēdit ſup mōtē ſion. | ſicut ros Hermon qui deſcēdit in mōtem ſion. | |
| 4 | Quoniā ibi mādauit dn̄s benedictionem: | Qm̄ illic mādauit DOMINUS bn̄dictionē: | |
| | vitam vſq̄ in ſæculum. | et vitam vſq̄ in ſæculum. | |

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ de ſynaxi ⁊ acceſſu ad ſācta ſāctoꝝ quæ oīa ꝑficiūt. ꝙ cum magna reuerētia ⁊ dei bn̄dictione ad ſancta q̄ cōſumāt oīa mēte ⁊ operib⁹ ad deū intentis accedendū eſt. Et hic quintuſdecim⁹ et vltim⁹ gradus. Uides hic in ſpū quindecim ſpūales aīæ gradus: qb⁹ ad ſācta ſanctorū / ad viaticū ſion aſcēdit. quorū ſymbola erāt grad⁹ tēpli Salomonis quib⁹ aſcēdebāt ad ſctā ſctōꝝ veteris legis / q̄ erāt arca dn̄i / māna ⁊ reliqua q̄ in ea recōdita erāt. quiquidē grad⁹ ferūt ī vrbē Romā trāſlati ⁊ poſiti in Laterano. quos Chriſti dei miſeratiōe fret⁹ cubitis ⁊ genib⁹ nix⁹ ſæpi⁹ ſcādi ⁊ adoraui vbi ſctī ſteterūt pedes ei⁹: ſiue illi ſint / ſiue grad⁹ īgreſſus prætorij Pilati / aut lithoſtrati vbi agn⁹ īnocēs / vbi iūdex omniū ab īiquo iudice īmeritæ mortis ſentētiā tulit / ſed ad dimiſſa reuertamur. Illos igitur quindecim ſpūales grad⁹ aſcēſionis ad ſancta ſion / quā Chriſt⁹ dn̄s elegit in habitationē ſibi ⁊ ī requiē ſuā ī ſæculū ſæculi: breui epilogo colligam⁹. prim⁹ / fuga īfidelitatis ⁊ īpietatis. ſcd̄s vera magnanimitas. tertius / vera voluptas. quart⁹ / ī deū charitas. quint⁹ / vera ꝓfidētia ſextus / vera ſpes. ſeptim⁹ / amor ꝓximi. octauus / firma fides. nonus / timor dei offēdēdi. decim⁹ / zelus diuinæ legis. vndecim⁹ / pœnitētia. duodecim⁹ / vera humilitas. tertiuſdecim⁹ / vera māſuetudo. quart⁹decim⁹. fraterna vnio. quītuſdecim⁹ / vnio cū deo: q̄ humili ⁊ reuerēti ad ſācta ſanctorū fit acceſſiōe: quā nobis Chriſt⁹ JESUS qui illa ipſa ſancta eſt / ⁊ ſolus ſanctus nobis digne indulgere digneē / qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto eſt ſuperbenedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

| | Vet. | Concil. | |
|---|---|---|---|
| | Canticum graduum. cxxxiij. | Canticum graduum. xv. cxxxiij. | |
| 1 | ECce nunc benedicite dominum: | ECce nunc benedicite DOMINUM: | |
| | omnes ſerui domini. | omnes ſerui DOMINI. | |
| 2 | Qui ſtatis in domo domini: | Qui ſtatis in domo DOMINI | |
| | in atrijs domus dei noſtri. | in atrijs domus DEI noſtri. | |
| 3 | In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: | In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: | |
| | et benedicite dominum. | et benedicite DOMINUM. | |
| 4 | Benedicat te dominus ex ſion: | Benedicat te DOMINUS ex Sion: | |
| | qui fecit cælum et terram. | qui fecit cælum et terram. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus / beneficiorum dei agnitio ex iis præſertim quæ veteri ſynagogæ contigerunt. et hæc laus et gratiarum actio hiſtoriam continet ex exodo cognitam.

| | Vet. | Concil. | |
|---|---|---|---|
| | Pſalmus. cxxxiiij. | Pſalmus. cxxxiiij. Halelu Jah. | |
| 1 | LAudate nomen domini: | LAudate nomen DOMINI: | |
| | laudate ſerui dominum. | laudate ſerui DOMINUM. | |
| 2 | Qui ſtatis in domo domini: | Qui ſtatis in domo DOMINI: | |
| | in atrijs domus dei noſtri. | in atrijs domus DEI noſtri. | Elohe |
| 3 | Laudate dominum quoniam benignus dn̄s: | Laudate DOMINUM q2 bon⁹ DOMIN⁹: | Jah |
| | pſallite nomini eius quoniam ſuauis eſt. | pſallite nomini eius quoniam ſuaue. | |
| 4 | Quoniam iacob elegit ſibi dominus: | Quoniā Jacob elegit ſibi DOMINUS: | Jah |
| | iſrael in poſſeſſionem ſibi. | iſrael in poſſeſſionem ſibi. | |
| 5 | Quoniam ego cognoui ꝙ magn⁹ eſt dominus: | Quia ego cognoui ꝙ magn⁹ eſt DOMINUS | |
| | et deus noſter ſuper omnes deos. | et DEUS noſter præ omnibus dijs. | Adō. Elohim |
| 6 | Omnia quæcunq̄ voluit dominus: | Omnia quæcunq̄ voluit DOMINUS: | |
| | fecit in cælo et in terra: | fecit in celo et in terra: | |
| | in mari et in omnibus abyſſis. | in mari et omnibus abyſſis. | |

Ayuntamiento de Madrid

## CONCIL

Educens nubes ab extremo terræ:
fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de theſauris ſuis.
qui percuſſit primogenita ægypti:
ab homine vſq; ad pecus.
Et miſit ſigna & ꝓdigia ĩ medio tui ægyptæ:
in Pharaonem et in omnes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes multas:
et occidit reges fortes.
Segon regem amorræorũ & Og regem Baſan:
et omnia regna Chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem:
hereditatem Iſrael populo ſuo.
DOMINE nomen tuum in æternum:
DOMine mēoriale tuũ ĩ gñatiõe & gñationē.
Quia iudicabit DOMINUS populũ ſuum:
et in ſeruis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum et aurum:
opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur:
oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient:
neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea:
et omnes qui confidunt in eis.
Domus Iſrael benedicite DOMINO:
domus Aharon benedicite DOMINO.
Domus Leui benedicite DOMINO:
q̃ timetiſ DOMINUM bñdicite DOMino.
Benedictus DOMINUS ex Sion:
qui habitat in Ieruſalem.

## VET.

Suſcitans nubes ab extremo terræ: 7
fulgura in pluuiam fecit.
Qui educit ventos de theſauris ſuis: 8
qui percuſſit primogenita ægypti:
ab homine vſq; ad pecus.
Immiſit ſigna & ꝓdigia: ĩ medio tui ægyptæ: 9
Qui percuſſit gentes multas: 10
et occidit reges fortes.
Segon regem amorræorũ & og regem baſan: 11
et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: 12
hereditatem iſrael ſeruo ſuo.
Domine nomen tuum in ſæculum: 13
dñe memoriale tuũ ĩ generatione & gñationem
Quoniam iudicabit dñs plebem ſuam. 14
et in ſeruis ſuis aduocabitur.
Idola gentium: argentum & aurum. 15
Oculos habent et non videbunt: 16
aures habent et non audient.
Nares habent et non odorabunt: 17
os habent et non loquentur.
Manus habent et non operantur: 18
pedes habent et non ambulabunt.
Similes illis fiant qui faciunt ea: 19
et omnes qui confidunt in illis.
Domus iſrael benedicite dominum: 20
domus aaron benedicite dominum.
Domus leui benedicite dominum: 21
qui timetis dominum benedicite dñm.
Benedictus dominus ex ſion: 22
qui habitat in hieruſalem.

ARGUMENTUM. Pſalmus/laus ſynagogæ hiſtoriam partim ex geneſi partim ex exodo cõtinens ſatis cognitam.

Pſalmus. cxxxv. Halelu Iah.

CONfitemini DOMINO quoniã bonꝰ:
quoniam in æternũ miſericordia eius.
Elohe — Confitemini DEO DEORUM:
Elohim — quoniam in æternum miſericordia eius.
Adon — Cõfitemini DOMINO DOMINOꝝ: q̄m.
Adon — Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam.
Qui fecit cælos in intellectu: quoniam.
Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniã.
Qui fecit luminaria magna: quoniam:
Solem in poteſtatem diei: quoniã
Lunã et ſtellas in poteſtatẽ noctis: quoniam:
Qui ꝑcuſſit ægyptũ cũ primogenitis eoꝝ: q̄m.
Qui eduxit iſrael de medio eoꝝ: quoniam.
In manu potenti & brachio excelſo. quoniã.
Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones: quoniã.
Et eduxit iſrael per medium eius. quoniam.
Et excuſſit pharaonẽ et virtutẽ eiꝰ ĩ mari rubro:
quoniam in æternum miſericordia eius.
Qui tranſduxit populum ſuum per deſertum:
quoniã in æternum miſericordia eius.
Qui percuſſit reges magnos: quoniam.
Et occidit reges fortes: quoniam.

Pſalmus. cxxxv.

CONfitemini domino quoniam bonus: 1
quoniã in æternum miſericordia eius.
Confitemini deo deorum: 2
quoniam in æternum miſericordia eius.
Confitemini domino dominorum: 3
quoniam in æternum miſericordia eius.
Qui facit mirabilia magna ſolus. 4
Qui fecit cælos in intellectu. 5
Qui firmauit terram ſuper aquas. 6
Qui fecit luminaria magna ſolus. 7
Solem in poteſtatem diei. 8
Lunam et ſtellas in poteſtatem noctis. 9
Qui ꝑcuſſit ægyptũ cũ primogenitis eorum. 10
Qui eduxit iſrael de medio eorum. 11
In manu potenti et brachio excelſo. 12
Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. 13
Et eduxit iſrael per medium eius. 14
Et percuſſit pharaonem & virtutem eius 15
in mari rubro.
Qui traduxit populum ſuum in deſerto. 16
Qui percuſſit reges magnos. 17
Et occidit reges fortes. 18

Ayuntamiento de Madrid

19 Seon regem amoꝛræoꝛum.
20 Et og regem baſan.
21 Et dedit terram eoꝛum hereditatem.
22 Hereditatem iſrael ſeruo ſuo.
23 Quia in humilitate noſtra memoꝛ fuit noſtri.
24 Et redemit nos ab inimicis noſtris.
25 Qui dat eſcam omni carni.
26 Confitemini deo cæli: quoniam.
27 Confitemini domino dominoꝛum: quoniam.

Seon regem Amoꝛræorum: quoniam.
Et Og regem Baſan. quoniam.
Et dedit terram eoꝛum hereditatem: quoniam.
Hereditatem iſrael ſeruo ſuo: quoniam.
Quia in humilitate noſtra memoꝛ fuit nr̄i. qm̄.
Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam.
Qui dat eſcam omni carni: quoniam.
Confitemini DEO cæli: quoniam. El.
Confitemini domino dominoꝛum: qm̄.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / Threnus ſynagogæ: argumentū ex quarto Regū notū cōtinēs.

Pſalmus. cxxxvj.

1 SUp flūia babylōis illic ſedim⁹ ⁊ fleuim⁹
dum recoꝛdaremur ſion.
2 In ſalicibus in medio eius:
ſuſpendimus oꝛgana noſtra.
3 Quoniā illic iterrogauerūt nos q̄ captiuos duxe
runt nos: verba canticoꝛum.
4 Et qui abduxerunt nos:
hymnum cantate nobis de canticis ſion.
5 Quomodo cantabimus canticum domini:
in terra aliena?
6 Si oblitus fuero tui hieruſalē:
obliuiſcatur me dextera mea.
7 Adhereat lingua mea faucibus meis:
niſi tui meminero.
8 Si non præpoſuero hieruſalem:
in principio iocunditatis meæ.
9 Memento domine filioꝛum Edom:
in die hieruſalem.
10 Dicentium euacuate euacuate:
vſq; dum fundamentum in ea.
11 Filia babylonis infœlix: beatus qui retribuet
retributionem tuam: quam retribuiſti nobis.
12 Beatus qui tenebit ⁊ elidet:
infantes ſuos ad petram.

Pſalmus. cxxxvj.

SUp flūia babylōis illic ſedim⁹ ⁊ fleuim⁹
dum recoꝛdaremur tui Sion.
In ſalicibus in medio eius:
ſuſpendimus oꝛgana noſtra.
Q. illic interrogauerūt nos qui captiuos duxe-
runt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos:
hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cātabim⁹ canticū DOMINI:
in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Jeruſalem:
obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis:
ſi non meminero tui.
Si non præpoſuero Jeruſalem:
in principio læticiæ meæ.
Memoꝛ eſto DOMINE filioꝛum Edom:
in die Jeruſalem.
Qui dicunt exinanite exinanite:
vſq; ad fundamentum in ea.
Filia babylonis miſera: beatus qui retribuet ti-
bi retributionem tuam: quam retribuiſti nobis.
Beatus qui tenebit et allidet:
paruulos ſuos ad petram.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹ / cōfeſſio bn̄ficioꝝ dei / q̄ ſctūs dn̄i / ſup oē nomē magnificat⁹ ſit / q̄ oīa regna terræ v̄ba ei⁹ audierūt / de mīa / veritate / glīa / celſitudīe / ⁊ ꝓuidētia ei⁹. Cōciliat⁹ verſu octauo. Aduerte verſu p̄io dn̄e ī pleriſq; hebꝛæoꝝ codicib⁹ nō haberi. Itē verſu ſecūdo qḋ dꝛ angeloꝛū ī hebꝛæo haberi Elohim: qḋ Hieronym⁹ hic vertit deoꝝ. nā ⁊ angel⁹ pſalmo 90 verſu 11 ꝓ p̄ie malach dicit̄. ſed et pſalmo 77. verſu 29 vbi habem⁹ panē angeloꝝ ⁊ in hæbꝛeo Lehem Abirim Hieronym⁹ nō panē āgeloꝝ ſed panē foꝛtiū vertit: q̄ hoc vocabulū angelo peculiare nō ſit ſed commune cū deo. Et quid etiā ſi ītelligeremus in cōſpectu Elohim: in cōſpectu patris ⁊ filij ⁊ ſpirit⁹ ſctī. Et panē Abirim panē filij / panē p̄ris et ſp̄us ſctī. Nō Moyſes (inq̄t dn̄s) dedit vobis panē de cælo ſ; p̄r me⁹ dat vobis panē de cælo verū. ecce panis p̄ris. Et idē de ſe: ego ſū panis viu⁹ q̄ de cælo deſcēdi. ſi q̄s mādūcauerit ex hoc pane viuet ī æternū. ⁊ panis quem ego dabo caro mea eſt ꝓ mūdi vita. ecce panis filij. ⁊ de eodē pane dꝛ: hunc enī pater ſignauit deus. ſed quo ſigno niſi ſpiritu ſancto? ſup quē (audiuit Johānes) videris ſpiritū deſcendentē ⁊ manentem ſuper eū: ille eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Ecce panis a ſpiritu ſancto ſignatus. Quid mirum igitur ſi his in locis altioꝛ q̄; īterpꝛetes aperuerunt ex vocabuloꝛum hebꝛaicoꝛum pꝛopꝛietate elici queat ſenſus?

Pſalmus Dauid. cxxxvij.

1 COnfiteboꝛ tibi dn̄e in toto coꝛde meo:
quoniā audiſti verba oꝛis mei.
2 Et corā āgelis pſallā tibi / adoꝛabo ad tē-
plū ſanctum tuū: ⁊ confitebor nomini tuo.
3 In miſericoꝛdia tua et veritate tua:
qm̄ magnificaſti ſup omne nomē ſanctū tuū.
4 In quacunq; die inuocauero te cito exaudi me:

Pſalmus Dauidi. cxxxvij.

COnfiteboꝛ tibi DOmīe ī toto coꝛde meo
quoniam audiſti verba oꝛis mei.
In cōſpectu āgeloꝝ pſallā tibi / adoꝛabo
ad templū ſctm̄ tuū: ⁊ cōfitebor nomini tuo.
Super miſericoꝛdia tua ⁊ veritate tua:
qm̄ magnificaſti ſup omne nomē / ſanctum tuū.
In quacunq; die inuocauero te exaudi me:

Ayuntamiento de Madrid

multiplicabis in anima mea virtutem.
Cōfiteāť tibi DOMINE omnes reges terræ:
quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs DOMINI:
quoniā magna eſt gloria DOMINI.
Q̄m excelſ⁹ DOMINUS ꝛ humilia reſpicit:
et alta a longe cognoſcit
Si ābulauero ī medio tribulatōis viuificabis me
et ſuper irā iīmicoꝝ meoꝝ extēdes manū tuā:
et ſaluum me faciet dextera tua.
DOMINUS retribuet pro me/
DOMINE miſericordia tua in ſæculum:
opera manuū tuarum ne deſpicias.

multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi dn̄e omnes reges terræ: 5
quoniā audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs domini: 6
quoniam magna eſt gloria domini.
Quoniam excelſus dn̄s et humilia reſpicit: 7
excelſa a longe cognoſcit.
Si ābulauero ī medio tribulatōis viuificabis me 8
* ſuper irā inimicoꝝ meoꝝ extēdiſti manū tuā:
* et ſaluum me fecit dextera tua.
Domine retribues pro me. 9
domine miſericordia tua in æternum:
opera manuum tuarum ne deſpicias.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ de preſcientia dei inſcrutabili/ ꝙ deus vbiqꝫ ſit et nichil ſine eo agi poſſit ꝙ tenebræ ſint et lumē/ neqꝫ apud deū diſtictio ſit lucis ꝛ tenebraꝝ ſed coincidētia/ de mira bili corporis Christi cōpoſitione/ ꝙ illā ſecretā in abſcondito almæ virginis vtero oſſium ꝛ humanæ carnis cōpactionē ab æterno nouerit/ ꝙ in preſcientia dei priuſqꝫ aliqd ex eo ad operis executionem mandatū eſſet viſus ſit: immo ꝙ in diuina ſapientia (currentibus temporibus et adhuc nullo præuiſorū in effectum deducto) præſcita ꝛ prædiffinita ſint omnia/ de apoſtolis ꝙꝫ honorabiles apud eum ſint facti/ quantum apud illos qui æternam hereditatem eſſent accepturi valuit eorum authoritas/ ꝙꝫ magnus et incōprehenſibilis ſaluandorum numerus/ de peccatoribus qui aduerſaturi erāt Chriſto ꝛ qui aduerſabuntur/ quanto odio perſequatur illos/ ꝛ ꝙ ille ipſe eſt qui ſine peccato cucurrit.

¶ Conciliatus verſu octauo/ quartodecimo ꝛ quintodecimo.

¶ Ad victoriā pſalmus Dauidi. cxxxviij.

DOMINE ꝓbaſti me ꝛ cognouiſti me:
tu cognouiſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longe:
ſemitā meā ꝛ funiculū meū inueſtigaſti.
Et omnes vias meas præuidiſti:
quia non eſt ſermo in lingua mea.
Ecce DOMINE tu cognouiſti oīa nouiſſima ꝛ antiq̄:
tu formaſti me ꝛ poſuiſti ſuper me manū tuā.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:
confortata eſt ꝛ nō potero ad eam.
Quo ibo a ſpiritu tuo:
et quo a facie tua fugiam?
Si aſcendero in cælum tu illic es:
ſi deſcendero in infernum ades.
Si ſumpſero pennas diluculo:
et habitauero in extremis maris.
Etenī illuc manus tua deducet me:
et tenebit me dextera tua.
Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me:
et nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebræ non obſcurabuntur a te:
et nox ſicut dies illuminabitur:
ſicut tenebræ eius ita ꝛ lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos:
conflaſti me in vtero matris meæ.
Cōfitebor tibi qꝛ terribiliter magnificaſti me:
mirabilia opera tua ꝛ aīa mea cognoſcet nimis.
Nō eſt occultatū os meū a te qđ feciſti ī occulto:
et effigiatus ſum in inferioribus terræ.
Imperfectum me viderunt oculi tui:
et in libro tuo omnes ſcribentur:
dies formabuntur et nullus in eis.

¶ Pſalmus Dauid. cxxxviij.

Domine probaſti me ꝛ cognouiſti me: 1
tu cognouiſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longinquo: 2
ſemitā ꝛ limitē meū inueſtigaſti.
Et omnes vias meas præuidiſti: 3
quoniā nō eſt dolus in lingua mea.
Ecce dn̄e tu cognouiſti oīa nouiſſima ꝛ antiqua: 4
tu finxiſti me ꝛ poſuiſti ſup me manū tuā.
Mirificata eſt ſcientia tua ex me: 5
inualuit/ non potero ad illam.
Quo ibo a ſpiritu tuo: 6
et quo a facie tua fugiam?
Si aſcendero in cælum tu ibi es: 7
ſi deſcendero in infernum ades.
* Si recipiam pennas meas in directum: 8
et habitauero in extremis maris.
Etenī illuc manus tua deducet me: 9
et adducet me dextera tua.
Et dixi fortaſſe tenebræ conculcabunt me: 10
et nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quoniam tenebræ non obtenebrabuntur a te: 11
et nox tanqꝫ dies illuminabitur:
ſicut tenebræ eius ita ꝛ lumen eius.
Quoniam tu poſſediſti renes meos domine: 12
* ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.
* Cōfitebor tibi dn̄e q̄m terribiliter mirificat⁹ es: 13
mirabilia opa tua de⁹ ꝛ aīa mea cognoſcet valde
Nō ē abſcōditū os meū a te qđ feciſti ī abſcōdito 14
* et ſubſtantia mea in inferioribus terræ.
* Imperfectum viderunt oculi tui: 15
et in libro tuo omnes ſcribentur.
* per diē errabunt ꝛ nemo in eis.

Ayuntamiento de Madrid

16 Michi autē valde honorificati ſūt amici tui de⁹:
valde confortati ſunt principatus eorum.
17 Dinumerabo eos ⁊ ſup arenā multiplicabūtur:
exurrexi et adhuc ſum tecum.
18 Si occideris deus peccatores:
viri ſanguinum declinate a me.
19 Quoniam dices in cogitatione:
accipient in vanitate ciuitates ſuas.
20 Nonne eos qui oderant te odio habui:
et ſuper inimicis tuis tabeſcebam?
21 Perfecto odio oderam illos:
inimici facti ſunt michi.
22 Proba me deus et ſcito cor meum:
ſcrutare me et cognoſce ſemitas meas.
23 Et vide ſi via iniquitatis in me eſt:
et deduc me in via æterna.

Michi aūt nimis honorificati ſūt amici tui DE⁹ El.
nimis confortatus eſt principatus eorum.
Dinumerabo eos ⁊ ſup arenā multiplicabunt:
exurrexi et adhuc ſum tecum.
Si occideris DEUS peccatores: Eloha.
viri ſanguinum declinate a me.
Quīa dicitis in cogitatione:
accipient in vanitate ciuitates ſuas.
Nonne qui oderunt te DOMINE oderam:
et ſuper inimicos tuos tabeſcebam?
Perfecto odio oderam illos:
inimici facti ſunt michi.
Proba me DEUS et ſcito cor meum: El.
interroga me et cognoſce ſemitas meas.
Et vide ſi via iniquitatis in me eſt:
et deduc me in via æterna.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ deprecatio aduerſus peſtiferæ doctrinæ venena ſeminantes ⁊ ſcripturarum ſanctarum intelligentias adulterantes. ¶ Conciliatus verſu nono.

¶ Pſalmus Dauid. cxxxviiij.

1 Eripe me domine ab homine maligno:
a viro iniuſto erue me. *
2 Qui cogitauerunt iniuſtitias in corde:
tota die conſtituebant bella.
3 Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes:
venenum aſpidum ſub labijs eorum.
4 Conſerua me domine de manu peccatoris:
ab hominibus iniuſtis erue me.
5 Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos:
abſconderunt ſuperbi muſcipulam michi
6 Et teſtes extēderunt muſcipulas pedibus meis:
iuxta ſemitas ſcandalum poſuerunt michi.
7 Dixi domino deus meus es tu:
percipe domine vocem deprecationis meæ.
8 Domine domine virtus ſalutis meæ:
obumbraſti ſuper caput meum in die belli.
9 Nō tradas me dñe a deſiderio meo peccatori: *
cogitauerunt aduerſum me ne dereliquas me:
ne forte exaltentur.
10 Caput circuitus eorum:
labor labiorum ipſorum teget eos.
11 Decidēt ſup eos carbones ignis ⁊ deijcies eos
in miſerijs non ſubſiſtent.
12 Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram:
virū iniuſtum mala venabuntur in interitum.
13 Cognoui quia faciet dominus iudiciū egentis:
et cauſam pauperum.
14 Verūtamen iuſti confitebuntur nomini tuo:
inhabitabunt recti cum vultu tuo

¶ Pſalmus Dauid. cxxxviiij.

Eripe me DOMINE ab hoīe malo:
a viris iniquis eripe me.
Qui cogitauerūt iniquitates in corde:
tota die conſtituebant prælia.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes:
venenū aſpidū ſub labijs eorum. Selah.
Cuſtodi me DOMINE de manu peccatoris
ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos:
abſconderunt ſuperbi laqueum michi.
Et funes extenderunt in laqueum:
iuxta iter ſcandalum poſuerūt michi. Selah.
Dixi DOMINO DEUS meus es tu: El.
exaudi DOMINE vocē deprecatiōis meæ.
DOMINE DOMINE virt⁹ ſalutis meæ: Adonai
obumbraſti ſuper caput meum in die belli.
Non tradas DOMINE deſideriū pctōri:
cogitauerunt contra me/ ne dereliquas me:
ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum:
labor labiorum ipſorum operiet eos.
Cadēt ſup eos carbones/ in ignē deijcies eos:
in miſerijs non ſubſiſtent.
Vir linguoſus non dirigetur in terra:
virum iniuſtum mala capient in interitu.
Cognoui q̄ faciet DOMINUS iudiciū īopis
et vindictam pauperum.
Verūtamen iuſti confitebuntur nomini tuo:
et habitabunt recti cum vultu tuo.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ oratio fidelium in ſpiritu/ vt eos cuſtodiat deus a peccato oris/ a peccato cordis et prauis cogitationibus/ a prauorum ſocietatibus et communicatione operum eorum/ optant a iuſtis corripi/ precantur pro delinquentibus et opprimentibus eos/ q̄ peccatores ī rete vltionis diuinæ caſuri ſunt ipſi vero euaſuri. ¶ Conciliatus verſu quinto/ ſexto ⁊ vndecimo.

¶ Pſalmus Dauid. cxxxx.

1 Domine clamaui ad te exaudi me: itēde
2 voci depcatōis meæ dū clamauero ad te
Dirigat oro mea ſicut icēſū ī ↄſpectu tuo

¶ Pſalmus Dauidi. cxxxx.

DOMINE clamaui ad te exaudi me:
intēde voci meæ cū clamauero ad te.
Dirigat oro mea ſic icēſū ī ↄſpectu tuo

Ayuntamiento de Madrid

eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinum.
Pone DOMINE cuſtodiam ori meo:
et oſtium circunſtantiæ labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitiæ:
ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem:
neq; ad communicandum cū electis eorum. *
Corripiat me iuſtꝰ ī miſericordia ⁊ increpet me: *
oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū.
Qm̄ adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorum:
abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt:
ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum:
Adonai — qꝛ ad te DOMINE DOMINE oculi mei
in te ſperaui non auferas animam meam.
Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi:
et a ſcandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculum eius peccatores:
ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinum.
Pone domine cuſtodiam ori meo: 3
et oſtium continentiæ circa labia mea.
Ut non declines cor meum in verba maligna: 4
ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: 5
* et non combinabo cum electis eorum.
* Emendabit me iuſtus in mīa et arguet me: 6
oleū aūt peccatoris nō impīguabit caput meum.
Qm̄ adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorum: 7
abſorpti ſunt iuxta petram iudices eorum.
Audient verba mea quoniam præualuerunt: 8
ſicut craſſitudo terræ dirupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt iuxta infernum oſſa noſtra: 9
quoniam ad te domine domine oculi mei:
in te ſperaui non auferas animam meam.
Cuſtodi me a muſcipula quam ſtatuerūt michi: 10
et ab ſcandalis qui operantur iniquitatem.
* Cadent in retia eius peccatores: 11
ſingulariter ego ſum donec tranſeam.

ARGUMENTUM. Pſalmus/oratio Chriſti dn̄i ſcd̄m carnis diſpēſationē/quo modo Judæi ex lege quā inoffenſo calle cucurrit voluerūt Chriſtū dn̄m morti adiudicari. ꝙ derelictus ſit etiam a notis et apoſtolis/ꝙ nullꝰ ex notis eiꝰ ꝑ eo interceſſor fuerit vt a morte liberaretur/ꝙ perſequentibꝰ eum data eſt poteſtas inualeſcendi in eum/ꝙ ad ergaſtulum mortis pro nobis ſatiſfacturus deſcenderit ex quo petit educi et ad immortalem vitam reparari. ¶ Conciliatus verſu ſecundo et tertio.

¶ Pſalmus Dauidi. cxxxxi

VOce mea ad DOMINUM clamaui
voce mea ad DOMINū depcatꝰ ſū.
Effundā ī cōſpectu eius orationē meā *
et tribulationē meā ante ipſum pronunciabo. *
Cum defecerit ex me ſpiritus meus:
et tu cognouiſti ſemitas meas.
In via qua ambulabam:
abſconderunt laqueum michi.
Conſiderabam ad dexteram et videbam:
et non erat qui cognoſceret me.
Perijt fuga a me:
et non eſt qui requirat animam meam.
Clamaui ad te DOMine dixi tu es ſpes mea:
portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam:
quia humiliatus ſum nimis.
Libera me a perſequentibus me:
quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animam meam:
ad confitendum nomini tuo:
me expectant iuſti donec retribuas michi.

¶ Pſalmus Dauid. cxxxxi.

VOce mea ad dominum clamaui: 1
voce mea ad dominū deprecatꝰ ſum.
Effundā ante eū deprecationē meā: 2
tribulationem meam in conſpectu eius.
* Cum defecit me ſpiritus meus: 3
et tu cognouiſti ſemitas meas.
In via hac qua ingrediebar: 4
abſconderunt michi muſcipulam.
Conſiderabam ad dexteram et videbam: 5
et non erat qui cognoſceret me.
Perijt fuga a me: 6
et non eſt qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea: 7
portio mea in terra viuentium.
Intende ad orationem meam: 8
quia humiliatus ſum nimis.
Erue me a perſequentibus me: 9
quoniam corroborati ſunt ſuper me.
Erue de carcere animam meam: 10
vt confiteantur nomini tuo:
me ſuſtinebūt iuſti quoaduſq; retribuas michi.

ARGUMENTUM. Pſalmus/Oratio pœnitentis ex calamitate mūdanarum fallaciarum ad deum humiliata mente reuertentis.

¶ Pſalmus Dauidi. cxxxxij.

DOMINE exaudi orationem meam/
auribus percipe obſecrationē meā:
in veritate tua exaudi me ī tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo:
quia non iuſtificabit ī cōſpectu tuo oīs viuens.
Quia perſecutus eſt inimicus animam meam:

¶ Pſalmus Dauid. cxxxxii.

DOmine exaudi orationem meam 1
auribus percipe precem meam:
in veritate tua exaudi me ī tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: 2
qm̄ non iuſtificabitur coram te omnis viuens.
Qm̄ ꝑſecutus eſt inimicus aīam meam: 3

Ayuntamiento de Madrid

**VET.**

humiliauit in terra vitam meam.
4 Collocauerūt me ī tenebroſis ſicut mortuos ſclī
et tædium paſſus eſt in me ſpiritus meus:
in me turbatum eſt cor meum.
5 Memoratus ſum dierum antiquornm:
meditatus ſum in omnibus operibus tuis:
in facturis manuum tuarum meditatus ſum.
6 Extendi manus meas ad te:
anima mea velut terra ſine aqua tibi.
7 Cito exaudi me domine:
defecit ſpiritus meus.
8 Ne auertas faciem tuam a me:
ſimilis ero deſcendentibus in lacum.
9 Auditam fac michi mane miſericordiam tuam:
quia in te ſperaui.
10 Notam fac michi dñe viam in qua ingrediar:
quoniam ad te leuaui animam meam.
11 Exime me de inimicis meis dñe: qꝛ ad te cōfugi:
doce me vt faciam voluntatem tuam:
quia tu es deus meus.
12 Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā:
propter nomen tuum domine viuificabis me
in tua iuſtitia.
13 Educes de tribulatione animam meam:
et ī mīa tua ad interitū deduces īimicos meos.
14 Et p̄des omnes tribulantes animam meam:
quoniam ſeruus tuus ſum ego.

**CONCIL.**

humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me ī obſcuris ſicut mortuos ſæculi:
et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus:
in me turbatum eſt cor meum.
Memor fui dierum antiquorum:
meditatus ſum in omnibus operibus tuis:
in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te:
anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.
Velociter exaudi me DOMINE:
defecit ſpiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me:
et ſimilis ero deſcendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane miſericordiā tuam:
quia in te ſperaui.
Notam fac michi viam in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de īimicis meis DñE ad te confugi:
doce me facere voluntatem tuam:
quia DEUS meus es tu. Eloha
Spiritus tuus bonus deducet me ī terrā rectam:
propter nomen tuum DOMINE
viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam:
et in mīa tua diſperdes oēs inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam:
quoniam ego ſeruus tuus ſum.

ARGUMENTUM. Pſalmus/ deprecatio fidelis ſynagogæ vt Chriſtus dñs mitteret ꝛ malignæ poteſtates deſtruerentur / et ne ſic homines in perditionem ruerent quaſi vanæ a deo creati et nullus finem ſuum percipiens. ¶ Conciliatus verſu tertio / vndecimo et duodecimo.

**VET.**

¶ Pſalmus Dauid. cxxxxiij.
1 Benedictus dominus deus meus
qui docet manus meas ad prælium:
et digitos meos ad bellum.
2 Miſericordia mea et refugium meum:
ſuſceptor meus ꝛ erutor meus.
3 Protector meus et in ipſo ſperaui:
qui ſubdit populum meum ſub me.
4 Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei:
aut filius hominis quoniam æſtimas eum?
5 Homo vanitati ſimilis factus eſt:
dies eius ſicut vmbra prætereunt.
6 Domine inclina cælos tuos et deſcende:
tange montes et fumigabunt.
7 Coruſca coruſcationes et diſperges eos:
emitte ſagittas tuas et conturbabis eos.
8 Emitte manum tuam ex alto
et exime me et erue me de aquis multis:
de manu filiorum alienorum.
9 Quorum os locutum eſt vanitatem:
et dextera eorum dextera iniquitatis.
10 Deus canticum nouum cantabo tibi:
in pſalterio decem chordarum pſallam tibi.
11 Qui dat ſalutem regibus: qui redemit
dauid ſeruū ſuū de gladio maligno erue me.
12 Et exime me de manu filiorum alienorum:

**CONCIL.**

¶ Pſalmus Dauidi. cxxxxiij.
Benedict⁹ DOMINUS DEUS me⁹ Sur.
qui docet manus meas ad prælium:
et digitos meos ad bellum.
Miſericordia mea et refugium meum:
ſuſceptor meus et liberator meus.
Protector meus et in ipſo ſperaui:
* qui ſubdit populum meum ſub me.
DOMINE quid eſt homo quia innotuiſti ei:
aut filius hominis quia reputas eum?
Homo vanitati ſimilis factus eſt:
dies eius ſicut vmbra prætereunt.
DOMINE inclina cælos tuos ꝛ deſcēde:
tange montes et fumigabunt.
Fulgura coruſcationem et diſſipabis eos:
emitte ſagittas tuas et conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto
eripe me et libera me de aquis multis:
et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum eſt vanitatem:
et dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi:
in pſalterio decachordo pſallam tibi.
* Qui das ſalutem regibus:
* q̄ redimis dauid ſeruū tuū de gladio maligno.
* Eripe me ꝛ erue me de manu filioꝝ alienorum:



Ayuntamiento de Madrid

quorum os locutum eſt vanitatem:
et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij ſicut nouellæ plantationes:
in iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſitæ:
circũornatæ vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena:
eructantia ex hoc in illud.
Oues eorũ fœtoſæ abũdantes ĩ greſſibus ſuis:
boues eorum craſſe.
Non eſt ruina maceriæ neq; tranſitus:
neq; clamor in platæis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt:
Eloha beat⁹ ppl's cui⁹ DOMINUS DEUS ei⁹

quorum os locutum eſt vanitatem:
dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorũ filij ipſorũ velut nouellæ conſtabilitæ: 13
in iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſitæ: 14
et ornatæ ſicut ſimilitudo templi.
Cellaria eorum plena: 15
eructantia ex hoc in hoc.
Oues eorũ fœcũdæ multiplicãtes ĩ egreſſib⁹ ſuis 16
boues eorum craſſe.
Non eſt ruina ſæpis nec exitus: 17
nec clamor in platæis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: 18
beatus populus cuius dñs deus ipſius.

ARGUMENTUM. Pſalm⁹/laus diuina a dei magnitudine/laudabilitate/magnificẽtia/glĩa ſãctitate/virtute/exuberãti bonitate/miſeratiõe/lõganimitate/ſuauitate/ regnãdi amplitudine/fidelitate/operũ puritate/auxiliatrice virtute/ſolicitata ꝓuidẽtia ⁊ vt cuiq; cõuenit diſpẽſatiõe/ iuſtitia vniuerſæ legis ſuæ/ ⁊ ꝑ oĩa ĩcoĩnq̃natiõe/ q̄ ꝓpe adeſt oĩbus in veritate ĩuocãtib⁹ eũ/ q̄ timentiũ ſe volũtatẽ ĩplet/ depcationẽ exaudit ⁊ ſaluat eos/ ⁊ diligẽtes ſe cuſtõdit: ſ; ĩpios ⁊ pctõres diſperdet. ¶ Cõciliat⁹ verſu quarto ⁊ ſextodecimo. ¶ Aduerte tertio ṽſu magn⁹ dñs ĩ exẽplarib⁹ veritatis hebraicæ Hieronymi haberi magn⁹ de⁹: ſed id arbitror mẽdoſe. nã paſſim in hebræo hic reperit̃ tetragrãmaton. tralationis igit̃ hebraicæ notet̃ id viciatũ atq; legẽdũ vt ⁊ ĩ noſtra id eſt gallica editione ⁊ alijs magnus dñs. Hic pſalmus vnus eſt ex ijs qui thehilim id eſt hymni/ hebraice nominantur.

¶ Pſalmus Dauidi. cxxxxiiij.

Eloha Exaltabo te DEUS meus rex:
et benedicam nomini tuo in ſæculum:
et in ſæculum ſæculi.
Per ſingulos dies benedicam tibi:
et laudabo nomẽ tuũ ĩ ſæculũ ⁊ ĩ ſæculum ſcli.
Magnus DOMINUS et laudabilis nimis:
et magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio et generatio laudabunt opera tua: *
et potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificentiã gloriæ ſanctitatis tuæ loquent̃:
et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicent:
et magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriã abũdantiæ ſuauitatis tuæ eructabũt:
et iuſtitia tua exultabunt.
Miſerator et miſericors DOMINUS:
patiens et multum miſericors.
Suauis DOMINUS vniuerſis:
et miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
Cõfiteant̃ tibi DOMINE omnia opera tua:
et ſancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent:
et potentiam tuam loquentur.
Ut notã faciant filiis hominũ potentiã tuã:
et gloriam magnificentiæ regni tui.
Regnum tuum regnum omniũ ſæculorum:
et dñatio tua in oĩ generatione ⁊ generatione.
Fidelis DOMINUS in oĩbus verbis ſuis:
et ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Alleuat DOMINUS omnes qui corruunt:
et erigit omnes eliſos.

¶ Pſalmus Dauid. cxxxxiiij.

Exaltabo te deus meus rex meus: 1
et benedicam nomen tuum in ſæculum:
et in ſæculum ſæculi.
Per ſingulos dies benedicam te: 2
et laudabo nomẽ tuum ĩ ſclm ⁊ in ſæculum ſcli.
Magnus dominus et laudabilis valde: 3
et magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio et generatio laudabit opera tua: 4
et virtutem tuam annunciabunt.
Et magnificentiã gloriæ ſanctitatis tue loquent̃: 5
et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem metuendorum tuorum dicent: 6
et magnitudinem tuam enarrabunt.
Memoriã abũdãtiæ ſuauitatis tuæ eructabunt: 7
et iuſtitia tua exultabunt.
Miſericors et miſerator dominus: 8
longanimis et multum miſericors.
Suauis dominus omnibus: 9
et miſerationes eius in omnia opera eius.
Confiteantur tibi domine omnia opera tua: 10
et ſancti tui benedicant te.
Gloriam regni tui dicent: 11
et potentiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filiis hoĩm potentiam tuã: 12
et gloriam magnitudinis decoris regni tui.
Regnum tuum regnum omnium ſæculorum: 13
et dñatio tua in oĩ gñatione et generationem.
Fidelis dominus in verbis ſuis: 14
et ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Confirmat dominus omnes decidentes: 15
et erigit omnes eliſos.

Ayuntamiento de Madrid

| | UET. | CONCIL. | |
|---|---|---|---|
| 16 | Oculi omnium in te ſperant:<br>et tu das eſcam illis in opoꝛtunitate. | Oculi omnium in te ſperant dñe:<br>* et tu das illis eſcam in tempoꝛe opoꝛtuno. | |
| 17 | Aperis tu manum tuam:<br>et imples omne animal benedictione. | Aperis tu manum tuam:<br>et imples omne animal benedictione. | |
| 18 | Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis.<br>et ſanctus in omnibus operibus ſuis. | Iuſtus DOMINUS in omnibus vijs ſuis:<br>et ſanctus in omnibus operibus ſuis. | |
| 19 | Pꝛope eſt dñs omnibus inuocantibus eum:<br>omnibus qui inuocant eum in veritate. | Pꝛope eſt DOMINUS oīb⁹ iuocātib⁹ eum:<br>omnibus inuocantibus eum in veritate. | |
| 20 | Voluntatem timentium ſe faciet:<br>et pꝛeces eoꝝ exaudiet/ et ſaluos faciet eos. | Voluntatem timentium ſe faciet:<br>et dēpcationē eoꝝ exaudiet ⁊ ſaluos faciet eos. | |
| 21 | Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe:<br>et omnes peccatoꝛes diſperdet. | Cuſtodit DOMINUS omnes diligentes ſe:<br>et omnes peccatoꝛes diſperdet. | |
| 22 | Laudem domini loquetur os meum:<br>et benedicat omnis caro nomen ſanctum eius:<br>in ſæculum et in ſæculum ſæculi. | Laudationē DOMINI loquetur os meum:<br>et benedicat omnis caro nomini ſancto eius:<br>in ſæculum et in ſæculum ſæculi. | |

ARGUMENTUM. Pſalm⁹/ fideliū laus/ ꝙ ꝙ̄diu viuim⁹ diuinæ laudes ſunt meditandæ/ ꝙ nequaꝙ̄ in potentibus hui⁹ ſæculi ſed in deo ſolo ſpes noſtra ponenda eſt/ qui beati/ quāta dei benignitas/ ⁊ ꝙ æternum eius regnum. ¶ Conciliatus verſu ſecundo et tertio.

| | ¶ Pſalmus. cxxxxv. | ¶ Pſalmus. cxxxxv. Halelu Iah. | |
|---|---|---|---|
| 1 | Lauda anima mea dominum:<br>laudabo dominum in vita mea:<br>pſallam deo meo ꝙ̄diu ſum. | Lauda anima mea DOMINUM:<br>laudabo DOMINUM i vita mea:<br>pſallam DEO meo ꝙ̄diu fuero. | Eloha |
| 2 | Nolite confidere in pꝛincipes:<br>et in filios hominū in quibus non eſt ſalus. | Nolite confidere in pꝛincipibus:<br>in filijs hominum quibus non eſt ſalus. | |
| 3 | Exiet ſpūs eius et reuertetur in terram ſuam:<br>in illa die peribunt omnes cogitationes eius. | * Exibit ſpūs eoꝝ et reuertent̄ in terram ſuam:<br>in illa die peribunt oēs cogitationes eoꝛum. | |
| 4 | Beat⁹ cui⁹ deus iacob adiutoꝛ eſt ei⁹ ſpes illi⁹<br>in dñm deum ipſius qui fecit cælum ⁊ terram:<br>mare et omnia quæ in eis ſunt. | Beat⁹ cui⁹ DE⁹ Iaacob adiutoꝛ ei⁹/ ſpes eius<br>in DOMINO DEO ipſi⁹ q̄ fecit cælū terrā:<br>mare et omnia quæ in eis ſunt. | El<br>Eloha |
| 5 | Qui cuſtodit veritatem in æternum<br>facientem iudicium iniuriam accipientibus:<br>dat eſcam eſurientibus. | Qui cuſtodit veritatem in ſæculum<br>facit iudicium iniuriam patientibus:<br>dat eſcam eſurientibus. | |
| 6 | Dominus ſoluit compeditos:<br>dominus erigit eliſos. | DOMINUS ſoluit compeditos:<br>DOMINUS illuminat cæcos. | |
| 7 | Dominus ſapientes facit cæcos:<br>dominus diligit iuſtos. | DOMINUS erigit eliſos:<br>DOMINUS diligit iuſtos. | |
| 8 | Dñs cuſtodit pſelytos/ oꝛphanū ⁊ viduā ſuſci-<br>piet ⁊ exterminabit viam peccatoꝛum. | DOMINUS cuſtodit aduenas/ pupillū ⁊ vi-<br>duā ſuſcipiet et vias peccatoꝛum diſperdet. | |
| 9 | Regnabit dominus in æternum:<br>deus tuus ſion in generatione ⁊ generatione | Regnabit DOMINUS in ſecula:<br>DEUS tuus Sion in generatiōe ⁊ ḡnatione. | Eloha |

ARGUMENTUM. Pſalm⁹/ laus altera fideliū/ ꝙ dñi eſt edificare Ieruſalē q̄ ē eccleſia ſctoꝝ et ad eā ſepatos colligere/ ꝙ ei⁹ eſt ſanare/ ꝯtrita ſolidare/ nūerū ſaluādoꝝ noſſe/ ꝙ potētiæ eius ⁊ ſapiētiæ nō eſt nūer⁹/ ꝙ hūiles exaltat ⁊ deꝓ̄imit ſupbos. ꝙ eos eccleſiæ pficit q̄ eā fœcundis doctrinæ hymbꝛib⁹ irrigāt/ ꝙ pꝛincipib⁹ dat pꝛudentiā qua ſubditos paſcāt/ ꝙ gētili populo ⁊ filijs eoꝝ q̄ contra eum obganniunt coꝛpus ſuum dat in cibum/ in quibus ſit dei beneplacitum et bona voluntas ꝙ non in vanis huius ſæculi pompis ſed in timoꝛatis et ſperantibus in eo.

| | ¶ Pſalmus. cxxxxvi. | ¶ Pſalmus. cxxxxvi. Halelu Iah. | |
|---|---|---|---|
| 1 | Laudate dñm quoniam bonus pſalmus: | Laudate DñM qm̄ bonus eſt pſalmus: | Iah |
| 2 | deo noſtro iocunda ſit laus.<br>Edificans hieruſalem dominus: | DEO nr̄o ſit iocūda decoꝛaꝙ̄ laudatio<br>Edificās Ieruſalem DOMINUS | Eloha |
| 3 | et diſperſiones iſraelis colligens.<br>Qui ſanat contritos coꝛde: | diſperſiones Iſraelis congregabit.<br>Qui ſanat contritos coꝛde: | |
| 4 | et alligat contritiones eoꝛum.<br>Qui numerat multitudinem ſtellarum: | et alligat contritiones eoꝛum.<br>Qui numerat multitudinem ſtellarum: | |
| 5 | et omnibus eis nomina vocans.<br>Magnus dñs noſter ⁊ magna virtus eius: | et omnibus eis nomina vocat.<br>Magn⁹ DOMINUS nr̄ ⁊ magna virt⁹ eius: | Adon |



Ayuntamiento de Madrid

| | | | |
|---|---|---|---|
| | et ſapientiæ eius non eſt numerus. | et intelligentiæ eius non eſt numerus. | |
| | Suſcipiens manſuetos DOMINUS: | Suſcipiens manſuetos dominus: | 6 |
| | humilians autem peccatores vſq; ad terram. | humilians autem peccatores vſq; ad terram. | |
| | Præcinite DOMINO in confeſſione: | Incipite domino in confeſſione: | 7 |
| Elohe | pſallite DEO noſtro in cithara. | pſallite deo noſtro in cithara. | |
| | Qui operit cælum nubibus: | Qui cooperit cælum nubibus: | 8 |
| | et parat terræ pluuiam. | et parat terræ pluuiam. | |
| | Qui producit in montibus fœnum ▬ & herbã | Qui exoriri facit in mõtibus fœnum & herbam: | 9 |
| | ſeruituti hominum. | ſeruituti hominum. | |
| | Qui dat iumentis eſcam ipſorum: | Et dat pecoribus eſcam ipſorum: | 10 |
| | et pullis coruorum inuocantibus eum. | et pullis coruorum qui inuocant eum. | |
| | Non in fortitudine equi voluntatem habebit: | Non in potentatu equi volũtatem habebit: | 11 |
| | nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. | nec in tabernaculis viri bene ſentiet. | |
| | Bñplacitũ eſt DOMINO ſuper timẽtes eum | Bene ſentiet dñs timentibus in eum: | 12 |
| | et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. | et in iis qui ſperant in miſericordia eius. | |

ARGUMENTUM. Pſalm⁹/ laus alia i ſpũ ꝑ pꝛiſmõſtrata q̃ ſũt ciuitas pacificoꝝ cui⁹ portæ aduerſus hoſtiles næquitias angeloꝝ cuſtodia vallatæ ſunt/ cuius filii dñ i ea manẽt bñdicti/ quæ pane illo puriſſimo viuit qui de cælo deſcendit/ q̃ verbo abbreuiato paſcit̃ qđ fecit verbũ æternũ de cælo in terrã trãſmiſſum/ q̃ regenerationis ablutione ſuꝑ niuẽ cãdet/ in qua indurati & glaciati diuino verbo et ſpirituſſancti calore ſoluunt̃ hymbreſq; diuinæ gratiæ recipiũt/ in ea dei verbũ audit̃ & iudicia eius agnoſcunt̃/ neq; fecit talia de⁹ omni genti/ neq; iudicia eius vbiuis gentiũ cognita ſũt alibi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus. cxxxxvii. | ¶ Pſalmus. cxxxxvii. | |
| | LAuda Jeruſalem DOMINUM: | COllauda hieruſalem dominum: | 1 |
| Eloha | lauda DEUM tuum Sion. | lauda deum tuum ſion. | |
| | Quoniã confortauit ſeras portaꝝ tuaꝝ: | Qm̃ cõfirmauit vectes portarũ tuarum: | 2 |
| | benedixit filiis tuis in te. | benedixit filios tuos in te. | |
| | Qui poſuit fines tuos pacem: | Qui poſuit fines tuos pacem: | 3 |
| | et adipe frumenti ſatiat te. | et adipe frumenti ſatians te. | |
| | Qui emittit eloquium ſuum terræ | Qui emittit verbum ſuum terræ: | 4 |
| | velociter currit ſermo eius. | vſq; in velocitatem currit verbum eius. | |
| | Qui dat niuem ſicut lanam: | Dat niuem velut lanam: | 5 |
| | nebulam ſicut cinerem ſpargit. | nebulam velut cinerem ſpargit. | |
| | Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas | Qui emittit cryſtallum ſuam velut fruſta panis | 6 |
| | ante faciem frigoris eius: | in faciem frigoris eius: | |
| | quis ſuſtinebit? | quis ſubſiſtet? | |
| | Emittet verbum ſuum et liquefaciet ea: | Emittet verbum ſuum et tabefaciet ea: | 7 |
| | flabit ſpiritus eius et fluent aquæ. | ſpirabit ſpiritus eius et profluent aquæ. | |
| | Qui annunciat verbum ſuum Jaacob: | Annuncians verbum ſuum iacob: | 8 |
| | iuſtitias et iudicia ſua Iſrael. | iuſtitias & iudicia ſua iſrael. | |
| | Non fecit taliter omni nationi: | Non fecit ſic vniuerſæ genti: | 9 |
| | et iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Halelu Jah. | iudicia ſua non manifeſtauit eis. | |

ARGUMENTUM. Pſalmus/ laus a cæleſtibus et terreſtribus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ¶ Pſalmus. cxxxxviii. Halelu Jah. | ¶ Pſalmus. cxxxxviii. | |
| | LAudate DOMINUM de cælis: | LAudate dominum de cælis: | 1 |
| | laudate eum in excelſis | laudate eum in excelſis. | |
| | Laudate eum omnes angeli eius: | Laudate eum omnes angeli eius: | 2 |
| | laudate eum omnes virtutes eius. | laudate eum omnes virtutes eius. | |
| | Laudate eum ſol et luna: | Laudate eum ſol et luna: | 3 |
| | laudate eum omnes ſtellæ et lumen. | laudate eum omnes ſtellæ et lumen. | |
| | Laudate eũ cæli cæloꝝ & aquæ q̃ ſuꝑ cælos ſũt | Laudate eũ cæli cæloꝝ & aque q̃ ſuꝑ cælos ſunt | 4 |
| | laudent nomen DOMINI. | laudent nomen domini. | |
| | ▬ Quia ipſe dixit et facta ſunt: | Quia ipſe dixit et facta ſunt: | 5 |
| | ipſe mandauit et creata ſunt. | ipſe mandauit et creata ſunt. | |
| | Statuit ea in ſæculum et in ſæculum ſæculi: | Statuit ea in ſæculum & in ſæculum ſæculi: | 6 |
| | præceptum poſuit et non præteribit. | præceptum poſuit et non præteribit. | |
| | Laudate DOMINUM de terra: | Laudate dominum de terra: | 7 |

Ayuntamiento de Madrid

dracones et omnes abyſſi.
8 Ignis grando nix glacies ſpiritꝰ tempeſtatis:
quæ faciunt verbum eius.
9 Montes et omnes colles:
ligna fructifera et omnes cedri.
10 Beſtiæ et omnia pecora:
reptilia et volatilia pennata.
11 Reges terræ et omnes populi:
principes et omnes iudices terræ.
12 Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus
laudent nomen domini:
quia exaltatum eſt nomen eius ſolius:
13 Confeſſio eius in cælo et in terra:
et exaltauit cornu populi ſui.
14 Hymnus omnibus ſanctis eius:
filijs iſrael/populi appropinquantes ſibi.

dracones et omnes abyſſi.
Ignis grando nix glacies ſpūs procellarum:
quæ faciunt verbum eius.
Montes et omnes colles:
ligna fructifera et omnes cedri
Beſtiæ et vniuerſa pecora:
ſerpentes et volucres pennatæ.
Reges terræ et omnes populi:
principes et omnes iudices terræ.
Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus
laudent nomen DOMINI: Ly
quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cælum et terram:
et exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus oībus ſanctis eius: Halelu Iah.
filijs iſrael/populo appropinquanti ſibi.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus a terrena et adhuc militante eccleſia.

¶ Pſalmus. cxxxxviiij.
1 CAntate domino canticum nouum:
laus eius in eccleſia ſanctorum.
2 Lætetur iſrael in eo qui fecit eum:
et filij ſion exultent in rege ſuo.
3 Laudent nomen eius in choro:
in tympano et pſalterio pſallant ei.
4 Quoniam benefacit dñs in populo ſuo:
et exaltabit manſuetos in ſalutem.
5 Exultabunt ſancti in gloria:
lætabuntur in cubilibus ſuis.
6 Exultationes dei in faucibus eorum:
et frameæ bis acutæ in manibus eorum.
7 Ad faciendas vindictas in gentibus:
obiurgationes in populis.
8 Ut alligent reges eorum in compedibus:
et nobiles eorum in vinculis ferreis.
9 Ut faciant in eis iudicium conſcriptum:
gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

¶ Pſalmus. cxxxxviiij. Halelu Iah
CAntate DOMINO canticū nouum: Ly
laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur iſrael in eo qui fecit eum:
et filiæ ſion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro:
in tympano et pſalterio pſallant ei.
Qꝛ bñplacitū eſt DOMINO in populo ſuo: Ly
et exaltabit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria:
lætabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes DEI in gutture eorum: El
et gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus:
increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus:
et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conſcriptum:
gloria hæc eſt oībus ſanctis eiꝰ. Halelu Iah.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus ab eccleſia cæleſti. ¶ Conciliatus verſu primo.

¶ Pſalmus. cl.
1 LAudate dominum in ſanctis eius: *
laudate eum ĩ firmamēto virtutis eiꝰ
2 Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eū ſcd̄m multitudinē magnitudis eiꝰ.
3 Laudate eum in ſono tube:
laudate eum in pſalterio et cithara.
4 Laudate eum in tympano et choro:
laudate eum in chordis et organo.
5 Laudate eum in cymbalis beneſonantibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis
omnis ſpiritus laudet dominum.

¶ Pſalmus. cl. Halelu Iah.
LAudate DOMINVM in ſancto eiꝰ: El
laudate eū in firmamēto virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eū ſcd̄m multitudinē magnitudinis eiꝰ
Laudate eum in ſono tubæ:
laudate eum in pſalterio et cithara.
Laudate eum in tympano et choro:
laudate eum in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus.
laudate eum in cymbalis iubilationis
oīs ſpūs laudet DOMINUM. Halelu Iah. Iah

¶ Expleta hac p̄ Chriſti dei gratiā pſalteriorū pētaplo: nō abſonū forte videbit̄ ſi ad quid ꝑ pia deuotione quiſq̄ pſalmꝰ (vt potiſſimū ſenſit Athanaſiꝰ) dicēdus ſit: breuiuſcula deſcriptione et cū hoc quaſi totius pſalterij breuiſſimū ſubnectamus epilogū. vt pij quos ſimilis deuotio tanget: ex deſcriptione quod ſuā iuuet deuotionē facile reperiant. in quibus omnibus Chriſtiformem quandam imitationem meditari oportet et quandam quærere ſpiritus conſolationem/non vane/non curioſe orantes/nichil nobiſipſis et orationi noſtræ tribuentes ſed ſupernæ benignitati/fauori et gratiæ omnia. Nunc igitur ad pſalmorum ſeriem et deſcriptionem ſubnectendam procedamus.



Ayuntamiento de Madrid

| Ad q̃d pro pia deuotione pſalmi dicendi | | | Epilogus pſalmoꝝ. |
|---|---|---|---|
| Quem dicere poſſis beatum cogitans: | dic | 1 | De beatitudine Chriſti. |
| Ex iudæoꝝ ĩ Chriſtũ ĩſidijs/ alioꝝ ĩ te patiẽter ferẽs: | dic | 2 | De concilijs in eum. |
| Multiplicati ſunt in te hoſtes: | dic | 3 | De ꝑſecutione ⁊ reſurrectiõe eius. |
| Exauditus es a deo/ gratias agens: | dic | 4 | De vocatione gentium. |
| Uides parari tibi inſidias: | dic | 5 | Qui odio habentur a deo. |
| Minas dei ſentis et territum te vides: | dic | 6 | De pœnitentia. |
| Machinantur in te concilium: | dic | 7 | Oratio inſontis. |
| Mirifica Chriſti meditaris opera: | dic | 8 | De aſcẽſiõe ⁊ poteſtate Chriſti. |
| Coercere inimicum vis et creaturam ſaluari: | dic | 9 | Gratiarũ actio et exauditio pioꝛum. |
| Te quis metu affecit: | dic | 10 | De ſolitudine Chriſti. |
| Abundat malitia: confugiens ad deum: | dic | 11 | De paucitate pioꝛum. |
| Perſeuerant in te inimicoꝛum inſidiæ: | dic | 12 | Oratio pro ſalute hebræoꝛum. |
| Audis impios contra deũ ⁊ prouidentiã loquẽtes: | dic | 13 | Increpatio impioꝛum. |
| Qui regnum cæloꝛum ſint ingreſſuri: | dic | 14 | De cõuerſatione Chriſti. |
| Sperans in dño/ de futura reſurrectione gaudes: | dic | 15 | De mirificatione ⁊ hereditate eius. |
| Fatigatus ab hoſtibus refrigerium petis: | dic | 16 | Pioꝛum ſpiritualis oratio. |
| Liberatus es ab aduerſitatibus aut inimicis: | dic | 17 | De Chriſti ⁊ patris mutua dilectiõe. |
| Miraris oꝛdinem rerum et prouidentiæ gratiam: | dic | 18 | De beneficiis aduentus Chriſti. |
| Bonos tribulatos vides/ aut illis bona imprecaris: | dic | 19 | Optio q̃ Chriſto oĩa ꝓſpera foꝛent. |
| Aduerſarios Chriſti ſuccumbere vides: | dic | 20 | De exauditione ⁊ bñdictiõe Chriſti. |
| Meditatione paſſionis patientiam cupis: | dic | 21 | De paſſione domini. |
| Tentationes deſunt et proſpera tibi aſſunt: | dic | 22 | Gratiarũ actio beneficioꝛum dei. |
| Qui beatitudinem ſint accepturi cogitas: | dic | 23 | De baptiſmo et aſcenſione domini. |
| Irritant te inimici: | dic | 24 | Oratio fidelium opem poſcentium. |
| Inconſcium te ſentiens/ a deo iudicium petis: | dic | 25 | De innocentia Chriſti domini. |
| Fidis in deo graſſantibus in te inimicis: | dic | 26 | De ſecuritate Chriſti in tribulatione. |
| Anxietas te angit et vitæ tædium: | dic | 27 | Deprecatione Chriſti ꝓ pp̃lo fideli. |
| Munus deo offers: | dic | 28 | De diuinitate verbi q̃d caro factũ eſt. |
| Liberatus es ab ijs quæ te premebant malis: | dic | 29 | De reductione Chriſti ab inferis. |
| Oppreſſus malis/ in deo fidis: | dic | 30 | De anxietate vitæ Chriſti. |
| Miſericoꝛdiam dei cõſecutoꝝ fœlicitatem cogitas: | dic | 31 | Oratio pœnitentis. |
| In cœtu iuſtoꝛum verſaris: | dic | 32 | De exultatiõe cognitiõis vni trini dei |
| Liberatꝰ a malis mites ꝯuocas ad gratias agẽdas: | dic | 33 | De diuina ꝓtectione timentiũ deũ. |
| Aduerſarijs tuis reſiſtere non potes: | dic | 34 | De machinatiõe ⁊ falſis teſtibꝰ ĩ xp̃m |
| Malos vides ſibiipſis cauſam mali eſſe: | dic | 35 | Qui ſua ſponte ſũt mali ⁊ dei ope boni |
| Mali ⁊ ſuperbi in paruos et humiles ſuperbiunt: | dic | 36 | Spiritualis inſtructio ad ſalutem. |
| Iram dei times: | dic | 37 | Oratio ad dei mitigandam iram. |
| Iniuſte accuſant te ſceleris/ inimici: | dic | 38 | De cuſtodia oꝛis et contẽptu mundi. |
| Poſt longam expectationem a malo liberatus: | dic | 39 | Gratiaꝝ actio ⁊ quãdo Chriſtꝰ venit |
| Miſericoꝛdem vides ſiue ꝓſperantẽ ſiue depreſſum: | dic | 40 | De btitudĩe imitãtiũ chriſti paupꝛtatẽ |
| Laceſſeris ab impijs/ deum deſiderans: | dic | 41 | De deſiderio pioꝛum videndi deum. |
| Falſo iudicio humano tractaris: | dic | 42 | Confeſſio trinæ beatitudinis. |
| Recoꝛdaris antiqua dei beneficia: | dic | 43 | Eiectio iudæoꝝ ⁊ martyꝝ afflictio. |
| Egreſſũ Chriſti a p̃re ad humanationẽ meditaris: | dic | 44 | De vtraq; Chriſti generatione. |
| Confugiens ad deum/ mala quæ premebãt euaſiſti: | dic | 45 | De perſecutionibus eccleſiæ. |
| Nouus populus regno Chriſti accreſcit: | dic | 46 | Inuitatio gentium ad lætitiam. |
| Chriſtifoꝛmem eccleſiæ ſtatũ animo verſas: | dic | 47 | De eccleſia Chriſti domini. |
| Status fœlicium et miſeroꝝ occurrit cogitãdus: | dic | 48 | De perditione iudæ ⁊ cõplicũ eius. |
| Noſſe vis quomodo in ſcd̃o aduentu liberaberis: | dic | 49 | De manifeſtatione trinitatis. |
| Pœnitens ex peccato redis ad deum: | dic | 50 | Oratio pœnitentis. |
| Uides impium in malitia gloꝛiantem: | dic | 51 | De vltione dei in impios. |
| Ad idem | dic | 52 | De homine peccati et ſecta eius. |
| Quærunt te hoſtes ad iniuſte perdendum: | dic | 53 | Oratio Chriſti in inſurgentes in eũ. |
| Preſſus hominum næquitia: ad deum confugiẽs | dic | 54 | De oſoꝛibꝰ xp̃i ⁊ domeſtico ꝓditoꝛe. |
| A grauiſſima hoĩm preſſura exauditus euaſiſti: | dic | 55 | Oratio humilium ⁊ depreſſoꝛum. |
| Deus aduerſus quoſq; inſultus miſertꝰ eſt tui: | dic | 56 | Oratio chriſti in paſſione. |

Ayuntamiento de Madrid

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ad hipocritarum ⁊ falſoꝝ iudæoꝝ conuerſionem: | dic | 57 | Increpatio malorum: |
| Inſurgunt in te hoſtiles cateruæ: | dic | 58 | Oratio Chriſti ⁊ peccatū iudæoꝝ. |
| Dura paſſus es/quaſi flagellum dei expertus: | dic | 59 | Lamentabilis oratio ſynagogæ. |
| Te malignus angit/omnium hominū inimicus: | dic | 60 | Oratio fidęlis populi vbiuis gentiū |
| Tentationes ſentis ad delinquendum te trahentes | dic | 61 | Pia ſuiipſius in deum exhortatio. |
| Solitudines ꝓpter deū aut in perſecutionibus petis | dic | 62 | De cōtēplatione Chriſti in dęſerto. |
| Times falſo criminantium linguas: | dic | 63 | De feſtiuata paſſione Chriſti. |
| Te laudandi deum arripit deuotio: | dic | 64 | De baptiſmo ⁊ alimento nouæ lęgis |
| Chriſti religionem longe diffundi cupis: | dic | 65 | Inuitatio omnium ad dei cultum. |
| Miſericordiam et illuminationem a deo poſtulas: | dic | 66 | Petitio viſitatiōis a Chriſto ſalutari |
| A malignis ſpiritibus nocumentum times: | dic | 67 | De reſurrectōe Chriſti ⁊ q̄ ſecuta ſūt. |
| In magnis anguſtiis es conſtitutus: | dic | 68 | De afflictionib⁹ Chriſti ⁊ ritu nouo. |
| Times inſultum/aiam tuā diripere volentium: | dic | 69 | De reductione Chriſti ab inferis. |
| Si te (cū deo ſeruias) neq̄ꝫ ⁊ a deo dęrelictū iudicāt: | dic | 70 | Qſ Chriſtus litteras non didicerit. |
| Falſum ab hoībus iudiciū ſuſtinēs ī deo cōſolęris et | dic | 71 | Qſ omne iudiciū dedit pater filio. |
| Uidens malos ꝓſperari/nę ſcandalizęris ſed | dic | 72 | De nemeſi Chriſti. |
| Populū fidęlem vides afflictum/precare deum et | dic | 73 | De diuturna afflictione populi ſctī. |
| Diuerſas hoīm ſortes vidēs nę aſcribe fortunæ: ſed | dic | 74 | Confeſſio mirabilium dei. |
| Diuini verbi incarnatio te ducit in admirationem | dic | 75 | Ubi Chriſtus habitaret in terris. |
| Aduerſus terrena ex ſpiritualibus ꝯſolationē cupis: | dic | 76 | Conſolatio ſpūalis in tribulatione. |
| Qſ deus lęgē ſeruari velit ex antiquis noſſe vis: | dic | 77 | Qſ Chriſt⁹ locutur⁹ erat ī parabola. |
| Hoſtiles impetus loca dei dęſolarunt: | dic | 78 | Figura perſecutionis martyrum. |
| Aliquos ſacris myſteriis imbui optas: | dic | 79 | Poſtulatio apparitōis xpi ī iudæa. |
| Aliquid lætū ſuperuęnit aut celebritas adeſt: | dic | 80 | Figura memoriæ noui ſacramenti. |
| Arduū negociū/aliq̄ꝝ iudicio aut delectui cōmiſſū: | dic | 81 | Confutatio ſynagogæ a Chriſto. |
| Certamen aut bellū eſt impioꝝ contra pios: | dic | 82 | Figura belloꝝ ꝯtra populū ſanctum |
| In ſacro aliquo loco/dei ſeruitio mācipatus es: | dic | 83 | Dęſiderium ſupernæ habitationis. |
| De virgine quæ fructum vitæ attulit cogitas: | dic | 84 | De præſctificatiōe v̄ginis Deiparæ |
| Puritatem vitæ in paupertate retines: | dic | 85 | Qſ oēs gētes fidē ſint ꝑcepturæ. |
| Loca ſancta/rectę gubernari optas: | dic | 86 | De ecclęſia Chriſti et regenitis ī ea. |
| Anxiatus eſt in te ſpiritus tuus: | dic | 87 | De deſcenſu Chriſti ad inferos. |
| Miſericordiam a deo conſecutus es: | dic | 88 | Promiſſiones nobis factæ ī Chriſto |
| Ad idem. | dic | 89 | De benignitate et potentia dei. |
| Te aut alios exhortatos ad religionem cupis: | dic | 90 | De tentatione Chriſti a diabolo. |
| Noſſe vis quid faciendū feſta poſtulent: | dic | 91 | Quā noxia et fragilia pctōꝝ oblecta- |
| Deſideras in cultu dei animas eſſe purgatas: | dic | 92 | De regno Chriſti. (mēta. |
| Audis blaſphęmos et dei contemptores: | dic | 93 | Ultio et vindicta deo relinquenda. |
| Adeſt celębritas: | dic | 94 | Excitatio ſpūalis ad exultādū ī deo. |
| Beneficium noui teſtamenti cogitas: | dic | 95 | Laudād⁹ de⁹ in factis nouæ lęgis. |
| Futuri iudicii mentem ſubit cogitatio: | dic | 96 | De nouiſſimo iudicio et ſignis eius. |
| Audis miracula nouæ lęgis: | dic | 97 | Mira nouæ lęgis narranda. |
| Orare vis pro iis qui lęgem recipiunt: | dic | 98 | Inuitatio gentium ad lætitiam. |
| Ad idem. | dic | 99 | Inuitatio ad lætandum in deo. |
| Miſericordiam ad pię viuendum poſtulas: | dic | 100 | Que cōuerſatio Chriſti in terris. |
| Uitæ malis afficeris/conſolans te in deo: | dic | 101 | Inuocatio dei in longa oppreſſione. |
| Gratias deo de beneficiis agere vis: | dic | 102 | Gratiarum actio pro beneficiis dei. |
| Prouidentiam dei ex veteri lęge laudare vis: | dic | 103 | De prouidentia dei. |
| Ad idem. | dic | 104 | Laus veteris ſynagogæ. |
| Ad idem. | dic | 105 | Alia laus eiuſdem. |
| Ad idem. | dic | 106 | Cōfeſſio ei⁹ et q̄dā Chriſti ſigna. |
| Alacrem te ſentis ad orandum: | dic | 107 | De prōptitudine ⁊ obediētia Chriſti |
| Falſas in te ſentis linguarum calumnias: | dic | 108 | De blaſphęmis et Iuda proditore. |
| Conſubſtantialitatem Chriſti cogitas: | dic | 109 | De ſeſſione Chriſti ī dextera patris. |
| Cū multitudine ad mēſā CHRISTI accedis: | dic | 110 | De inſtitutione viuificæ euchariſtiæ |
| Dei timorem poſtulas: | dic | 111 | De timore dei. |
| De menſa ei⁹/⁊ perceptione īmaculati agni venis: | dic | 112 | Hymnus Chriſti peracta cęna. |

Ayuntamiento de Madrid

| Ad q̄d pro pia deuotione pſalmi dicendi | | | Epilogus pſalmorum. |
|---|---|---|---|
| Te agnoſcens a ſeruitute diaboli ereptum | dic | 113 | Figura liberationis nr̄æ a diabolo. |
| Benignitatem dei cogitans: | dic | 114 | Chriſtus ſemper a patre auditus: |
| Immolare deo ſacrificium vis: | dic | 115 | De extaſi Chriſti et eius calice. |
| Diuitē in omnes dei miſericordiam laudare vis: | dic | 116 | Vocatio gentium ad laudē trinitatis |
| Spem firmam et in deum rectam poſtulas: | dic | 117 | De lapide āglari Chriſto IHESV |
| Que ſint ſtudia pietatis et vitæ/noſſe vis: | dic | 118 | Octonariæ ſpirituales meditatiōes. |
| Ne te ledant peruerſæ doctrinæ linguæ: | dic | 119 | De fugienda infidelitate. |
| Verum auxilium vnde ſit contemplans: | dic | 120 | De vera magnanimitate. |
| Te deſiderium alterius meliorisq; vitæ capit: | dic | 121 | De vera voluptate. |
| Te mundi faſtus fatigat: | dic | 122 | De charitate ad deum. |
| Superaſti pericula ſupra vires: | dic | 123 | De confidentia in deo. |
| Cogitas angelos bonorum eſſe cuſtodes: | dic | 124 | De vera ſpe. |
| Plagam communem amouit deus: | dic | 125 | De charitate ad proximum. |
| Cū cogitas in poteſtate alicuius non eſſe ſaluari: | dic | 126 | De vera fide. |
| Optas alicui dei timorē et benedictionem: | dic | 127 | De timore dei. |
| Sepe tentatas tibi inſidias deuitaſti: | dic | 128 | De pio zelo. |
| Compunctum te corde et animo ſentis: | dic | 129 | De oratione et pœnitentia. |
| Te propter deum humilias: | dic | 130 | De vera humilitate. |
| Pacem & manſuetudinem cum omnibus obſeruas: | dic | 131 | De vera manſuetudine. |
| Inter vnionis fraterne amatores verſaris: | dic | 132 | De fraterna vnione. |
| Acceſſus fit ad ſynaxim et ſancta ſanctorum: | dic | 133 | De ſacroſancta ſynaxi. |
| Percepta ſunt ſancta: | dic | 134 | Beneficiorum dei agnitio. |
| Ad idem: | dic | 135 | De eodem. |
| Te cogitatus ex ſpiritualibus ad vana deiici: | dic | 136 | Figura lapſorum ex ſpūalibus ad terrena |
| Te ſanctam legem percepiſſe recordaris: | dic | 137 | De mīa & veritate dei vbiq; pcepta. |
| De præſcientia et prædeſtinatione cogitas: | dic | 138 | Et præſcientia et immenſitate dei. |
| Es vbi peruerſa ſunt doctrinæ dogmata: | dic | 139 | De auerſione ab hæreſibus. |
| Times ne in verbo offendas: | dic | 140 | Dei munus eſſe a peccato ſeruari. |
| Amici et noti deſeruerunt te/ora & | dic | 141 | Derelictio Chriſti & deſcēſus ad iferos |
| Pœnitentiam agis: | dic | 142 | Oratio pœnitentis. |
| Victor euaſiſti de inimicis tuis: | dic | 143 | Petitio vt Chriſtus mitteretur. |
| Miam/benignitatē/potētiā et puidētiā dei cogitas: | dic | 144 | Laus a dei attributis. |
| Cogitas te moriturum: | dic | 145 | De laude & regno dei æterno. |
| Potentia/ſapientia et beneficentia dei mentē ſubit: | dic | 146 | Q[uod] omne bonū ex prouidētia dei fit. |
| Poſt ſciſmata/bella & preſſuras ſuccedit pax: | dic | 147 | De ciuitate pacis q̄ eſt piorum cœtus |
| Ordinem creaturarum mente agitas: | dic | 148 | Laus a cæleſtibus et terreſtribus. |
| Certans adhuc eccleſia obuerſatur animo: | dic | 149 | Laus ab eccleſia inferiori. |
| Cæleſtem & triumphātem ante oculos collocas: | dic | 150 | Laus a ſuperiori & cæleſti. |

¶ Huic operi extrema manus appoſita eſt die quintadecima menſis Maij. Anno a natali chriſti dn̄i 1515. Arte et īduſtria M. Petri oliuier Impreſſoris\ Ere et expenſis Michaelis angier vniuerſitatis Cadomenſis librarij et ligatoris bene meriti in parrochia ſancti Petri iuxta pontem degentis. DEO GRATIAS.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid